ratio. ¶ De alio cõſenſu ordinarij in tranſlatione iuriſ
pa. tractabimus infra. cũ quæremus de hmõi trãſlatio
3 ne. ¶ † Eſt & alius cõſenſus ordinarij, qui debet interue-
nire cũ in limine fundationis per fundatores apponit̃
cõditio cõtra ius cõe, vt in c. p̃terea. el. j. hoc. tit. & me-
lius per gl. & doc. ꝑ illũ tex. in c. cũ dilectus, de ꝯſue. de
quo tractabimus infra in iſta. j. par. in 7. q. prin. I. arti.

¶Sextus Articulus ij.q. principa.j.partis.j. Libri.

1 *Conſenſus ex taciturnitate in actu odioſo non præſumitur.*
2 *Conſenſus expreſſus requiritur in creatione iuriſpatro*
3 *Cõſenſus tacitus ſufficit in donatione iuriſpa. de vno laico ad aliũ.*

QVAERO Sextò, an vbi requirit̃ in creatio
ne iuriſpa. & in alijs conſenſus diœceſani
ſufficiat conſenſus tacitus, vel requiratur
expreſſus. do. Card. in c. cura. in fin. hoc tit.
vr̃ concludere ꝙ ſic poſt glo. ibi & ſubiicit
taciturnitatẽ epi hñ pro conſenſu qñ conſtat ipſum ſci
uiſſe id quod actum eſt, & nõ ſubſiſtere aliquã cãm con
traditionis. Io. And. verò in c. nobis, hoc titu. tenet op-
poſitũ. Et ſimiliter dõ. Car. ĩ 5. no. vbi expreſſe dicit poſt
Io. An. nõ ſufficere petere cõſiliũ, vel ꝯſenſum ab epõ,
ſed requiri ꝯſenſũ expreſſum, ſeqnit̃ Abb. in d. c. cura.
1 † & mouet̃ ꝙ in actu odioſo non præſumit̃ cõſenſus ex
taciturnitate, allega. no. in c. qui tacet, de reg. iur. lib. 6. &
c. cũ iam dudũ. de p̃ben. do. Roc. in hoc trac. in ver. ꝑ eo
ꝙ de diœceſani conſenſu in 29. char. in 2 col. in verſ. 8.
q̃ro dicit primã opin. ſibi magis placere p̃ſupponendo
ꝙ epũs ſciuerit conſtructionẽ, & potuerit ꝯtradicere, ꝓ
quã opi. dicit facere, quod ponit gl. & doc. in c. ea noſci
tur, de his, quæ fiunt a p̃lato. ¶ Et tenendo iſtã opin. re-
ſpondet ad fundamentũ Abb. ꝙ in actu odioſo & c. q̃a
conſtruere eccl'am, vel acquirere iuſpa. non eſt qđ odio
ſum, imò fauorabile, vt de ſe patet. ¶ Rñdet ad deciſio
nẽ ex Io. & Car. q̃a dũ dicunt requiri cõſenſum, põt in
telligi tacitus ſicut expreſſus, & de hac mã, an tacens vi
deatur pro conſentiente, recurrendũ eſt ad Bar. & doc.
in l. q̃ dotis. ff. ſol. matr. & ad Fel. in c. cum oẽs, vbi plene
in 7. col. de ꝯſti. & ad Abb. & alios in c. ex parte decani.
de p̃ſcr. gl & doc. in reg. qui tacet, & in regula is qui ta-
2 cet. de reg. iur. lib 6. ¶ † Tu aduerte ꝙ omnino requirat̃ in
creatione iuriſpa. expreſſus diœceſani conſenſus, mo-
ueor hoc arg. a ſufficienti partiũ enumeratione, nã aut
nos tenebimus ſm cõem opi. de qua late diximus ſ. in
hac q. in 3. p̃cedenti art. ꝙ vnus requirat̃ ꝯſenſus ordina
rij, de quo in d. c. nemo, de cõſe. diſ. j. q̃ ſufficiat ad vtrũ-
que. ſ. ad dandã licentiã pro ꝯſtruenda eccl'a, & ad creã
dũ iuſpa. & illud acquirendũ conſtruenti, & quia eccl'a
nõ põt conſtrui abſq; eo ꝙ epũs figere faciat crucẽ, atriũ
deſignare, dotem ſtatuere, & publica documenta aſſu
mere, vt in d. c. nemo, & laicum incapacem iuris ſpiri-
tualis reddere capacẽ iuxta tertiã rõnem de qua ꝓxime
in 5. art p̃ntis 2. q. diximus, quam voluit Abb. in conſ. 59.
do. Iaco. de Racaneto, in c. 3. principaliter. ĩ 2 vol. & cũ
iſta exequẽda ſint per epm, vel per deputandũ ab eo, ne
ſcio quõ fieri poſſet ſine eius expreſſo ꝯſenſu & mãda-
to

to, maxime in faciendo laicum capacē ſpiritualitatis, quod fit per eius cōſenſum, qui in hoc eſt cauſa efficiēs, vt in fi. ꝓximi art. diximus, debent etiā interuenire examinatiões, de quib. ēt in proximo art. quo poterunt fieri cū tacito conſenſu. ¶ Aut nos tenebimus duos conſenſus diœceſani requiri. Vnū iuxta diſpoſitionē d. c. noſtro. Aliū vero iuxta diſpoſitionē d. c. nobis. ſm meā nouam opi. de qua in iſtis proxime trib. ꝓcedentib. art. & cū de neceſſita. requirant dicti duo cōſenſus, quo poterit ſufficere tacitus. ¶ Et q̄ requirat̄ expreſſus cōſenſus. tenuit ēt Firma. in tract. de epo. in 4. lib. in 5. par. in 44 q. poſt princ. 5. col. quē ēt allegaui ſ. in proximo ꝓcedenti 3. artic. vbi etiam Firma ponit, an conſenſus poſſit præſtari per nuncium, literas, ſiue ſigna, an vero requirat̄ ꝑſētia dantis. ¶ Quam ēt opi noſtram voluit Abb. in d. conſ. 59. quidam do. Iaco. in prin 3. col. in 2. vol. ¶ Fortificatur etiam hoc, nam Io. And. & Card. in d. c. nobis, volunt non ſufficere conſilium, ſed requiri cōſenſum, quantò magis non debet ſufficere tacitus ꝯſenſus, quī nunquā petitur, & ſic eſt minus, vt de ſe patet. ¶ Et ex hoc infertur non procedere ſolutionem, quā dedit do. Roch. ad auctoritates Io. And. & Card. in d. c. nobis, q̄ loquātur de conſenſu, & non dicūt de tacito, vel expreſſo, quia ſalua pace. nam cū dicūt nō ſufficere petere cōſiliū multò magis inferūt nō ſufficere ꝯſenſum tacitū; & ſic firmāt requiri ꝯſenſum expreſſum. ¶ Nec obſt.
3 auctoritas gl. & Car. in c. cura. hoc tit. † quæ vr̄ velle ſufficere ꝯſenſum tacitū, quia illa loquitur in ꝯſenſu præſtando p̄ diœceſanum in dona. q̄ fit de iurepa. de vno laico ad alium, in qua nō requirit̄ deſignatio atrij, nec creatio iuriſpa. in qua conceditur capacitas iuris ſpiritualitatis laico, ſed iā eccleſia fundata, & creato iur. pat. tranſmiſſibile ad alios laicos licitis tit. cōſenſus ſuperioris requirebat̄ vt ibi, vbi minor eſt rō, & ſic per eā non debet inferri ad caſum maioris rōnis cōibus iurib. vnde concluderē cum Io. And. Card & Abb. in duob. locis ſupra alleg. quicquid dixerit do. Roch. vbi ſ. ſ. q̄ in creatione iuriſpa expreſſus requiratur diœceſani conſenſus. ¶ Quid aūt in cōſenſu præſtando per diœceſanū in tranſlatione iuriſpa de vno laico ad aliū infra ſuo loco in hoc j. lib. in 2. part. in j. q. princ in 7. art. dicetur.

¶ Septimus artic. ij. q princ. j. partis. j. Libri.

1 *Auctoritas tutoris nō præſumitur interueniſſe in cōtractu pupilli.*
2 *In dubio conſenſus diœceſani præſumitur interueniſſe pro acquiſitione iuriſpatro.*
3 *Conſenſus & ſolēnitas extrinſeca, an & quando præſumatur interueniſſe.*
4 *Filio habitante ſeorſum à patre, & dicente ſe emancipatum, præſumitur etiam emancipatus.*
5 *Statuto cauetur filium non poſſe expreſſa licentia patris filio alienante & emptore alienata diu tenente, præſumitur licentiam patris præceſſiſſe.*
6 *Statuto cauetur mulierem non poſſe ſe obligare ſine conſenſu propinquorum, præſumitur conſenſus interueniſſe poſt longum tempus à die obligationis.*
7 *Trans non viuitur ſecundum ius Longobardum niſi in nūdinis.*
8 *Communis opinio eſt ſequenda iudicando & conſulendo.*
9 *Citatio præſumitur interueniſſe in ſententia longo tempore lata, etiam quod non appareat de ea.*
10 *Forma eccleſiæ, quæ ſit ſimiliter oratorij.*

ET ex ſuprascriptis ſequit̄ ſeptimò loco dubitari, an in dubio ꝯſenſus diœceſani ꝑſumat̄ interueniſſe, ſeu alterius habētis ꝯſentire, & oīa alia ſolēnia de quib. dicemus j. iſta j. part. in 5. q. princ in octauo quæſito in ædificatione, ſeu dotatione ecclæ, ſi de eis nō apparet, & Abb. ī cōſ. 106. caſus ſup quo, ī 2. col. in 2. vol. tenet nō ꝑſumi & mouet̄, nā ex quo ille ꝯſēſus ē ſolēnitas extrinſeca nō debet ꝑſumi, niſi ꝓbet̄. l. q̄cūq; §. fi. ff. de publ. c. ſi
1 cut. de re iud. † & adducit ſi̇c de auctoritate tutoris, q̄ nō ꝑſumat̄ interueniſſe ī ꝯ̄ctu pupilli, vt no. gl. & Barb. ī l. ſi heredi. ff. de verb. obl. Adducit & aliud ſi̇c in alienatione epi non ꝑſumi conſenſum capituli interueniſſe. c. j. de reb. eccle. non aliena. lib. 6. ¶ Poſtea q̄rit an p̄ patientiam longi tpis præſumatur bonorū poſſeſſio agnita corā ꝑtore? reſpondent q̄ non, q̄a patientia nō pōt adaptari ꝑtori, quia pp̄ hoc ēt in ſimili dicit ex poſſ. lōgi tēporis, & patientia ſine vlla contradictione facta nō ꝑſumi inſinuatiōem donationis, quia nihil habet cōe auctoritas ſuperioris cum poſſeſſione. Et iō dicit q̄ ſi ſtatutū requirit certas ꝑſonas adeſſe ꝯtractui mulieris, nō ꝑſumit̄ earū intereſſentia. l. non debet. C. vnde cogna. Fatet̄ tñ q̄ in bonorū poſſeſſione ſi pater per 10. annos paſſus eſt filiū poſſidere, præſumit filiū agnouiſſe bon. poſſ. ac ratificaſſe intra vtile tp̄s, quia lōga patientia hēt principiū & finē & ſufficit principiū, quia pōt momento fieri. Et hoc eſt quod ſubtiliter nota. ſm eum in l. j. C. qui admi & dicit rōnem d. l. q in aliena. & d. l. ſi filius eſſe. q̄a promiſcua eſt ꝑſona patris & filij, & quaſi vnū corpus, vnde vno poſſiden. alter vr̄ poſſidere, vt l. fi. C. de impu. l. fin. ff. de vſufr. Et iō ſequitur in caſu nr̄o q̄ lōga patiētia epi nō facit præſumi eius ꝯſenſum interueniſſe ¶ Plura alia ſimilia de huiōi ſolēnitate extrinſeca q̄ non præſumatur, poſſem adducere, quæ omittenda duxi. poterunt videre in locis infra p̄ me allegādis, vbi
2 iſta materia tractatur. ¶ † Tñ nō obſtātib. ſupradictis
3 in contrariū eſt veritas. ſ. † q̄ iſte cōſenſus præſumatur interueniſſe. maxime cùm diu aliqua eccleſia pro eccleſia habita ſit, & in ea ſunt cāpanæ, & miſſæ ſunt celebratæ, & ille p̄ patrono eſt habitus, vt vult elegans doctrina Car. in c. requiſiſti. in 3. col. de teſta. reperit̄ inquit locus habens faciem loci eccleſiaſtici, & habens cāpanas, & altare, decidit ꝑſumi eccleſiā auctoritate epi ædificatam, per no. in clem. quia cōtingit. de relig domi. in ver. altari, quā doct primo poſuit Archid. in c. nemo. de conſec. diſt. j quā etiā ſunt ſequuti Feder. de Senis cōſ. 130. factū tale eſt quædā domus, & Roc. in d. l. ſciendū, in 15. col. & Petr. de Peru. in trac. 4. Cano. in c 4. fol. 10. ver. ſecundo incidenter quærit̄, & Barb. in c. licèt heli. poſt alios doct. ibi de ſimo & in conſ. incip. clementiſſimi Dei quod eſt in vltimū in 4 part. conſ. Alexan. in fi. 5. col. & Imo. in d. l. qui in aliena. §. q̄ ſi nō adierit. ff. de acquiren hæred. & ita in terminis noſtris cōſuluit plenè Barb. in alio eius conſ. vz 33. incip. ſcripſit Pſalmiſta,
4 in j. dubio in 2. vol. per tres col ¶ † Adduco ſcdō a ſimili quod voluit Bal in l. poſt mortē. ad fi. de adop. q̄ ſi filius ſeorſum habitaſſet a patre p̄ decē annos & diceret ſe emācipatū, emancipatus ꝑſumeret̄, qđ idē voluit ipſe Bald. in l. 2. C. ſi aduer. rē iudi. & Barb in d. conſ. incip. clemētiſſimi Dei. volūt ēt nouiſſimi Papiē. in l. ſi prius. ff. de no. ope. nunc. adducētes tex. in l. j. in ver. diu paſſus. C. de patri. pote. quos ſequit̄ do. meus do Marc. Ant. Bauaria. de Bono. q in ſero Paduæ publice legit in ſua ſolēni rep. d. l. ſi prius poſt prin. j. cha. Tertiò adduco Hoſt. Car. Butr. Abb. & Imo in c. illud. de ꝑſcr. vbi ēt pulchre do. Fel. in ver. nota. primò ibi p̄ 10 annos dicentes clericū ꝑſumi rectè inſtitutū, qñ diuturno tp̄e tenuit eccleſiā vt rector, q̄a ꝑſumit̄ ſuperiores viſitantes ſępe eccleſias vidiſſe tit. ſuū, nec ſubditi tolceraſſent intruſum tanto tp̄e, ēt no. Bal. & Imo. in c. ex inſinuatione, de proc. & do. meus Cor. pulchre ī ſuis ſingula. impreſſis in ver. tit. & Gem. in c. ordinarij. §. j. in 3. de offi. ordi. lib. 6. & Ana. poſt Abb. in d. c. licèt heli. in 14. col. & ibi Barb. & Imo. in c. ex frequētib. vltra mediū de iſti. ¶ Quartò adduco Ro. cōſ. 252. ꝓ deciſiōe in ver. quo ad 3. q̄ ſi alicui iā diu eſt cōceſſa immunitas appone minus ꝑſumitur interueniſſe ſolēnis cōſenſus ciuiū per c. eo noſcitur. de his, q̄ fi a ꝑla. ¶ Quintò adduco copioſā deciſionē Bal. in l. peti. C. cōi diuidū. q̄ ſi frēs decēnio poſſiderūt bona pro diuiſo æquis portionib. ꝑſumitur facta inter eos diuiſio, quā ēt doctri. tradidit do. Abb. in c. fi. in pen. col. de cā poſſ. & in c. peruenit. in fi de cenſi. ¶ Sextò adduco quod ſcribit late Alex. cōſ 79 ſuper. j. dubio quo q̄rit in 3. col. in j vol. vbi probat ampliſſime q̄ in ꝑſumpto. tam diu facto ꝑſumitur ſolēnitas neceſſario interueniſſe, & q̄ ſcriptura antiqua facit præſumi p̄ tabellionato

notario

notario qui eã ꝯfecit. ¶ Septimò adduco quod voluit
idem Alex. conſ. 409. in 3. vol. viſa facti narratiōe. in fi.
ꝙ qñ tranſiuit tp̃s longum p̃ſumitur pro ſolẽnitate con
ceſſionis rei emphyteuticæ, & ita dixit tenere Butr. ex-
preſsè in d. c. ea noſcit. ¶ Octauo adduco gl. vnicam, in
ver. & poſt biennium, & ibi Abb. in 2. col. in c. puenit,
de emp. & vẽd. ꝙ p̃ſumit̃ conſenſus mulieris poſt bien-
niũ interueniſſe ex mora magni tp̃is, cũ ſit ſolẽnitas ex
trinſeca. ¶ Nonò adduco Bald. in l. ſi filius. C. de pet. hæ
5 re. † ſi ſtatuto cauet̃ filiũ nõ poſſe ꝯtrahere ſine expreſ-
ſa licẽtia p̃ris, & filius alienauit, ſi emptor diu tenuit pa
tre patiẽte p̃ſumitur licentiã p̃ris præceſsiſſe, licèt de ea
non ꝯſtat. quod eſt valde notandũ. ¶ Decimò adduco
6 eundẽ Bal. in d. l. qui in aliena. † ꝙ ſi ſtatuto caueť mu
lierẽ non poſſe ſe obligare ſine ꝯſenſu duorũ ꝓpinquo-
rũ, poſt longum tp̃s a die obligationis præſumet̃ ſolẽni
tas & ꝯſenſus interueniſſe, cũ ſit ſolẽnitas extrinſeca, q̃
præſumit̃ ex lapſu decẽ annorũ. quod eſt notandũ pro
7 nundinis in partib. nr̃is, † qui habẽt ꝯſenſũ ſm ius Lõ
gobardum mulierib. ꝯtrahentib. licèt Trani in hoc tm̃.
& nõ in alijs ſm dictũ ius viuat̃. ¶ Vndecimò adduco
Bald. ibidẽ in d. l. qui in aliena. §. quod ſi nõ adierit ff. de
acq. hære. ꝙ ſi Prælatus diu ſtetit in poſſ. ꝓlaturæ, p̃ſumit̃
ab ep̃o legitime inſtitutus, quãuis nõ poſſit probari de
titulo. ¶ Duodecimò adduco Bal. & Ang. in d. l. qui in
alien. quod ſiquis tenuit diu res in feu. vel in hypothe-
cariã, p̃ſumit̃ ꝯceſſionẽ ſolẽnem in ꝑpetuũ p̃ceſſiſſe, &
ad hoc multa allegant de quib. ibi p eos. ¶ Decimoter
tio adduco Imo. in c. veniens. de verb. ſig. lib. 6. ꝙ ſi mo
uet̃ qõ de qualitate extrinſeca, ex antiquitate tp̃is pro
ea p̃ſumitur. ¶ Decimoquarto adduco Inn. in c. fin. de
eo qui fur. or. rece. quod longo tp̃e habitus ꝓ ſacerdo-
te, p̃ſumit̃ ꝙ fuerit ad ſacerdotiũ ordinatus, quod ẽt vo-
luit idẽ Inn. in c. ſuper his. in 3. col. de accu. & Abb. in d.
c. ſicut, de re iud. & Rot. 8. de cã poſ. in antiquis. & Butr.
in c. inter quatuor, de cleri. percuſ. ¶ Decimoquinto ad
duco Car. in cle. j. in 9. q. de elec. ꝙ ſi cõſtat de vnione p̃
ſumenť oĩa ſolemniter acta. ¶ Decimoſexto adduco
Petr. de Ancha. cõſ. 130. ex ꝯſilijs, ꝙ licèt inſtrm̃ tranſa
ctionis nihil dicat de conſenſu capituli, tñ ille ꝯſenſus p̃
ſumet̃, ſi trãſactio diuturno tp̃e fuit obſeruata. ¶ Decimo
ſeptimò adduco Fran. Arre. cõſ. 36. in prin. ꝙ ſi apparet
teſtm̃ antiquũ vnius Cardinalis p̃ſumet̃ teſtatus ad licẽ
tiã Papæ, & idẽ cõſuluit do. Alex. ꝓ eod. Card. qui fuit
Card. Riccar. de Senis, vnus ex cõpilatorib. 6. decr. in cõ
ſil. 79. incip. ſuper primo dubio, q̃rit̃ an d. do. Ricca. in 3.
vol. ¶ Decimooctauo & vltimo ꝓ nũc adduco Fed. de
Senis conſ. 39. caſus talis eſt, quidã noĩe dirulus ad fin. p̃
ſumi promiſſionẽ vxor an fuiſſe factã cum omni ſolẽ-
nitate iuris, tã ex parte vxoris continentiã promittẽtis,
q̃ ex parte viri. qñ longo tp̃e fuerit pacifice profeſſus, ex
quib. omnib. ſupradictis apparet iſtum cõſenſum fore
præſumendũ interueniſſe in ædificationis, ſeu dotatio-
nis tp̃e. ¶ Et dr̃ longum tẽpus quo ad præſumendum
iſtam ſolẽnitatem extrinſecam ſpatiũ, ſeu lapſum de-
cẽ annorũ, vt voluerũt Butr. & Imo. in d. c. illud, de p̃ſu.
& gl. d. l. ſi filius. C. de peti. hær. & Bald. in d. l. qui in alie-
na. & facit quod not. p Imo. in c. 2. in gl. in verb. p mona
chos, de reſti. in integ. qd̃ ſequit̃ do. Fel. in d. c. ſicut, de re
iudi. in 15. col. in verſ. cæterum, & in c. Alber. de teſti. &
in c. illud. de p̃ſu. in 3. col. in ver. eſt tñ aduertendũ, & pul
chre Firma. in ſuo repertorio in ver. conſenſus per ſta-
tutũ. in ver 7. & ĩ verb. diu. in ver. diuturnitas. cũ ſeq. &
ita ꝯſuluit Barb. in puris terminis caſus noſtri ĩ d. ꝯſ. 33.
ſcripſit Pſalmiſta, in j. dubio in. 2. vol. ¶ Fortifico modo
p̃dicta, ꝙ iſte conſenſus ordinarij p̃ſumat̃ maxime in-
interueniſſe hac conſideratione, nã conſenſus iſte, ſeu
auctoritas debebat ab ea pſona p̃ſtari, cum qua diutur-
na obſeruãtia actus & cõtinuate eius notitia habebat̃,
ꝓut eſt pſona diœceſani, qui continuè conuerſatur in
eius diœce ipſe vel eius vicarius, & ab eis eccleſia videt̃,
nã ſecus eſſet ſi ꝯſenſus præſtari debuiſſet a tali pſona,
cum qua non fuit ſaluata diuturna obſeruantia actus,
nec ꝯtinuata eius notitia, q a tunc non eſſet p̃ſumendũ
illã perſonã conſenſiſſe, vt elegantiſſime decidit immor
talis ille doctor do. Alex. de Imo. in cõſ. 173. viſo themate
te ſuprafcripto in vol. dicẽs ꝙ ſi ep̃s iurauit nõ aliena-
re incõſulto Rom. Pont. & reperiat̃ facta alienatio, quæ
de licentia Papæ nihil exprimit, ꝓ certe ex diuturnitate
tp̃is nõ p̃ſumit̃ dicta ſolẽnitas. cũ nõ cõſtet vere. vel præ
ſumptiue Papã habuiſſe ſcientiam dicti ꝯtractus ſm eũ
de quã d. deciſione Ale. do. Fel facit magnũ feſtum in d.
c. ſicut, in 18. col. in verſ. bene fateor, dicens iſtã deciſio
nẽ ſibi præbuiſſe opẽ in cõſulendo Lucha. & ei non re-
perire cõteſtẽ. quare non obliuiſcendũ. ¶ Iſta ſatis pla-
ne ꝓcederent ſi ad contraria ſupra formata rñſa acco-
modarent̃. Non ob. igit̃ primũ quod dixit Abb. ſolẽni-
tatem extrinſecã nõ præſumi, niſi ꝓbetur, nec ẽo ei⁹ ad
ducta ſimilia. nã põt rñderi ꝙ ex quo apparent indicia,
licèt ſit facti p̃ſumit̃ interueniſſe. nã optime dicen. phi-
loſopho accidentia magnam partẽ ꝯferunt ad cogno-
ſcendũ quicquid eſt, vt habetur in 2. metaphy. & voluit
Bal. in l. non nudas. C. de prob. & in l. j. ff. de rer. diuiſ. cũ
ergo in propoſito nr̃o interuenerint accidẽtia optime
ꝯgruentia & accõmodata ad huic actũ, ſequit̃ ꝙ de fa-
cili deuenimus in cognitionẽ & conſiderationẽ ꝙ in-
teruenerit & ꝓceſſerit ſolẽnitas iuris ex quo inuenimur
eccl̃a ædificata, dotata, & in ea celebrat̃ vt in eccl̃a, p̃-
ſumetur ꝙ ſit eccl̃a, & interuenerit ep̃i auctoritas, & cõ
ſenſus, & ille q p̃tentat ſit p̃ronus. ita Barb. in d. ſuo ꝯſil.
33. ſcripſit Pſalmiſta. in j. col. ¶ Vel rñde regulã Abb. eẽ
verã qñ non erãt elapſum longum tp̃s puta decẽnium,
ſecus aũt ſi eſſet lapſus longum tempus per ſupradicta.
¶ Ad dictũ verò Bald. in l. 2. C. de legi. hære. primo põt
rñderi, ꝙ licèt ita dixerit Bald. in d. l. 2. tñ in pluribus &
diuerſis locis tenuit ꝯtrariũ, vt in d. l. ſiue poſſideris. C.
de proba. & in d. l. qui in aliena. & in d. l. ſi filius, & in l.
poſt mortẽ. ff. de adop. & ĩ l. j. C. de pa. pote. & in l. ſi cer-
tis annis. C. de pac. & ẽt in d. c. illud. & in l. j. C. qui admi.
Iõ ſtandũ eſt dicto eius ita frequentato, quia p̃ſumitur
cũ maiori deliberatione illud dixiſſe. l. duo fratres. ff. de
iure pa. iõ vnicum eius dictum nõ obſ. ¶ Vel poterit &
ſecundo rñderi cõiter doc. tenere ꝯtra Bal. vt Inn. Hoſt.
Io. And. Card. Imo. Ana. & Abb. in c. licèt heli. de ſimo.
& in d. c. illud. voluit ẽt Ro. in d. l. ſciendum, & facit qd̃
8 voluit Pet. de Anc. in cle. j. de priui. ergo ſequit̃, † ꝙ iudi-
cando & conſulendo ſequenda eſt cõmu. opin. c. in ca
nonicis. 19. diſt. c. de qb. 20. diſt. d. l. j. ff. de offi. q̃ſto. l. j. ff. d.
Sena. & p doct. in c. ne innitaris. de ꝯſti. & p Io. And. &
Mod. in c. j. de ꝯſti. quia illud qd̃ a plurib. dr̃, p̃ſumit̃ ve-
rius. c. prudentiã. de offi. deleg. Vel tertiò rñderi põt ꝙ
honorificentia do. Bal. nõ recte loquitur ex eo, quia tp̃e
digeſtorũ requirebat̃ iudicis decretũ in agnoſcenda bo
no poſſe. vt in l. j. §. decretalis ff. de ſucce. edi. ſed hodie
de iure C. eſt ſecus. l. fi. C. qui admit. Et tñ de iure dige-
ſtorũ p̃ſumebat̃ decretũ interueniſſe. arg. d. l. qui in alie-
na §. ꝙ ſi non adierit, ergo p̃ſumitur auctoritas epiſco-
9 pi interueniſſe. ¶ † Itẽ confunditur ſua doctrina, nã ſi
ſententia eſt longo tp̃e lata, nec apparet ꝙ interuene-
rit citatio, nihilominus p̃ſumitur interueniſſe, vt ꝓbat̃
in c. bone, de elect. & ibi voluit Hoſt. & qd̃ voluit Butr.
in c. in p̃ſentia, de renun. & Bal. in l. emãcipatione. ff. de
fide inſtru. Sed citatio fit auctoritate iudicis, vt plene p
doc. in c. j. de iudi. & ibi late Barb. in 6. & 7. col. ergo ſeq-
tur ꝙ p̃ſumitur auctoritas ep̃i, & ita ſoluit Barb. in d. ꝯſ.
13. ſcripſit Pſalmiſta. in 3. col. in j. dubio. ¶ Vel poteris
alio modo rñdere dictum Bal. procedere qñ non interue
nit ſcientia, vel patientia illius, cuius auctoritas require
batur, & ita intelligit Bal. Ale. conſ. 501. viſo inſtrumen
to locationis, in 3. col in vol. quem refert Fel. in d. c. ſi
cut, in 18. col. in verſ. & ex eo habes octauã ¶ Et quãdo
volueris videre latè de iſta materia ſolẽnitatis extrinſe
cæ. an & qñ præſumatur, vide infraſcriptas remiſſiões,
ſcilicet doc. in d. l. qui in aliena. & in d. l. ſi filius. & in d. l.
ſciendum, & in d. c. illud. & in d. c. licèt heli. & Barb. in
c. requiſiſti. in 48. col. in verſ. ſed pulcha eſt, & quotidia-
na dubitatio, de teſta. & ĩ ſua repe. rub. C. q admin. & in
d. conſ. incip. clementiſſimi, quod eſt vltimũ inter cõſi.
Alexan.

Alex.in 4.vol. & in d.cõſ.33. ſcripſit Pſalmiſta,ĩ 2. vol.
& in c.j.de iudi.in 7.col. & Pet.de Anch.in cõſ.39.viſa
petitione producta poſt mediũ in verſ.itẽ ex temporis
diuturnitate,& in cõſ.161.in q.eccleſiæ.in fi.& in cõſ.
421.quidã ſer Antonius.in vlt.col.& cõſ.68 contra do
nationẽ.in 3.col.Rotã.8.de cã poſ.in antiquis. Mari.
de Se.in c.fi.in 38.col.in ver. ſecundus effectus eſt. de
dila.& doct.in d.c.ea noſcitur.de eis,q̃ fi. a præla. Ale.
in conſi.1.in 4.col.in 4.vol.& plenius in cõſi.76. Redẽ
ptoris noſtri,circa primũ de quo quęrit̃,in j.vol.& q̃di
xi in quodã meo conſ.incip.quidã teſtõres trañ. in ſe-
cũdo motiuo principali,& do.Fel.in c.nõnulli.§.ſunt
& alij.in fi.6.col.de reſcrip.& melius q̃ alibi in mũdo,
in tñ ꝙ poterimus dicere ſat prata biberunt,per eun
dẽ do.Fel. d ſaturitatẽ poſt oẽs in d.c.ſicut. in 12. col.
cũ 7.ſeq.de re iud.& Firma.in ſuo reper.in verbo. diu
& iſtæ breues remiſſiones ſufficiant pro nunc.¶ Repe
ri ſupraſcriptis fabricatis do.Pau.de Cita.in hoc trac.
in 3.par.in j.cã in 31.q. quærentem, de arti. ſupraſcri-
pto,& alleg.Arch.in d.c.nemo.de cõſe.diſt. j.tenentẽ
ꝙ ſi locus ſit in forma eccleſię,& ibi celebretur,& ſint
ſacerdotes,omnia præſumũtur ſolẽniter ꝑceſſiſſe : &
debet eccleſia iudicari,& gaudere priuilegiis eccleſia
ſticis.alleg.c.qd interrogaſti 17.diſt.vbi ex habitu ſum
pto præſumitur quælibet mulier monialis,ita ꝙ impe
ditur matrimoniũ.c.quẽ progenitores.x.q.j.17.diſt.c.
viduas.cũ alijs p Arch vbi ſupra allegatis. poſtea ipſe
Pau.alleg.no.per gl.& Legiſtas in l.ſciẽdũ.ff.de verbo.
obl.vbi dicit tradi materiam,quæ de ſubſtãtialib. req
ſitis ĩ aliquo facto loquitur,vt interueniſſe ꝑſumentur
dat exẽplũ in ſtipulatione,in qua requiritur interroga
tio,ſi nõ appareat de ea,ſed de ſtipulatione,oĩa præſu
mẽtur ſolẽniter acta,vt eſt ibi tex.& in §.ſi ſcriptũ.in-
ſti.de inuti.ſtipu.& ita reſidet Paul.vbi ſupra, nil aliud
dicẽdo.¶ Reperiẽt poſtmodũ do.Roc. in hoc tract. ĩ
verbo ꝓ eo ꝙ de diœceſani cõſenſu.in 39.char.in j.col.
in verſ.7.quæro formãtẽ ſimiliter iſtã qõnẽ & allegã.
Arc.in d.c.nemo.cui⁹ deciſionẽ dicit exclamare Ro.
ĩ ſingu ſuis 320.incip.tu Senẽſis.dicẽtẽ eẽ ſingulare di
ctũ & Canoniſtis incognitũ.alleg.ẽt Fel. in c.de 4.ĩ 4.
col.de ꝑſcri.allegãte multas auctoritates ꝓ approba-
tione huius deciſionis. adducit ẽt Pau de Caſ.ĩ ꝯſi.181.
incip.dicẽdũ eſt tenẽtẽ ꝑdictã cõcluſionẽ,licẽt Arc.nõ
alleget Pau.q̃ ſubiiceret ꝙ loc⁹ hñs formã ecclæ,,vt qa
ibi ſit cãpanile,vel ibi celebrẽtur diuina, & ſi ãi alia ſi-
gna eccleſiaſtica,ꝑſumet̃ cũ auctoritate epĩ ꝯſtruct⁹,&
ꝑ cõſñs ẽ ſubiectus ep̃o ſm eũ,q̃ aũt ſint iſta ſigna ec-
cleſiaſtica,hr̃ plene ꝑ do.Fel.ĩ d.c.de 4.& ĩ locis ibi ꝑ eũ
adductis.¶ Poſtea do.Roc.dicit cõtrariã partẽ tenere
Abb.in cõſ.106.caſus ſuꝑ quo in j.col.ĩ 2.vol.quẽ ſupra
alleg.tñ dicit ipſe Roc.ipſa auctoritate Abb.nõ obſtã
te eẽ tenẽdã ſupraſcriptã cõcluſionẽ,ꝓ qua alleg.Abb.
in c.cura.hoc ti.ſuꝑ gl.2.dũ alleg.gl.no.ĩ c. peruenit de
emp.& vẽdi.alleg.ẽt Car.ĩ cõſ.11.q̃dã ſocietas, in fi.Fe
der.& Barba.in ꝯſ.ſupra alleg.& remitnt ſe ad motiua
vtriuſq; partis ꝑ domi.Barba.in ꝯſ.33.& doct.in l.ſciẽ
dũ.de verb.obl.& Alex.ibi ĩ 5.col.dicẽtẽ iſtã eẽ cõem
opinio.Pet.de Anc.& Ale.in ſuis cõſ & d.l aſo.Famo.
doc.eius & meũ ꝑceptorẽ in l.ſi certis annis.C.de pac.
in pẽ.col.verſ.5.facit.& Arc.in.s̃.alleg.ꝯſ.& ita reſidet.
10 ¶ Tu aduerte circa dictũ Pau.de Caſ.in d.conſi.181.
& do.Fel.in c.de 4.dũ ponũt ſigna ecclæ alternatiuẽ,
dũ dr̃ ſi locus habet formã eccleſiæ.qa ibi ſit cãpanile,
vel ibi celebrent̃ diuina,qa nõ ſufficit vnũ ſignũ,vt de
beret ſufficere ꝓ verificatione alternatiuæ ꝑ iura vul
garia,ꝑut dicit ibi Pau.vt eũ refert do.Roc.ſed oĩa ſi-
gna debẽt ꝯcurrere,vt vult.Arc.in d.c.nemo.& Fel.ĩ
d.c.de quarta,& oẽs ibi ꝑ eũ allega.nã ſi haberet ſolũ
cãpanile cũ cãpana,hoc ẽt habẽt palatia poteſtatũ ci-
uitatũ,& aliorũ magnatũ,& tñ nõ ſunt ecclæ, nec ẽt
ſufficit in loco celebrari diuina:quia in multis domi-
bus priuatorũ virtute apoſtolicorũ cõfeſſionaliũ cum
altaribus portatilibus,miſſæ,& diuina officia celebrã
tur,& ẽt ĩ priuatis oratorijs.Et tñ nõ ſunt eccleſiæ, &
multæ aliæ poſſent dari inſtãtiæ,& licet Pau.in d.ſuo
ꝯſi.cũ vult demonſtrare, quæ ſit forma ecclę dicat,pu
ta qa habet campanile;tu dic ꝙ vera forma eccleſiæ ẽ
ad inſtar crucis, & titulus illius eſt vbi ponitur altare
magnũ,in quo c.dr̃ titulus,prout affixus fuit titulus in
ſummitate crucis,& debet eẽ verſus ortũ ſolis æquino
ctialẽ,in quo loco antequã eccleſia ædificet̃ Crux figi
tur anteq̃ primus lapis ponatur vt in d. c. nemo. vbi
Arc.& doc.& dicemus infra in iſto j.lib.in iſta,j. par.ĩ
8.q.prin.in 9.art.& in forma Crucis ædificatio eccle
ſiæ,hodie ſeruat̃ cõiter ĩ cathedralib.eccleſiis & colle
giatis,in ſimplicibus vero ſufficit ꝙ fiat titulus,qui cõ
ſiſtit in quadã curuatione parietis,q̃ ſit in modũ cocle
aris,intus q̃ fundatur altare mai⁹,vt cõiter vr̃,& ĩ hoc
plurimũ eccleſia cognoſcitur, & iſta dicet̃ forma ec-
cleſiæ.cãpanile vero,celebratio officiorũ,cęmiteriũ,
& ſimilia ſunt ſigna,vt ꝑ doc.in locis ſupra alleg.q̃ ẽt
ſi nõ cõcurrãt,puta ꝙ in ea nõ ſit cãpanile,nõ habeat
rectorẽ,quia depauperata,& ſic miſſæ in ea non cele-
brẽtur:careat ẽt cęmiterio: quia locus fuit anguſtus,
dũmodo formã eccleſiæ habeat,adhuc eccleſia præ.
ſumetur,vt hodie q̃ plures eccleſiæ apparent ſine præ
dictis,& tñ eccleſiæ cẽſentur. ¶ Et ex his infero ꝙ ora
toriũ priuatũ nõ debet ædificari in forma eccleſię cũ
pariete curuato in modũ coclearis loco tituli, quia in
lõgitudine tẽporis poſſet eccleſia reputari, nec debet
hr̃e cãpanile apparẽs ſuꝑ eccleſia,nec cęmiteriũ.Et ita
obſeruaui in quodã oratorio priuato qd̃ cõſtruxi Tra-
ni in domib. ꝑimonij mei,qd̃ nolui eẽ ſub Archiep̃o
& iõ eius cõſenſum in ædificatione nõ petij,nec adhi
beri feci,nec alia ſupraſcripta in eo apparẽt. Adeo ꝙ
ſemꝑ cẽſebitur oratoriũ priuatum ¶ An aũt quælibet
eccleſia præſumatur conſecrata ex diuturnitate ip̃s,
dicerẽ eccleſias cathedrales præſumi,cũ ſemper cõſe
crent̃,aliæ vero eccleſiæ nõ,niſi appareãt ſigna. puta
† depictæ in parietib.vt ego ſignari feci in eccleſia ter
rẽ.caſtellorũ.maris meæ inſulen. diœc. quã non ſine
magno labore cõſecraui.Die 16.menſis Martij anni
1521.ſed melius eẽt ꝙ apponerent̃ ſigna & Cruces ſcul
pta, & ſculptæ in lapidib.in ipſis parietib. qa durarẽt
ſemꝑ cũ eccleſia. Et ita cõſul. Reuerẽdo patri do. An-
tonio Lucifero nobili Cotronato ibidẽ ep̃o digniſſi-
mo,dño meo obſeruã.q nouiter ſuis expẽſis fabrica-
re fecit ibi ecclẽam cathedralẽ maximi ſumptus, cui
dñs annos lõgæuos cõcedat,vt ſanctũ opus perficere
poſſit,quia re uera illuſtrator patriæ eſt,qui pollicitus
eſt ſe eẽ facturũ. Et hæc dicta ſufficiant pro iſto 7. art.
Pro quo vide Phi.deciũ in conſ.135.ad iuſtificationẽ,
vbi loquitur de capella,& ꝙ cõſecratio probat̃ ex lite
ris ſculptis in marmore,& ibi ẽt qualiter probet̃ eẽ
dotatã,& quæ dicat̃ eccleſia,& quod oratorium, po-
nit idem Phili.in cõſi.148.reueren.pater.in princ.

¶ Octauus articulus.ij. q.prin.j.partis.j. Libri.

*1 In alienatione rei minoris cautius eſt interuenire decretũ iudi-
cis rei alienandæ.*

*2 Cõſenſus diœceſani loci in quo fundatur eccleſia requiritur pro
acquiſitione iuriſpatro.*

*3 In alienatione rei eccleſiæ requiritur auctoritas iudicis vel epi
ſcopi illius eccleſiæ,cuius res alienatur.*

OCtanò quæro, cuius ep̃i cõſenſus requirat̃
in creatione & acquiſitione iuriſpa.an lo
ci vbi eccleſia cõſtruit̃, an illius qui con-
ſtruere vult eccleſiã. Et videret̃ dicẽdũ ꝙ
cũ iuſpa.cõſtet ex ecclã, & ꝑ dono,eo.mõ ĩ
creatiõe illi⁹ deberet vtriuſq; diœceſani reqri cõſenſus.
Et ꝓ hoc facit tex.ĩ c.null⁹,hoc ti.ibi ſine cõſenſu ſui
Põtificis,& licẽt loquat̃ ĩ cõſenſu ep̃i q reqrit̃ in dona
tione iuriſpa.quã facit patronus alteri laico.tamen ex
idenptitate rõnis, Idem dicendum eſt in cõſenſu qui
præſtat̃ per diœceſanũ ĩ fundatiõe eccleſiæ & creatio
ne iuriſpa.& ſic eẽt dicẽdũ per illũ tex. requiri con-
ſenſum

ſenſũ diœceſani fundãtis pro acquiſitione iuriſpa. & ꝓ
fundatione requiri cõſenſũ illius loci in quo eccleſia
fundatur. per tex. in c. nemo. de conſe. diſt. j. ibi e͞ps ci-
uitatis. ergo vtriuſq; e͞pi conſenſus requiritur. pro hoc
facit id quod voluit Bar. in l. magis puto. §. illud ff. de re
1 bus eorũ, † ꝙ de neceſſitate vtriuſq; iudicis decretũ in
alienatiõe rei minoris interuenire debet. ſ. iudicis rei
alienandæ, & ipſius minoris. & Bal. ibi. & in l. j. C. de ꝯ-
hẽ. emp. qui vr̃ tenere oppoſitũ: tandẽ dicit cautius eẽ
ꝙ vterque iudex interponat decretũ ſuũ. ¶ Tñ in ꝯtra
riũ eſt veritas. quã tenet do. Card. in c. nobis. hoc ti. in
j. no. & ſupra retulimus in fi. 3. art. pręſentis. 2. q. prin. q
facit hãc cõcluſionẽ in puris terminis caſus noſtri. ſ. id
2 qđ dr̃ † requiri cõſenſus diœceſani intelligitur de diœ
ceſano loci, in quo fundat̃ eccleſia, nõ aũt fundatoris
tm̃, ꝑ tex. ibi loci e͞po præſentet, & allegat aliqua alia
iura. & maxime l. ſi prædium. C. de præd. mino. in qua
l. dr̃ ſufficere decretũ iudicis rei ſitæ ſuper alienatione
rei minoris, & expreſſius Bal. & Bar. ibi dicunt nõ re-
quiri decretũ iudicis domicilij, & ẽt rei alienãdæ, ſed
ſufficere alterũ tñ. ſ. rei ſitæ, & idẽ cõcludit Bald. poſt
Iaco. de Are. in l. j. C. de cõtrahẽ. emp. ¶ Sed tu aduer
te circa prædicta. Et primò circa cõcluſionẽ quã facit
do. Card. in d. c. nobis, per illũ tex. ibi loci e͞po p̃ſentet.
nã ille tex. nõ vr̃ probare eius intẽtionẽ. in illo. n. plura
ſunt dicta & inter alia duo. vnũ. ſ. ꝙ ſi quis eccleſiã cũ
aſſenſu diœceſani cõſtruxit ex eo iuſpa. acquirit. & iſte
eſt, caſus q̃ſtionis nr̃ę. & in hoc dicto, vt ex ipſo tex. ap-
paret non dicit de diœceſano loci: ſed de aſſenſu diœ
ceſani, vt ibi patet. aliud eſt dictũ ꝙ in capella in qua
vnus presbyter a p̃rono eligitur pro inſtõne habenda
loci e͞po præſentat̃, & hic nõ eſt caſus q̃ſtionis nr̃æ, vnde
tex. in d. c. nobis, nõ probat. id ad qđ alleg. ꝑ Car. ¶ Se
cũdò eſt aduertẽdũ ꝙ ſm̃ dicta Bar. & Bal. in locis pro
xime allegatis ſufficeret conſenſus vel diœceſani loci
vel diœceſani fundatoris. dũ dñt in alienatiõe rei mi
noris ſufficere decretũ alterius iudicis loci rei aliena͞n
dæ, & domicilij minoris, & ſi ꝯtractus fiet in vno lo-
co, & res ſit in alio, ſufficeret decretũ vnius ex iudicib.
q̃a vnoſquoſq; ex ipſis iudicibus habet iuriſdictõnẽ licèt
Bal. dicat cautius eẽ ꝙ vtriuſq; interponat̃ decretum.
¶ Et ſic ex ſupraſcriptis omnib. tres oriũtur opini. vna
do. Car. in d. c. nobis, ꝙ requirat̃ ꝯſenſus diœceſani loci
in quo fundat̃ eccl͞a, ꝓ qua facit ꝙ volũt doc. poſt Io. ĩ
c. paſtoralis. vbi Abb. & poſt eũ Bellencinus in apoſtil-
lis ad Abb. q in alienationib. rei eccl͞æ loquẽdo, licèt
3 multæ fuerint opi. de quib ibi cõem eſſe opi. Io. ſ. † ꝙ ĩ
alienationib. rerũ eccleſiæ req̃ritur ſolũ auctoritas iu-
dicis, vel e͞pi illius eccleſiæ, ſeq̃tur ibi Abb. aſſignãdo
rõnẽ, q̃a cura eccl͞æ, & rerũ illius, ſeu donſ ad e͞pm lo-
ci ſpectat c. nouerint. x. q. j. & loq̃tur ĩ fortiorib. termi-
nis, ẽt ſi res eccl͞æ eſſet ſita in aliena diœce. q̃a req̃ret̃
auctoritas e͞pi eccl͞æ. & nõ loci rei ſitę, licèt ſubijciat ip
ſe Abb. cautius eſſe vtriuſq; e͞pi. ſ. eccleſiæ, & rei aucto
ritatẽ interuenire. caſu aũt nr̃o nõ ſumus in hac diffi-
cultate e͞pi eccleſiæ. & e͞pi rei illius eccleſię, ſed in ꝯſen
ſu habẽdo pro iure pa. acquirẽdo in aliqua eccleſia a
diœceſano loci eccleſiæ fundandæ, vel a diœceſano
fundatoris. q eſt minor caſus, & ꝓ iſta opi. adduco cla
rũ tex. in d. c. nemo. ibi e͞ps ciuitatis. vbi tex. loquit̃ de
e͞po ciuitatis aperte in qua eccleſia cõſtruitur. Et quia
oẽs doc. volũt, & maxime tex. iuncta gloſ. j. in d. c. no-
bis ibi diœceſani aliàs nõ p̃oi. de cõſe. diſt. j. c. nemo. & ĩ
Auth. de mona. §. illud. colla. j. hoc mõ inducẽdo, nã
aut tenebimus opinionẽ, ꝙ in creando iuſpa. & illo ac
quirẽdo requiratur alter cõſenſus q̃ ille, de quo in d. c.
nemo. qui præſtatur pro conſtruẽda eccleſia, put ego
tenui ſupra in iſta 2. q. prin. in 3. 4. & 5. arti. Et ſic de cõ
ſenſu de quo loquit̃ tex in d. c. nobis, & gl. j. alle. d. c. ne
mo. & d. §. illud, & illa iura volunt ꝙ interueniat con
ſenſus illius ciuitatis in qua eccleſia fundatur. ergo ꝓ-
bat ille tex. in d. c. nobis. iuncta d. gl. j. ꝙ ſicut in ædificã
da eccleſia requiritur cõſenſus e͞pi loci in quo ędificat̃
per iura, quæ allegat, eo. mõ. cõſenſus ꝓ creãdo & ac-
quirendo iuſpa. de quo in d. c. nobis, debet præſtari ꝑ
e͞pm loci in quo eccleſia ædificatur. ¶ Aut nos volu-
mus tenere cõem opi ꝙ cõſenſus d. c. nemo. ſufficiat
ad cõſtruendũ eccleſiã, & ad creandũ, & acquirendũ
iuſpa. & ſic ꝙ d. c. nemo. & d. c. nobis, loquant̃ de eodẽ
conſenſu, vt eſt cõis opinio de qua ſupra in d. 3. art. Et
nullũ dubiũ eſt, ꝙ c. nobis, diſponens idem quod c. ne
mo. debeat intelligi eo. mõ. maxime q̃a ita intelligit
ſua gl. d. c. nobis. illum tex. ergo de e͞po ciuitatis, in qua
eccleſia ędificatur, & hoc mõ ille tex. bene inducitur
& probat, & nõ ſm̃ inductionẽ Car. Pro illa ẽt prima
opi. eſt tex. in c. oẽs baſilicæ 16. q. 7. vbi hr̃. ꝙ baſilicę &
eccleſiæ, quæ conſtructæ ſunt, & quotidie cõſtruunt̃,
ſubſunt e͞po, in cuius territorio ſunt poſita. ergo in ea
rũ conſtructione illius e͞pi requiritur cõſenſus qui illi⁹
habet curam & inſtõnẽ, vt in d. c. nobis in verbo loci
e͞po, quia hoc mõ inductus cum d. c. oẽs baſilicæ, poſ-
ſet probari id ad quod ipſum allegauit do. Car. faciunt
ẽt c. 2. de Inſti. incipit ex frequentib. & regula j. de reg.
iur. li. 6. Et quod dicimus ꝙ ſi e͞ps in aliena diœceſi ędi
ficat aliquã eccleſiã de bonis ipſius e͞popatus non ha-
bebit inſtõnẽ in illa, ſed nñ p̃ſẽtationẽ, inſtõ aũt ſpecta
bit ad ordinariũ loci, in quo eccleſia eſt fundata, vt in
fra ſuo loco dicetur, ergò de eius aſſenſu ſabricãda ẽ.
¶ Alia colligitur opi. ex primo dictis ꝙ vniuſcuiuſque
e͞pi ꝯſenſus ſufficiat, & ſic vel fundatoris, vel loci ĩ quo
eccleſia ædificatur, ſicut a ſimilib. ſupra eſt dictũ de de
creto interponẽdo in alienatione rei minoris ꝙ ſuffi-
ciat, vel decretũ iudicis loci rei ſitæ, vel decretũ iudi-
cis domicilij pupilli. ¶ Tertia eſt opinio, quæ ſimilr̃ ex
primo dictis colligitur requiri cõſenſum vtriuſque diœ
ceſani loci, in quo eccleſia fundat̃, & fundatoris, vel
ſaltim hoc ſit cautius, vt dixerũt doc. in locis ſupra al-
leg de decreto interponendo in alienatione rei mino
ris. ¶ Tu dic primã opi verã, & cõem ꝓ qua habemus
iura, vt ſupra inducta & allegata in puris terminis no
ſtris, & ideo nõ eẽ argumẽtandũ a ſimilib. cũ hẽmus
caſus expreſſos. ¶ Reperi poſtmodũ do. Roch. in hoc
trac in verbo pro eo, ꝙ cũ diœceſani conſenſu in 29.
char. in 3. col. in verſ. 9. quæro tenẽtẽ ſimilr̃ hãc opinio
pro qua ẽt adducit, nã ſi pluriũ e͞porum conſenſus re-
q̃reret̃ in ipſa cõſtructione faciẽda de facili retraherẽ
tur hoĩes ab ædificandis eccleſiis, qđ nõ eſt permittẽ-
dũ, vt in ſimili dicit gl. in c. cũ dilectus, in verbo præſẽ
tare. in fi. hoc ti. ¶ Dicit ẽt Cardi. tenere vltimã opi. in
cõſtruentẽ eccleſiã vt acquirat iuſpa. requiri conſenſũ
duorũ e͞porũ. ſ. fundatoris & loci, in quo eccl͞a cõſtruit̃
& pro iſta opi. dicit facere tex. in ſimili in c. cũ illorũ. §.
ſi vero clauſtralis. de ſent. excõ. Et dicit fore cogitãdũ,
an vera loquat̃, & nihilominus tenet prima opi. pro
qua adducit d. c. nemo & d. c. oẽs baſilicæ, non meo
mõ quo ego ſupra deduxi. ¶ Tu circa dicta do. Roc. ad
uerte. nã Card tenet omnino primã opi. ſ. ꝙ requirat̃
ſolũ cõſenſus diœceſani loci, in quo eccleſia conſtrui
tur, in tm̃ tñ vr̃ tenere cõſenſũ amborũ e͞porũ, inquan
tũ allegat doctrinas legiſtarũ de quib. ſupra, ſed nõ fir-
mat pedes cũ illis. nã p c. nobis. inductũ, vt per eũ, tenet
requiri cõſenſus vnius ſ. diœceſani eccleſiæ. ¶ Nõ ob.
c. cũ illorũ. §. ſi vero clauſtralis, quẽ alleg. Roc. pro illa
opi. ꝙ requiratur vtriuſq; e͞pi cõſenſus, quia vt vult ibi
gl. & doc. abſolutio ibi fit per Abb. monachi verberã
tis, & per Abb. monachi verberati, vt ſatisfiat mona-
ſterio monachi verberati de iniuria ſibi illata, qđ nõ
eſt in caſu noſtro. tenendũ eſt igitur vt ſupra eſt dictũ.

¶ Nonus articulus ij. q. prin. j. partis. j. Libri.

1 *Capitulum ſede vacante non poteſt ſe intromittere in his, quæ ha bent epiſcopo aliquod detrimentum generare.*

2 *Capitulum ſede vacante non ſuccedit epiſcopo niſi in caſibus a iure expreſſis.*

Ponitur declaratio dictæ regulæ.

3 *Capitulum ſede vacante ſuccedit epiſcopis in his quæ ſunt neceſ ſaria iuriſdictionis, & nu. 8. & nu. 11.*

4 *Quod differtur non aufertur.*

Capi-

5 *Capitulum ſede vacante poteſt dare licentiam ædificandi eccleſiam vt acquirat iuſpatrona.*
6 *Capitulum ſede vacante ſuccedit in his, quæ ſunt iuriſdictionis, & ordinationis epiſcopalis, & num. 11.*
7 *Poteſtas defuncti deuoluitur ad illum à quo eam habuit.*
8 *Res de facili reuertitur ad ſuam naturam.*
9 *Rectoribus nõ exiſtentibus in ciuitate datio tutoris remanet apud priores, vel ordinem decurionum ipſius ciuitatis.*
10 *Vacante Papatu iuriſdictio remanet apud collegiũ Cardinalium.*
11 *Declaratio illius regulæ, capitulum ſede vacante ſuccedit epiſcopo in his, quæ ſunt iuriſdictionis & ordinationis epiſcopalis.*
12 *Magis ſumus proni ad malum, quàm ad bonum.*

QVAERO Nonò, an capitulum illius diœ
ceſani, q̃ præſtare debet conſenſum, & ſic
loci in qua eccleſia fundatur, vt p̃ximè di-
ximus ſede vacan. poſſit dare licentiã ec-
cleſiã ædificandi, vt acquirat iuſpa. & ĩ hoc
3 videt dicendũ ꝙ nõ.† Primò, quia capitulũ ſede vacan.
nõ põt ſe intromittere in his, q̃ poſſent aliquod detri-
mentum epiſcopo generare, vt in c. vnico. ne ſed. vac.
cũ concor. ſed clarè iſtam licentiã, vt acquirat iuſp. põt
generare aliquod præiudiciũ epiſcopo, ergo nõ poterit
fieri ꝙ generare poſſet p̃iudiciũ oñdit. nã in ædificatiõe
patronus cũ tali ↄſenſũ poſſet apponere aliquas ↄdițio
nes, quæ eſſent multũ p̃iudiciales ep̃o, puta vt ad ep̃m
non pertineat inſtrumẽto, iuxta no. in c. cũ dilectus de
conſue. nã ſi ep̃s vixiſſet forſitan nõ conſenſiſſet. ¶ Se-
2 cundò adducit reg. iur.† q̃ eſt capitulũ ſede vacan. non
ſuccedere ep̃o, niſi in caſib. a iure expreſſis. tex. eſt no-
tab. quẽ oẽs ibi p̃õderant in c. 2. ibi cũ nuſquã inueniaĩ
cautum a iure &c. ne ſede vacan. quã ẽt reg. firmat gl.
per eã arguendo in clem. j. in verbo capitulũ ibi, in con
trariũ &c. & de hære. & ibi Imo. in fin. 4. col. & gl. in c.
is quib. de maio. & obed. ibi quia nuſquã inuenit &c. &
Abb. in c. cũ olim. in 2. col. eod. tit. Arch. in c. Pontifices
7. q. j. in j. col. ibi cũ hoc nõ inueniaĩ ſibi p̃miſſum. Spec.
in tit. ne ſede vaca. poſt princ. in 2. for. libelli ibi cũ iam
nullo iure caueatur, & expreſſus in fi. tit. Io. Andr. in c.
pen. in §. ep̃o de tẽpo. ordi. lib. 6. dũ dicit ꝙ antequã ille
tex. fuiſſet ↄditus, capitulũ nõ ſuccedebat ep̃o in dando
licentiã ad ordines, ex quo hoc nõ reperiebatur in iure
expreſſe cautũ, & Dom. in c. vnico. de maio. & obed. in
6. poſt prin. 4. col. vnde ſignanter dixit Dom. in c. preſ-
byteri 2. col. 24. diſt. ꝙ in hac mã tñ põt capitulũ, quan
tũ eſt ĩ iure expreſſum quẽ refert do. Fel. in d. c. cũ olim,
in 2. col. & valde magnifacit ibidẽ in fi. col. ¶ Et vt iſta
regula magis liqueat, declaro eã ex mente p̃dictorum
doctorũ. ſ. nõ ſufficere eſſe expreſſa in iure ea in quib⁹
capitulũ ſuccedit ep̃o ſed vacan. quia includunĩ ſub re-
gulis expreſſis, ſed eſt neceſſe ꝙ expreſſe de qualibet ip-
ſarũ ſit in iure facta mẽtio, quod apparet, nã collatio eſt
iuriſdictionis, vt notaĩ in c. trãſmiſſa. de elect. & in c. 2.
de ↄceſ. p̃ben. cũ ſi. & ſic deberet includi ſub regulã ꝙ ĩ
his, q̃ ſunt iuriſdictionis capitulũ, ſuccedet ep̃o ſed. vac.
tũ quia expreſſe de colla. cautũ non erat, & in ſpecie ꝙ
ſuccederet. tex. in d. c. dixit capitulũ non ſuccedere in
colla. ex quo nõ reperitur iure cautũ. ¶ Similiter vide-
mus inſtitutione eſſe iuriſdictionis d. c. tranſmiſſa, & c.
ex frequentib. de inſti. tũ vt in ea ſuccederet capitulũ fa
cta fuit expreſſa mentio c. j. de inſti. lib. 6. ¶ Videmus, vt
viſitare eſſe iuriſdictiõis, vt per doct. in d. c. tranſmiſſa,
& in c. auditus, & in c. cũ olim. de p̃ſcript. & voluit gl. in
d. clem. j. de hæred. & tamen d. glo. argumentatur hoc
mõ nõ reperiĩ expreſſum in iure de viſitatiõe, ergo nõ
ſuccedit. ¶ Quaſi oĩa prædicta velint ꝙ licèt iſta cõtine
ri videanĩ ſub illa reg. ĩ his, q̃ ſunt iuriſdictiõis &c. tñ ex
quo de eis expreſſe & in ſpecie nõ eſt iure cautũ, capitu
lũ in eis nõ ſuccedet. ¶ Vñ firmata iſta regula, dicendũ
eſt ſic eſſe ꝙ vt capitulũ ep̃o ſuccedat ſed. vaca. in dãda
licentiã ædificandi eccleſiã, vt quis fiat p̃ronus, nõ repe
ritur expreſſe iure cautũ, cũ non ſit canon tale quid di-
cens, ergo capitulũ in hoc nõ ſuccedet, ſed ep̃s futurus
3 expectabit. ¶ † Tertio adducitur regula ꝙ capitulũ ſuc
cedit ep̃o ſed. vac. in his, quæ ſunt neceſſariæ iuriſdictio
nis, & ſic vbi fieri non põt quin ille actus fiat. gl. ordina
riæ in d. clem. j. de hæred. in ver. capituli, & Abb. in d. c.
cum olim, in 3. col. & ſu oẽs Moder. de maio. & obe. &
idẽ Abb. in c. 2. in fi j. col. de ſed. vacan. Sed in caſu nr̃o
quantũ ad dandã iſtam licẽtiã ædificandi ecclãm & ac
quirendi iuſpatr. non eſt actus neceſſarius imò volun-
4 tarius,† quia poterit fieri etiã poſtquã fuerit creatus no
uus ep̃s, quia quod differtur non aufert, ergo non dr̃ ne-
ceſſarius vñ capitulũ non habet ſuccedere in dando p̃-
dicto conſenſu. ¶ Quartò adducitur pro hac parte au-
rea & ſingulari doc. do. Abb. in c. 2. in 2. not. in ſede va-
5 can. ꝙ in caſib. dubijs,† an capitulum ſed. vacan. ſucce
dat ep̃o ſi vel ne ſemper eſt iudicandum contra capitu
lum, quẽ ibi ſequuntur Moder. & mouetur per text. ibi
aureũ, ſed nos ſumus in caſu dubio an ſuccedat capitu-
lũ ſi vel ne (imò per ſupradicta videĩ ꝙ nõ ſuccedat) er-
go iudicandũ contra capitulũ per ſupra allegatam au-
ream doctrinã, quia a nemine eſt reprobata. imò pro-
batur in tex. d. c. 2. & iſta pars certe eſt multũ ſubſtenta
6 bilis & deberet vera eſſe. ¶ † Tñ contraria pars dr̃ ve-
ra & cõis. Pro qua p̃mitto vnum euidentiale ꝙ ep̃o de-
cidente capitulũ ſuccedit in his, q̃ ſunt iuriſdictionis &
ordinis epiſcopalis eo modo quo j. dicetur. ¶ Et ratio
huius ſucceſſionis eſt prout aſſignatur per doct. & ma-
7 xime per Inn.† quia poteſtas defuncti deuoluitur ad il
lum a quo eam habuit vnde cum ep̃o in elec. datur po-
teſtas a cap. vt de elec. per totũ licèt cõfirmatio tribuat
exercitũ c. nihil de elect. cũ vulga. cod. modo eo defun-
cto, quouſq; de alio p̃uideaĩ ad capitulũ poteſtas deuo-
8 lui debet,† nam res de facili reuertiĩ ad naturã ſuam c.
ab exordio 35. diſt. l. ſi vnus. §. pact⁹ ne peteret. ff. de pac.
ita voluit notabiliter Inno. in c. ad abolendã, de hæred.
quẽ ibi ſequiĩ do. Abb. & Ana. in 4. col. & idẽ Abb. in c.
is qui poſt medium vltimi no. in c. olim ante fi. 3. col. de
maio. & obed. & ſentit idẽ Abb. c. j. in fin. vltimi notabi
lis, ne ſed. vacan. & gl. ordinaria Ioan. And. in clem. j. in
verbo capitulũ. de hæred. & ibi Card. pulchre. in 8. q. &
Imo. in 5. col. Facit qđ voluit Bart. p illũ tex. in l. vbi ab-
9 ſunt. ff. de tut. & curato. dat ab his.† quod ſi rectores nõ
ſunt in ciuitate datio tutoris remanet apud priores, vel
ordinẽ decurionũ ipſius ciuitatis, & dicit iſto caſu poſſe
ad prædictos appellari, vbi ẽt inducit ad caſum noſtrũ,
10 ſcilicet ſed. vacan. epiſcopatu.† Facit ẽt quod voluit gl.
in c. nullus 79. diſ. quod ſed. vacan. Papatu iuriſdictio re
manet apud collegiũ Cardinaliũ à quo eã Papa habuit,
ſequiĩ Bart. licèt eã nõ alleget. in d. l. vbi abſunt, veritas
tñ huius dicti bñ ibi diſcutitur per Alex. in apoſtilla ſua.
¶ Aſſignatur & alia rõ. ſ. cõiunctionis, & connexitatis,
q̃ eſt inter ep̃m & capitulum, quia faciunt vnũ corpus
c. quantum, & c. ea noſcitur, de his, q̃ fiunt à præla. c. cũ
non liceat, cũ concordan. de præſcrip. meritò mortuo
p̃lato ſuccedit capitulũ. arg. 2. de conceſ. præben. & iſtã
rõnem ſentit ẽt do. Abb. in d. c. is, q̃ ante fin. vltimi no-
tabilis, & in c. cũ olim in fi. 3. col. de mai. & obe. & Car.
11 in d. cle. j. in 18. q. ¶ † His ſic præmiſſis p̃ iſta parte ad-
duco primò regulã generalẽ & vulgatam ꝙ capitulum
ſed. vac. ſuccedit ep̃o in his quæ ſunt iuriſdictionis, & or
dinis epiſcopalis, ea quæ ſunt iuriſdictionis per ſe exer-
cendo, vel per aliũ ẽt non ep̃m, ea verò, quæ ſunt ordi-
nis epiſcopalis per conuicinos epiſcopos cum cautelæ
ſtudio &c. gl. eſt de hoc cõiter approbata in d. c. is qui.
& ibi doct. & præſertim Abb. de maio. & obe. & doct.
in c. ſuffraganeis de elec. p̃ primò eſt tex. ĩ d. c. cũ olim.
pro ſecũdo eſt tex. in c. Pontifices 7. q. j. cũ multis alijs q̃
allegari poſſent, vnde cũ illud dare licentiam ſit iuriſdi
ctionis. iuxta not. in c. tranſmiſſa. de elec. merito capitu
lũ ſuccedit ſed. vacan. ¶ Secũdo pro iſta parte adduciĩ
nã capitulũ ſed. vacan. ſuccedit ep̃o in inſtituendo p̃ſen
tatũ quod eſt plus c. j. de inſti. lib. 6. ergo ſimiliter ſucce-
dit in datione huius conſenſus. ¶ Tertiò pro iſta opinio
ne adduco in terminis Gaſp. Cal. conſulentem pro iſta
parte in conſil. 3. hoc tit. fol. 61. ¶ Quartò adduco Paui
num in tract. de ſede vacan. in 2. part. in 5. q in 2. col. vbi

in

in terminis tenet iſtā opi. Cald. ¶ Et ſic vt vides habemus duos ſublimes doctores pro iſta opi. & nullū ↄtradictorē. ¶ Poſſent ēt plura a ſimili adduci, quæ pōt facere capitulum ſed. vacan ſed quia habemus auctoritates in terminis prædictorum non curo. & certè ſi illas auctoritates non inueniſſem tenerē opinionē in contrarium per rōnes per me nouiter ſ. formatas multum vrgentes ad quas credo Cal & Paulinū non aduertiſſe, vñ ſi dabimus ad illas aliquod bonū rñſum pars affirmatiua erit magis clara. ¶ Non obſtat igiṫ primū de præiudicio epī quod generari poſſet, quia ſalua pace; nā non poſſumus dicere eſſe præiudicium id quod ius permittit, ſi n. eps vinceret, ipſemet idem faceret, & ſi nollet ad id cōpelleretur ſecundū do. Card. in c. nobis. hoc tit. in 6. q. & infra in hac quæſtione principali erimus dicturi, eod. modo nunc facere poſſet. & deberet capitulum. ¶ Eſt bene verum ꝙ dubitarem vtrum capitulum poſſet ↄſentire, vt apponeretur aliqua conditio, quæ eſſet contra ius, puta ꝙ inſtrumento nō pertineret ad epm; & ſimilia licèt poſſe dici ꝙ ad hoc vt inducanṫ laici ad eccl̃as fundandas poſſit ēt capitulum hoc facere, cum etiā ordinarius cōpelleretur conſentire, vt dicemus infra in iſta j part. in 7. q. prin in j art. in 12. ampliatione primæ limi. vnde ſi ordinarius ad iſta cōpelleretur quod ꝑiudicium faciat ei ſi hoc capitulum faciat, ſed re vera obſtat oīno illa regula ꝙ capitulum non pōt diſponere in his, quæ generant epiſcopo præiudicium. ¶ Non ob. 2. ſcilicet ꝙ non inuenitur à iure expreſſum, quia bene inuenitur expreſſum in regulis ſpecialibus nō dico gñalibus vt fuit dictū in motiuo, & regulā generalem hic appello illā ſ. ꝙ in his, q̄ ſunt iuriſdictionis ſuccedit capitulum &c. Specialē verò nomino illam. v3 ꝙ in his, quæ ſunt iuriſdictionis neceſſaria ſuccedit capitulū, vñ cum iſta inueniaṫ contenta ſub illa regula, quæ eſt iuriſdictionis neceſſaria; vt j. oſtendemus. ergo bene dṙ expreſſū. ¶ Et ſic non obſt. 3 ſ ꝙ capitulū ſuccedat in iuriſdōne neceſſaria, nam hoc fateor, dum poſtea dṙ, dare hmōi conſenſum non eſt neceſſariū. ſed voluntariū nego. nā ſi bene aduertatur eſt bene neceſſariū, attento ꝙ ſi laicus haberet nunc voluntatem ædificandi, ſi negaretur conſenſus, poſſet eſſe ꝙ amitteret illam voluntatem, &
12 non ædificaret amplius eccleſiam, † cum magis ſimus proni ad malum q̄ ad bonum, & à bono cito reuertimur, & inducimur ad malum, quod eſſet damnoſum eccleſijs, & iō periculū eſt in mora. nā ſm vulgare dicitˢ. batte lo ferro, quando è caldo. Et iura ſemper quærūt vt laici inducantur, & non retrahantur ab ædificatiōe eccleſiarū argu. c. 3. de iurepa. & tanto magis dṙ neceſſarium, quia poſſet non ↄſentiens compelli, vt in hac q. in 16. art. dicemus. Eſt bene verum voluntariū eſſe ex parte ædificantis, quia poteſt q̄ñ vult ædificare, ſed ex parte habentis conſentire non eſt voluntarium, quia dependet de voluntate alterius & non ſua, & ſic illud motiuum non obſt ſed magis facit pro iſta parte. ¶ Minime obſt. 4. quia ex quo habemus deciſiones in terminis non dicemus caſum dubium, ſed clarū, & iſta pars eſt cōis quā tene indicando, & conſulendo, pp auctoritates Gaſp. Cald. & Pauli ¶ Licèt certè nec primo, nec ſecundo motiuo, imò nec et quarto ſit bene reſpōſum, nam non ſufficit vt diximus incluſi ſub quacunque regula, & ambæ regulæ ſupraſcriptæ dicunṫ generales, nec iſte caſus dicit clarus, cùm magis vrgentia ſint motiua ab illa parte, & locus ab auctoritate eſt debilis. vnde in puncto iuris tenerem partem negatiuā per rōnes quas ſupra nouiſſimᵉ ego in iſta q. adduxi. quæ quidem ſunt inconuincibiles. vnde iſto caſū poſſumus dicere ꝓ dictus doct. viſus fuiſſe voluntate pro ratione, cum contra eos verè regulæ iuris obſtent. ¶ Reperi poſtmodū do. Roch. in hoc trac. in verbo pro eo ꝙ in diœceſani conſenſu, in 29 char. in 4. col in verſ. 11. quæro quærentem de hmōi queſtione, & tenentem opinio. Cal. licèt nihil de prædictis dicat, qui tamen pro opin. Cal. adducit in ſimuli lo. And. in d. c. nobis qui ſuper verbo loci epiſcopo dicit ꝙ præſentatio, quæ ſolet fieri epo ſed vacan. ſit c. alleg. et Gem. in c. vnico, in 23. q. de malo. & obed. lib 6. & ita reſidet ſubdendo Cal. moueri illa potiſſima ratione, quia eā, quę ſunt iuriſdictiones tranſeūt in capitulum ſed. vacan. quæ tamen non militat per rationes per me adductas. ¶ Tu vero dic illam rationem Cal non militare, & nullā rationē pro ipſis doctoribus facere, niſi ſolum illa non pœniteat fundatorem ſi retardatur aſſenſus, cui tamen rationi non obſ. illa alia regula, quia hic caſus non eſt expreſſus in iure, vnde iſte articulus eſt nimium dubitabilis, cogita ſuper eum.

¶ Decimus artic. 2. q. princ. j. part. j. Libri.

1 Conſenſus diœceſani debet interuenire in fundatione, cōſtructione, vel dotatione, ſiue ſit laicus, vel clericus, qui ea vult facere.

opi. & moueẽ qa cũ iuſpa. ſit indiuiſibile nõ põt dici ꝙ
qs habeat duas partes in illo iure, & ſic eſt ſibi ↄtrarius
cũ tollat & pinguedinẽ vocis, & gratificationẽ, & tñ vt
ſ. vidiſtis ad cle. plures, tenuit oppoſitũ. ¶ Reperi poſt-
modũ d. Roc. in hoc trac. in verbo ius. in 5. cha. in 2. co.
in 6. q. vbi q̃rit, an iuſpa. ſit diuiduũ, vel indiuiduũ, & cõ
cludit eſſe indiuiduũ in ſe: ſi verò nos loquimur de præ
ſentatione q̃ eſt fructus vel effectus iuriſpa. & iſta quiq;
põt diuidi hoc mõ tu p̃ſentabis iſta vice, & ego altera
qũ cõtinget ecclãm vacare iuxta tex. clarũ. in d. cle. j. Et
hinc ſumpta occaſione ibi diſcutit hũc art. de concor-
dandis patronis ꝙ alternis vicibus p̃ſentẽt, de quo arti.
ſuo loco in 2. par. in 2. q. prin. in 36. art. huius lib. dicem⁹,
& ſic vr̃ concludere ibi do. Roc. ꝙ alia diuiſio fieri non
poſſit. ¶ Poſtea idẽ Roch. in eodẽ tract. in verbo & do
tauit. 37. char. in 2. & 3. col. in 12. qõ. quærit an plus tri-
buens maiorẽ habeat vocẽ, & maius ius in eccleſia pa-
tronata, & allegat multa hinc inde, & m̃ tene ↄtra Inn.
& Hoſt. licèt dicat opin. Inn. referri & ſequi ſub dubio
forte. gl. magna poſt prin. in d. cle. plures. & ꝓ ipſa opi.
facere tex. in l. maiorẽ. ff. de pac. quẽ ad hũc propoſitũ
dicit alleg. Io. An in d. c. j. paulo ante fi. licèt tñ oppoſitũ
teneat, & dicit cõtrariã opi. ſibi videri in puncto iuris.
licèt opi. Hoſt. & Inn. videaẽ ſapere aliqualem ęquitatẽ,
& ita reſidet ibi do. Roch. nihil tñ dicit de opini. Abb.
in gl. ſuis ad cle. plures. de pinguiori voce, licèt adducat
Abb. in d. c. j. pro ↄtraria opi. ¶ Reperi ẽt poſtmodũ do.
Pau. de Cit. in hoc tract. in 5. parte. in 6. dr̃ia vbi dicit iuſ
pa. eccleſiæ poſſe eſſe apud plures inſolidum, & non ali

ter

ter quo ad ſuos effect⁹ excepto quo ad pñtationē:quia
tūc eſt apud oēs collectiue,vt dicit notari in c.j. & ſeq.
hoc ti.diſtinguendo tñ,an apud collegiū ſit, vel laicos
vel plures hæredes vnum patronū pñtātes,& remittit
ſe.¶ Et poſtea reperi eundē in d.tract.in 6.parte.in 3.
q.dicentē iſtum honorē præſentationis nō eſſe apud
oēs inſolidum, ſed vt apud vniuerſos, qñ plures ſunt
pr̃oni eccleſiæ: quia licet in alijs effectibus iuriſpa.qñ
ſunt plures pr̃oni quilibet inſolidū dicatur pr̃onus, &
cuilibet debeatur eadē reuerētia inſolidū,tñ in actu p̄-
ſentationis iuſpa.nō dicit̃ apud ſingulos,ſed apud oēs,
& ſic ēt teſidet ipſe do.Pau.quid ergo dicēdū in tanta
varietate & diuerſitate dictorū & opinionū.¶ Ego in
iſto paſſu pro cōcordia oīum p̄dictorū ſic diſtinguerē
q aut nos loquimur de iurepatro.quātū ī ſe eſt,& ſic tā
q̃ ius in abſtracto:aut de iure patro.quātū ad executio
8 nē & exercitiū ipſius,& iſta diſtinctio procedit:† quia
iuſpa.eſt indiuiſibile quo ad ſubſtantiā, ſed diuiſibile
quo ad ius præſentandi,& ſic quo ad eius exercitiū.c.j.
hoc ti.vbi hoc no.ſicut in ſimili iuriſdictio eſt inſoli-
dū apud plures,& exercitiū pro parte.c.prudentiā.in
prin.de offi.deleg.Card.in d.clemen.plures poſt prin.
3.col.hoc ti.vbi per prædicta dicit conuenienter poſſe
ſic diſtingui.¶ Primo igit̃ caſu cōſiderato iurepa.in ab
ſtracto eſt dicēdū q omnes ſunt pr̃oni inſolidum, &
quātū ad hoc nomen pr̃onus & iuſpa.nō pōt dici plus
vel minus:& q iuſpa. ē apud oēs ſine aliqua dr̃ia ſiue
ſint effecti pr̃oni ex pluribus cauſis,ſiue ex vna, vt late
diximus ſupra in proxime præcedētibus articulis,ſiue
loquamur in ſucceſſionibus & alijs legitimis titulis
trāſferēdi iuſpa.& ſint inſtituti æqualiter ſiue inæqua-
liter:vt ī gl.d.c.j.hoc ti.& dicemus infra in hoc li.in 2.
parte in j.q.princ.in 24.ar.& in hoc oēs cōcordāt:qa
iuſpa.eſt indiuiduū ſicut & ſeruitus:& dixit Barb. poſt
Bal.in d.c.quāto in vltima col.& nos late ſupra dixi-
mus:vñ in hoc nō eſt difficultas.¶ Scđo vero mēbro
principali,qñ loquimur de iurepa. quātū ad executio-
nē ſeu exercitiū ipſius,& in hoc eſt aduertēdū,nā exer
citiū iuriſpa.cōſiſtit in plurib.v3: in vtilitate, & ſic in
alimētis percipiēdis in paupertate,in honore proceſ-
ſionis,& p̄lationis;qa cū ꝓceſſione pr̃ono obuiatur,
ac alijs præferē in honore pñtationis:quia patroni præ
ſentant inſtituendū in rectorē eccleſiæ,vt oīa iſta pa-
tent in c.nobis.hoc ti.& per totā gl.in c.piæ mētis.16.
q.7.diximus ſupra in fi.diffinitionis,& latius dicet̃ in-
fra per diſcurſum operis.¶ Et ideo iſtud ſcđm mēbrū
principale ſubdiſtinguerē,q aut loquimur de exerci-
tio & fructu iuriſpa.quo ad alimenta percipienda:aut
de exercitio & fructu honoris & p̄lationis: aut de ex-
ercitio & fructu honoris iuris præſentandi.¶ † Et quo
9 ad primū mēbrū eſt dicēdū pinguius eſſe prouidendū
illi qui plus contulit q̃ illi qui minus:quia magis eccl̃a
tenet̃ ei q plus cōtulit q̃ illi qui minus ꝯtulit. arg. c. j.de
dona.& ita ꝓcedat qđ voluit Goſ.Hoſ.vbi ſupra gl.in
d.cle.plures.& ſumma directorij iuris vbi ſupra.¶ Et
idē dico eſſe dicendū ſm p̄dictos doct quo ad ſcđm
mēbrū:vt magis honoris in proceſſione & p̄latione
tribuat̃ illi q plus contulit(cū magis illi eccl̃a teneat̃)
q̃ illi q minus ꝯtulit.¶ Nec ob.iſtis duobus mēbris di
ctū Card.ī d.cle.plures;ius alimētorū & ꝓceſſionis de
beri p capita ſingulis ex defectu nō cōmodæ diuiſiōis
hoc enim eſt veriſſimū:nā ſi ſuppetūt facultates eccl̃æ
oēs pr̃oni indigētes habebunt alimēta ab ea , vt dicet̃
infra in iij.li.in iij.q.prin.in 2.art.Et erit opus q dētur p
capita.ſ.q qui indiget alimentet̃:nā alimēta debēt da
ri,vt quis viuat.l.alimentorū.ff.de alimen.& ciba.leg.
& ita ēt in honore:ſed nō p hoc tollit̃ id qđ dr̃ in dictis
duobus mēbris.ſ.q pinguius alimēta præſtētur& ma-
gis honoris illi qui plus ꝯtulit q̃ ei qui minus:& iſta pin
guedo poterit cōſiſtere in frequentia:quia magis fre-
quēter præſtabunt̃ alimenta & in excellentia : quia p̄-
cioſiora cibaria & excellentior honor præſtabit̃ illi q
plus ꝯtulit q̃ ei qui minus.¶ Sicut ī ſimili ſoluit gl. ī c.
quicunq;el.ij.16.q.7.q licēt eccl̃a oībus pauperibus te

neatur ſubuenire,tñ abūdātius ſubueniat pr̃onis vt ibi
per eā,facit ēt qđ dicit Inn.in c.cū oēs,de cōſti.q quā-
to quis eſt in eccl̃a clarior antiquior & dignior,tāto in
his q̃ dantur pro alimentis præhonorari debet arg.c.
nō cogatur 41.di.& c.de multa.de præben.& idē vol
uit do.Abb.in c.cū olim.de re iudi.¶ Quo verò ad ter
tiū mēbrū de exercitio ſeu fructu iuris præſentandi eſt
iterū ſubdiſtinguendū:nā aut nos loquimur: aut aliqs
plus cōtulit,qa vnus fundauit & cōſtruxit eccleſiā, &
ſic duas cās explicauit, alter verò tñ dotauit:vel quia
vnus conſtruxit tñ & alter fundauit & dotauit:ſeu qa
vnus tñ fundauit, alter verò ꝯſtruxit & dotauit.¶ Aut
nos loqmur de plurib⁹ q ſimul dederūt fundū,vł de plu
ribus q ſimul ꝯſtruxerūt,ſeu de plurib⁹ q ſimul dotarūt
inæquał:tñ quia in p̄dictis vel ī quolibet p̄dictorū vn⁹
magis cōtulit q̃ alter.¶ Et circa primū mēbrū,ſeu pri-
mos caſus ſubdiſtinctionis nō reperi aliquē ſpecifice
tractātē:vnde ī eo ſeu in eis dicerē,ſaluo ſemper ſanio
ri iudicio,illū q duas cās,licèt ſit vnus,habere nō dico
10 pinguiorē vocē,† ſed dico duas habere voces: illum
vero qui vnū fecit vnā habere vocē, & ad hoc dicen-
dū moueor p vnā maximā, quā ſolitus eſt facere Io.
and.in c.cū olim.de re iudi.arg tex.in c.per literas. de
ꝓba.& l.ſi conſul.ff.de adop.q ſi duo iura cōcurrūt in
eadē perſona quorū quodlibet producit ius vocis dā-
dæ,talis perſona debet habere duas voces, qa duorū
iure cēſetur.ſentit ibi Abb.& alij doct.multa accumu
lātes,& maximè do.Fely.ibi qui plura ſimilia adducit
& dicta reg.p̄ſertim procedit qñ illa perſona in qua di
cta duo iura cōcurrūt exercet actū,& nō pōt apparere
nec diſcernere tūnc cuius iuris magis exerceat ſm au
reā diſtinctionē do.Abb.ibi in fi.a & in prin.3.col.quē
in eodē loco pulchre ſequitur do.Fel.in 2.col.in j. limi
tatione & ibidē do.meus Corſectus per ꝯſi.Fed.p eū al
leg.¶ Stante igitur p̄dicta reg.nulli eſt dubium, q q̄li-
bet ſupradictarū triū cauſarū.ſ.datio fundi,ꝯſtructio,
& dotatio,producit ius vocis dandæ quia ex qualibet
ipſarū cauſarū quis acquirit iuſpa & ius dādæ vocis,vt
ſupra diximus in iſta j.parte in iſta 3.q.prin.in 3. art.Er
go ſequitur q ſi in vna perſona cōcurrūt duo iura: pu
tà quia fundauit & cōſtruxit,vel qa fundauit & dota-
uit,ſeu quia ꝯſtruxit & dotauit,vel in altero vnum in
ſpa.qa tñ fundauit,conſtruxit,vel dotauit, q primus
habeat duas voces,alter verò vnā per ſupradicta.¶ Et
ꝓ iſta parte vr̃ tex.ſcđm vnū itellectū & magis cōem
quē ibi ponit do.Abb.in 3.col.ibi,ex his habes vnā no
tabilē ſolutionē in d.c.cū olim.de iudi. vñ ſm intelle-
ctū cōem electio ad archidiaconatū ī illa eccleſia ſpe
ctabat ad epm̃,Capitulū,& præpoſitū:vñ eo ipſo quo
qs creabat̃ eps̃ habebat vocē ad eligēdū archidiaco-
nū,& ſimiliter eo ipſo quo quis creabat̃ canonicus,&
eo ipſo quo creabat̃ p̄poſitus, & ſic cū archidiaconat⁹,
canonicatus,& præpoſitatus erāt iura q̃ ꝓducebāt ius
dādæ vocis,& qa ibi quidā canonicus fuit creatus p̄po
ſitus,& ſic habebat duo ex illis iuribus quorū qđlibet
de p ſe ꝓducebat ius vocis dādæ:ideo ille p̄poſitus ha-
bebat duas voces.Simili modo in caſu nr̃o,ex quo ille
vnus fundauit & dotauit,habebit duas voces , vnam
quā acquiſiuit ex fundatione,aliā quā acqſiuit ex dota
tione,qa q̄libet illius cauſæ tribuit ius vocis dādæ.¶ Fa
ciūt ēt ad hoc oīa ſimilia adducta p Mod. maximè p
d Fel.in d.c.cū olim.¶ Facit ēt ꝓ iſta mea deciſione,id
qđ dixit gl.in d.cle.plures.poſt prin.ij col.hoc ti.q hæ
res triū pr̃onorū tres habebit voces:alle. d.c.cū olim.
¶ Cōfirmatur iſta opinio,quia alias ſequeretur abſur
dum:pone enim q vnus conſtruxit & fundauit , duo
verò alij dotarunt,ſi tñ vocis haberet ille vnus quātū
illi duo qui inſimul dotarūt:imo illi duo haberēt duas
voces,qa duo ſunt:vnde nullus inueniretur q duo fa-
ceret,ſi tñ haberet qui duo facit quantum qui vnū fa
cit.¶ Et in iſto caſu poſſet ſaluari dictum Inn.in d.c.j
q dixit eū qui plus dedit habere duas voces , q ſit lo-
quutus iuxta d.c.cum olim.& intellectū ſupradictū.ſ.
q duo expleuerit,& iō duas habeat voces:licèt ī veri-
tate

tatc Inno. loquatur in caſu membri ſequentis.ſ.quãdo
plures fecerunt vnũ puta quia dotarunt,& nihilomin⁹
dicit, ꝙ qui plus dedit, duas vel plures voces habebit.
¶ Diceret ẽt quantũ ad iſtud mẽbrũ ꝙ nõ eſt aduertẽdũ,
vtrũ tanta ſit expenſa in fundatione & dotatione in ſi-
mul, quãta in cõſtructione:vel tanta in fundatione &
cõſtructione,quanta in dotatione:adeo ꝙ ſi ita eſſet,ita
vnã vocẽ haberet qui duo fecit ſicut ille q̃ vnũ ex quo
expenſa eſt æqualis:nã hoc non eſt dicendũ, vnde licet
vnus duo fecerit, & in illis duobus minus expediderit
q̃ ille in vno,qui vnũ fecit:tñ hoc nõ attẽdetur,ſed oĩno
habebit locũ quod ſupra diximus.ſ.vt ille habeat duas
voces,& ille vnã:quia in hoc non attenditur expenſa,
ſed attenduntur radices & iura ex quibus producitur
ius vocis dandæ:illa enim tria æque principaliter con-
currunt ad ducendũ eccleſiã de non eſſe ad eſſe, vt ſu-
pra diximus in j.q prin.in 1.ar.& in 2.q.prin.in 2. ar.vn
de in caſu c cũ olim.quo ad habẽdam vocem in archi
diaconatu non attenditur ꝙ concurrãt in voce dan-
da eps,Capitulum,& Præpoſitus:ſufficit enim ꝙ æqua
lr vocẽ habeant, & ideo non eſt habenda conſidera-
11 tio de qua ſupra.¶ † Secundo vero mẽbro huius ſubdi
ſtinctionis.ſ.ſi loquamur de pluribus qui ſimul dederũt
fundum,vel qui ſimul conſtruxerũt. vel qui ſimul dota
runt,inæqualiter tamen,quia in prædictis,vel in quoli-
bet prædictorum vnus magis contulit q̃ alter:in hoc
caſu eſt dicendũ,ꝙ quilibet ipſorum habebit in præſen
tando vnam vocẽ,ſed pinguior erit vox illius qui plus
cõtulit,q̃ illius qui minus:& iſta pinguedo operabitur ĩ
caſu gratificationis vt ſupra eſt dictum. Et ita procedat
illud quod voluit Gof de Trano,Hoſt.gl.in.d.cle.plures
& ibidem Abb.in ſuis apoſtillis.& ſumma directorii iu
ris in locis ſupra alleg.qui quidem doctores bene inſpiciã
tur nullo modo loquuntur in caſu huius membri quã
do plures ſimul conſtruxerunt vel dotarunt: vt euidẽ-
ter apparet in titulis q̃onum per eos formatis vbi dep̃
dictis loquuntur, vel quando plures inſimul dederunt
fundum conſtruxerunt & dotarunt, & non ſeparatim
ꝙ unus dederit fundum,alter conſtruxerit, & alter do
tauerit,ſed omnes fecerunt omnia tria, ac ſi feciſſent
vnũ:verũ plus cõtulit vnus q̃ alii,& ideo pinguiorẽ ha
bebit vocẽ Non ob id quod dixit ſumma directorii iu
ris in loco ſupra allegato nullam eſſe differentiã inter
eum qui minus dedit & eum qui magis:quia ius præſen
tandi eſt apud oẽs & etiam hoc eſt verum quantum ad
numerũ vocũ,non aũt quãtũ ad pinguedinem & aucto
ritatem uocis.¶ Et ſimiliter non ob id quod dixit Bar-
ba.in d.c.quanto.in vlt. col. de iudi. qui vr̃ contrariari
etiã quãtũ ad dignitatem cõtra d.c.dudum. de electio.
vt ſupra eſt dictum,quia vt proximè dixi ibi Barb.ſimi
liter loquĩr q̃rum ad numerum vocum,vt ib aperte di-
cit,nõ tm̃ faciat numerũ quantũ q̃ ædificauit angulum
vnũ,quãtũ q̃ tres, & tm̃ faciat numerũ rex quãtũ pau-
pecula, nõ aũt loquĩr quo ad auctoritatẽ & pinguedinẽ
vocis vt ſupra diximus. ¶ Et rõ diuerſitatis inter iſta
12 duo mẽbra eſt,quia ĩ ſcd̃o mẽbro † ex quo is qui plus cõ
tulit admiſit ſecum alium qui minus contulit, videtur
ei cõicaſſe ius ſibi competens in præſentando ſecundũ
Card.in d.clemen.plures.ante medium iij.col. & dixi-
mus ſupra in 5.articulo. & ideo oẽs faciunt voces æqua
les,ſed quia ille qui habet gratificare,debet gratificari
cum rõne & vidit vnum magis cõtuliſſe altero, vocat
vocem illius qui plus cõtulit ex rõne ſua pinguiorem,
13 & ideo gratificaĩ præſentato ab illo.¶ † In caſu vero
primi mẽbri ille qui fundauit & cõſtruxit nullũ ex ſe
admiſit,ſed perfectũ iuſpa.quiſiuit ex qualibet illarum
cauſarũ.nec in illis uoluit ſociũ,venit modo alter & fe-
cit aliud quod ẽt de per ſe perfectũ eſt,& iuſpa. acquire
re facit,& vocem producit:puta quia dotauit, & ſic nõ
eſt ſicut in ſecundo membro in quo ex defectu illius q̃
noluit pſecte dotare & conſtruere admiſit ſocium vt
ſimul perfecte dotando vel cõſtruendo acquirerent iu-
ſpa.& vocis dandæ.iuxta no.p gl.in c.quicũque.el.2.16.
q.7 & quod voluit Abb.in rub.iſta,ꝙ niſi perfectè plu-
res dotent.non acquirit quilibet ipſorum certũ gd dãs
iuſpatro.vt diximus in præcedentibus proximis articu
lis.¶ Sed cõtra iſtã rationẽ facit qd̃ voluit Abb in cõſi.
106.ante fi.j.col.in 2.vol.ꝙ fundans & conſtruẽs eccle-
ſiam non acquirit iuſpa.niſi illã perficiat,ſcilicet ꝙ ipſe
vel alter illã dotet,ergo ipſe ẽt illũ tertiũ admiſit vt ipſo
iuſpa.acquireret,ſicut & in ſecundo membro, ergo nõ
concludens ratio,tamen poteſt huic motiuo reſponde-
ri dicto conſi.do.Abb.non procedere vt latè diximus
ſupra in j.q.prin.in j.ar diſtinctionis & in iſta 3.q.prin.in
j.ar.& ideo ratio eſt concludens & bona.¶ Sed vltra eã
aſſigno aliã & ſecũdã rationem diuerſitatis magis con
cludentẽ.ſ.quia in caſu primi mẽbri in vna perſona cõ
currebant duo iura,quorũ quodlibet de per ſe ꝓducit
ius vocis dandæ, & io duas habebit voces vt diximus,
ſed in caſu ſecundi membri licet vnus nimium dederit
in cõſtructione,vel in dotatione,nihilominus illud ni-
mium dare non ſunt duo iura quorum quodlibet de
per ſe producat ius vocis dandæ:imo nec unũ ius pro-
ducit niſi conſocii ſuppleãt & perfectè dotent uel con-
ſtruant vt in dicta rub.per Abb.& ideo non poteſt dici
ꝙ in perſona plus dantis concurrant illa duo iura.ſi nõ
concurrunt non poterimus dicere illũ habere duas vo
ces,& ille qui minus contulit vnam ſed ille qui plus cõ
tulit habebit vnam,& aliam qui minus cõtulit: vox ta
men illius qui plus cõtulit,erit pinguior & maioris au
ctoritatis per ſupradicta.¶ Poterit etiã ex omnibus præ
dictis elici noua declaratio ꝙ ſi vnus fundauit & cõſtru
xit eccleſiã,decẽ vero alij dotarunt,oẽs dicentur patro
ni inſolidum:nihilominus dicemus illos decem habe-
re decem voces quæ concludentur ſub vna, & illũ vnũ
habere duas voces per dictam nouam meã diſtinctio-
nem,ſuper qua cogita,quia eſt noua.ſed puto illã veriſ-
ſimã.¶ Quid autem de hæredibus fundatorũ vnius vel
plurium patronorũ in eorum hæreditatibus ſucceden
tiũ,an dicenĩ habere plures voces pinguiores dicem⁹ la
te infra in iſta j.parte in j.q.prin.in 23.ar. ibi vide plene.

¶ Nonus articulus.iij.q.prin.j. partis. j. Libri.

1 *Eccleſia poteſt fundari vbicunque non eſt expreſſe prohibitum.*
2 *Locus in quo fundatur eccleſia,non debet habere ſeruitutem.*

QVæro Nonò, quia ſupra diximus ex illis tribus
cauſis iuſpa.acquiri, & prima ipſarum eſt fun-
datio. i. dare fundum pro eccleſia fundãda vbi
& ĩ quo loco eccleſia fundari poſſit.iſtã q. format Paul.
de cita.in hoc tract.in 3.parte in 28 q.j.cauſæ.& breui-
ter dicit putare ꝙ ſicut fundare eſt materia prohibito-
ria quo ad perſonas.c.quicũque & c.piæ mentis.cũ ſeq.
16.q.7.vt per doc.in c.nobis.hoc ti. & infra dicetur ſuo
loco quando quæremus quæ pſonæ poſſint acquirere
iuſpa & q̃ non, vt quilibet qui non expreſſe eſt prohibi-
tus debet admitti.Ita etiam credit quo ad loca ꝙ ſit ma
1 teria prohibitoria † vt in omni loco poſſit ædificari ec
cleſia,niſi vbi reperitur expreſſe prohibitum.ſ. loco vti
2 li & ſalubri.cap.eccleſias.cum gl de conſe.diſt.j † Item
dummodo fundeĩ in loco qui non patitur ſeruitutem
vel onus,quia liber ab omni ſeruitio debet eſſe locus in
quo eccleſia fundatur.alleg. Abb.in c.j.de cenſi. niſi ſit
tributarius Imperatori vt ibi,quia & tunc põt ædifica-
ri ſi a tributo liberetur.hoc aũt ſtabit in cognitione epi
ſcopi qui etiam cognoſcet:an ibi ſit numerus hominũ
habilis qui poſſit facere plebẽ ex qua ſacerdos poſſit ſu
ſtentari cap.vnio.10.q.3.licèt a cõtrario ſenſu nõ nege
tur:quin etiam poſſit ædificari eccleſia dato ꝙ ibi nõ ſit
aliquis homo,dũmodo cõſtruẽs taliter dotet ꝙ ibi poſ-
ſit haberi ſacerdos.c.præcipimus.21.q. 2. Archi.in d. c.
vnio.vbi dicit illum tex.ex conſilio procedere.¶ Tu ad
de ad illud quod dixit fundum debere eſſe liberum ea
q̃ diximus ſupra in 2.q.prin.in 2.ar.poſt d Gay.in repe.
c.fi.de electio li.6.vbi dicit in aſſignatione fundi dñm d̃
bere trãſferre omne dominiũ.nec poſſe ſibi reſeruare
cenſum ſuper illo fundo:videq̃ ibi late diximus. ¶ Ad
uerte etiã ꝙ atrium fundi.in quo eccleſia ædificari de-
bet,deſignatur per epm qui Crucẽ figere debet in loco
vbi

vbi erit titulus eccleſiæ, vel poni facere primum lapi-
dem, & alia exercere facere, debetque eccleſia fundari
verſus ortum ſolis. æquinoctialem nõ, contra ſolſticiũ,
æſtuale, vel hyemale, quia eccleſia quæ militat in terris
tẽperare ſe debet æquanimiter ĩ proſperis & aduerſis,
vt eſt pulcher tex. & ibi Arch. in c. nemo. de conſe. di. j.

¶ Decimus artic. 3. q. prin. j. part. j. Libri.

1 *Domus aſſignata pro eccleſia ædificanda cum conſenſu diœceſani dicitur eccleſia fundata, & ideo ex ea acquiritur iuſpat.*
2 *Si aliquis aſſignauit domum vt pro eccleſia ſeruiat, & non indigeat noua conſtructione erit patronus ratione fundi & ratione conſtructionis.*

QVAERO Decimò, an ſi qs non fundat ec-
cleſiã, ſed aſſignat domũ quandã ſtatuens
vt illa ſit eccľa an ſi id ſecerit cũ conſenſu
diœceſani, erit pronus? d. Roc. ĩ hoc trac.
in verbo eccľam fundauit. in 32. char. in 3.
col. in 9. q. dicit credere ꝙ ſit pronus dũmodo dotet illũ
locũ ipſe vel alter declarando vt ipſe dixit ibidẽ in 2. q.
Et ſic tenẽdo opi. ſuam, q̃ eſt ꝙ ex nulla ipſatũ cauſarũ
iuſpa. acquirat, niſi oẽs ipſę cauſæ cõpleantur per vnũ,
vel per plures, vt ipſe tenuit in diffi. iuſpa. & in verbo ec
cleſiam fundauit in 2. q. in verbo conſtruxit. in 1. q. & ĩ
verbo & dotauit. in j. q. ſed nos tenuimus oppoſitum ſ.
in diffi. iuriſpa. & in iſta 3. q. princ in j. art. Pro reſolutio
ne in huius art. & ꝙ dans domũ acquirit iuſpat. mouet
ipſe Roch per id quod dixit Arch. in c. nemo de conſe.
diſt. j. ꝙ quis põt domũ in eccleſia ɔſecrari facere, alle-
gat illud art. c. vnicuiq; eadẽ diſt. j. & dicit ꝙ epſs vel alius
loco illius veniat ad illam domũ, & ibi Crucẽ ponat, &
locũ Deo deputet, & dicit facere pro hac concľone. q̃ a
rõ eadem militat, acſi a principio quis eccleſiã fundet,
vel cõſtruat. dicit ẽt præmiſſam concluſionem ſentire
Barb. in conſ. ſuo 25. incip. teſtator. vbi etiã tractat, an ſi
diſponens eccľam erigi in domo ſua, & poſtea illã alie-
net. & aliam emat, debeat eccleſia erigi in domo em-
pto? & remittit ſe ad Bar. ibi allegat ẽt iſtam concľonẽ
tenere Roc. in conſ. ſuo 127. incip. licuit ipſi notario. in
1 prin. ¶ † Tu aduerte, ꝙ negari nõ poteſt dãdo quis do-
mũ dare fundũ, & ſic ex datione fundi acquirit iuſpa. cũ
conſenſu in diœceſani. tex. in c. nobis. & in c. abba. 18.
q. 2. Et diximus ſ. in 2. q. prin. in 2. art & in iſta 3. q. prin.
in j. art. Sed dubium facit, an ẽt iſte dans domũ ſit pro-
nus ex cõſtructione cùm non ſit cõſtructa pro eccleſia
ſed pro domo, nã alia eſt forma domus priuatæ, & alia
ẽ forma eccľæ, vt de forma eccľę latè diximus ſ. in 2. q.
prin ĩ fi. 7. art. vñ in hoc dicerẽ, ꝙ ſi illa domus taliter eſ
ſet ædificata ꝙ non poſſet ſeruire ꝑ eccleſia niſi diruat
& deformetur, & tunc nõ erit pronus niſi rõne fundi,
rõne verò conſtructionis erit pronus cum conſtruenti
bus, & non ſolum rõne cementorum, lapidũ, & ligno-
rum, quæ oĩa erant ipſius dantis domũ ex quo erant in
ipſa domo per ea, q̃ dixit Io. An. & Car. in c. nobis. hoc
2 tit & nos diximus ſ. in iſta 3. q. prin. in 4. art. † ſi verò do
mus erat ita formata ꝙ abſq; aliqua alia ɔſtructione re
manet pro eccleſia, ſine dubio dicerẽ ipſum dantẽ do-
mum eſſe pronũ, tã ex fundi datione q̃ ex ɔſtructione.
¶ Quæ aũt ſit vtilitas ꝙ quis ſit pronus ex multis cauſis
vel ex vna ſolus, vel ex vna cũ alijs, cõprehẽdit ex dictis
per me ſ. in diſtinctione quã facio in proximo ꝑceden
ti 8. art. ¶ Pau de Cir. in hoc trac. in 3. part. in 30. q. j. cau
ſæ. quærit de hac ɔcľone. & cõcludit, ꝙ ſic vt ſ. & dicit
ipſam concľonẽ verã ẽt dato ꝙ hac intẽtione fundata
fuerit domus, vt eſſet domus priuata. & alleg. Arch. vbi
ſ. adducentẽ Bonifacium qui ſacrauit templũ idolorũ
Beatæ Virgini ac martyribus. & omnibus ſanctis, & il
lum locũ appellaſſe locũ S. Mariæ ad martyres, qui tñ
locus nunc appellaĩ S. Maria Rotunda, vt dicit haberi
in hiſtoria Lombardica, & ita etiã fuiſſe factũ Medio-
lani ex magno palatio Caſtellani de Euſtachijs monia
libus S. Agnetis, donato per illuſtrem Principem Lu-
douicum ducem Mediolani conſecrato per Archiepi-
ſcopum aliàs non poſſet quilibet ſine epiſcopo facere
eccleſiam c. vnicuiq; de conſec. diſt. j. c. ſi quis extra 30.
diſt. vbi ſub pęna excõicationis prohibetur quem vo-
care populũ ad locũ tanq̃ ad eccleſiã, ſi non fuerit funda
ta de conſenſu epi, in ciuitate Trani ex palatio magni-
fici domini Lionelli Falconario de ipſius præcepto ma
gnifica q. dña Antonella Palagana eius vxor fundauit
monaſterium ſororũ S. Frãciſci, ſub vocabulo S. Ioan-
nis, & ideo modo dicitur de Lionello, qui Lionellus
fuit patruus magnus matris meæ, & dña Antonella cõ-
ſobrina patris mei, quorum hæreditates ad nos ſpecta-
bant, ſed illi Deo dederunt, & optimè fecerunt, in quo
monaſterio viget maxima ſanctitas. Laudetur Deus.

¶ Vndecimus art. 3. q. prin. j. part. j. Libri.

1 *Fundare dicitur qui dat fundum.*
2 *Verbum fundare quot modis capiatur.*

QVAERO Vndecimò, quando quis dicatur fun-
dare eccleſiã. do. Roch. quærit hoc in d. ſuo trac.
in verbo eccleſiam fundauit. in 31. char. in 4. col.
1 in j. q. † & dicit fundare dr, id eſt fundum aſſignare, vbi
eccleſia debeat conſtrui tex. in c. nobis. & ibi Io. An. in
pen. col. & alij hoc tit. & dicit probari in c. abb. el 2. ibi
poſſeſſionis domus. 18. q. 2. & declarat Io. An. in c. j. ſu-
per gl. j. hoc n. & Abb. ſuper hac rub. & in c. cũ eccleſia
vulterana. in 4. col. de elect. & gl. in c. piæ mentis. 16. q.
2 7. & ſæpe vulgo dñr fundatores ẽt qui † conſtruxerunt
vel eccľam ineſſe deduxerũt, & ẽt qñq; ſumitur in iure
fundatio, pro ɔſtructione tex. eſt in c. nos quidẽ. in ver-
bo fundari. iuncta expoſitione Io. An. ibi de teſt. Idem
tenet Pau. de Cir. in hoc trac in 3 part. in prin. vbi dicit
fundare dupliciter intelligi. i. fundum dare, vel ædifica-
ri facere, & allegat vltra ꝑdicta Abb in c. ad euidentiã.
in 3. no. de eccl. ædifi. ¶ Intelligit ẽt verbũ fundare ſim
pliciter, vt ille dicaĩ fundare q facit ecclam ſuis ɔſtrui
ſumptibus, & ei acquiriĩ iuſpa. nõ aũt murario, vt ſ. ſæ-
pe diximus maximè in 4. art. & iſta eſt veritas, & ex iſtis
põt inferri pro dicto tex. dicentis talem fundaſſe eccle-
ſiã, ꝙ licèt probetur illum non dediſſe fundum, ſed con
ſtruxiſſe, ſaluabitur eius dictũ, vt intelligatur fundare ꝓ
conſtruere, & ſic probauit intentionem producentis,
nec poterit dici dixiſſe falſum per ſupraſcripta.

¶ Duodecimus art. 3. q. princ. j. part. j. Libri.

1 *Conſtructa eccleſia in fundo alieno inſcio dño fundi poſtmodũ verò ſciente, & volente dñs fundi erit patronus tam ex fundatione q̃ ex conſtructione, ſecus ſi fuit conſtructa bona fide cũ conſenſu domini, quia dominus fundi erit patronus ratione fundi, conſtructor ratione conſtructionis cum conſenſu tamen diœceſani.*

QVAERO Duodecimò, an ſi ſuper ſundo meo
conſtruitur eccleſia me inſcio ego ero patronus
rõne fundi. Io. An. in d. c. nobis. in 2. col. in verbo
acquiriĩ, vĩ concludere, ꝙ ſic, imò dicit hoc caſu totum
iuſpa. acquiri dño fundi. & non conſtructori qui hoc fe
cit dño inſcio, quia ædificium cedit ſolo. l. adeo. §. cum
in ſuo. ff de acqu. re dom. §. cũ ſuo. Inſti. de rerum diui.
verũ dicit ipſe ꝙ vbi aliquis conſtruit bona fide de ɔſen
ſu dñi fundi, tũc ẽt cõſtructor erit pãtronus ſm eũ ibi ꝑ
illum tex. quẽ ſequiĩ ibi Card. in 4. opp. ¶ In ɔtrariũ tñ
dicit do. Roc. facere id qđ dixit do. Car. poſt Io. An. vbi
ſ. dño fundi non acquiri iuſpa. niſi dominiũ ipſius fun-
di ſit tranſlatũ in eccleſiã. alleg. c. 2. 10. q. j. ſed hoc fieri
nõ põt inſcio dño fundi l. id quod noſtrũ eſt. cũ ſimi. ff.
de reg. iur. ergo dñs fundi inſcius, vt ſ. nõ erit patronus,
& iſtud credo verius ſolus ergo dñs fundi in dicto caſu
erit pronus qñ fuerit poſtea contentus dominium ipſius
fundi in ecclam trãſferre, & actualiter trãſferat, licèt
nõ fuerit ɔtẽtus a principio de ɔſtructiõe facta eo inſcio.
ita do. Roch. vbi ſ. & dicit de hoc puncto haberi ꝑ do.
An. de Bu. in d. c. nobis. ĩ j. col. ¶ Subdit poſtmodũ ipſe
do. Roc. ꝙ ſi qs dicat ꝑdictæ ɔcľoni obſtare qđ dicit do.
Abb. in c. 3. in ver. ſed dubitaĩ de qõne. de eccleſ. ædifi.
& quod

& quod dicit do.Car.in conſ.ſuo 122.in noīe indiuiduę
Trinitatis ꝙ rectore alicuius eccleſiæ ꝯſtruen. capellā
ex redditibus eccleſiæ iuſpa.acquiri ipſi eccſæ, non aūt
ꝯſanguineis ipſius,ēt ꝙ intentio rectoris fuerit de acqui
rendo cōſanguineis.per c.apoſtolicos cū gl.12.q.2.& ꝑ
alia per eos allegata.& ſequiꝛ do.Fel.in c.cum venera-
bilis.12.col.de excep. & tñ illud non fuit factū cum con
ſenſu eccleſiæ,ergo. Ad quod dicit Roch. poteſt reſpō-
deri & dici eccleſiā ꝯſenſiſſe,ex quo illi redditus fuerūt
ꝯuerſi in conſtructione capellæ in augmentū cultus di-
uini,ꝓut erogari debēt qñ ſuperſunt vltra neceſſaria vi
tæ.c.de his.& ibi notaꝛ. de eccle.ædifi. & notaꝛ in c.pa-
ſtoralis.de his q̄ fiunt a ꝓlato.& per Abb.& alios in c.đ
monachis.ſuper gl.j.de ꝓben.& alibi,declarando tñ vt
in dictis locis habeꝛ. Poſtea idē Roc.dicit videri obſta-
re dictæ ꝯcluſioni quod dicit Hug.& Arch.in c.in ſacris
12.q.j.relata a Card.in d.conſ.122.vaſallo conſtruentē
eccleſiā in fundo feudali rōne ꝯſtructionis acquirit iuſ-
pat.quod ſm eos nō perdit.licēt fundum amiſerit,ergo
nō eſt verū ꝙ ſolus dn̄s fundi ſit ꝓ̄onus,ad quod ipſe re
ſpondet illam deciſionē Hug & Arch.eſſe verā qñ bo-
na fide cū conſenſu dn̄i vaſallus conſtruxiſſet vt ſ.dixe
rat.¶ Vel melius.nā in caſu ꝓdicto vaſallus etiā patro-
nus efficiꝛ,quia fundus non eſt totaliter dn̄i,ſed ille va-
ſallus habet etiā in eo dominiū vtile, & ita reſidet ipſe
do.Roc.¶ † Tu aduerte circa prędicta,& dic veriſſimā
1 eſſe opi.Io.An.in d.c.nobis. in hoc caſu huius artic. qñ
aliquis cōſtruit eccleſiā in fundo alieno inſcio dn̄o fun-
di.dn̄o poſtmodū ſciente & volente, ex quo beneficiū
cedit ſolo,erit ꝓ̄onus tam ex fundatione q̄ ex conſtru
ctione,verum ſi hoc bona fide fecerit maximè de con
ſenſu dn̄i,tunc dn̄s fundi erit ꝓ̄onus rōne fundi.& con
ſtructor rōne conſtructionis.nā hoc caſu bn̄ficium nō
cedit ſolo,q̄a bona fide factum,vt per Io.An.vbi ſupra.
¶ Et vt ſ̄.retulimus ꝯtra ſecundū mēbrum dictæ con-
cluſionis,imo ꝯtra totā cōcſonē vꝛ obſtare dictū Car.
quia cū requiraꝛ tranſlatio domini fundi nō potent ſic
ri inſcio dn̄o fundi hoc pōt confirmari per ea quæ vo-
luit Gay.in dicta repetione c.fi.de elect.lib.6.in 21.col.
ꝙ in datione fundi pro acquirendo iuſpa.requiriꝛ traſ-
latio totius dominij,vt latè diximus ſ̄.in 2.q.principali.
in 2.art.ſed dictum Io.An.eſt intelligēdū verò dn̄o fun
di conſentiente poſtmodū,& ſic dominiū fundi in ec-
cleſia transferēte.arg.c.curæ.hoc tit.cū ſimi.l.& ſic op-
poſitio facta de dicto do.Car.non procedit cōtra con-
cſonē Io.An.¶ Verùm de vno dubitarē,qūo iſte verus
dn̄s fundi poterit eſſe ꝓ̄onus rōne fundi ſi non interue-
nit ꝯſenſus diœceſani pro eo per ſingularē doctrinā Io.
An.in d.c.nobis.in 2.col.in verbo ex eo ꝙ requiraꝛ ex-
preſſus cōſenſus in conſignatione fundi & id do.Roc.
in hoc trac.in verbo eccleſiā fundauit in 32.cha.in j.col.
in 5 q.& ſic in illa ꝓximè ꝓcedenti,iſtam dat cautelam
danti fundum,vt faciat ꝙ eps cōſentiat aſſignationi il-
lius,quia aliàs eſſet ꝓ̄onus ſolus ille qui ꝯſtruxit,& do-
tauit.de quibus latè diximus ſ̄.in iſta 3.q.prin.in 7.arti.
qūo ergo iſte verus dn̄s fundi ēt ratā habente dationem
fundi erit ꝓ̄onus ſine conſenſu diœceſani? nā ſi conſen
ſus fuit præſtitus & facta indagatio an talis eſſet admit-
tendus ad iuſpa.vt diximus.vbi proximè & etiā in ſecū
da q.prin.in 5.art.oīa prædicta expedita fuerunt in per
ſonam eius qui dedit fundum & non erat dn̄s,non pro
derunt ergo ipſi vero dn̄o.vnde dicerē omnino eſt ne-
ceſſariā ꝓlationē noui conſenſus diœceſani in perſonā
huius veri domini fundi.per ea q̄ diximus in d.7.art.&
hoc mō intelligerē dictū Io.An.vbi ſ̄.ſeu illius conclu-
ſionē ¶ Aduerte etiā ad aliud nam do.Roch.vꝛ velle
vbi ſ̄.ꝙ in ſecundo membro concluſionis Io.An.quan
do quis dedit fundum,& cōſtruxit bona fide ꝙ nihilo-
minus ſolus verus dn̄s fundi eo poſtmodum volente &
dominium transferente erit patronus,& nō vnà cum
non domino fundi qui tñ conſtruxit,nam vt ſupra di-
ximus in hoc caſu non,amittet beneficiū conſtructio-
nis,quia bona fide fecit.& ideo non cedet ſolo,remane
bit igitur ꝓ̄onus ex ꝯſtructione per ſupraſcripta.¶ Ad-
uerte ēt ad id quod dixit Roc.in fin.vbi ſ̄.ꝙ vaſallo con
ſtruente eccleſiā in fundo feudali rōne ꝯſtructionis ac-
quirit iuſpa.& illud non perdit,licēt fundum amiſerit,
dat vltimā ſolutionē quā dicit meliorem,q̄a in caſu ꝓdi
cto erat ēt ipſe dn̄s fundi rōne dominij vtilis,& ſic ex
hoc vꝛ velle ꝙ habens dominium vtile poſſit fundum
dare inſcio directo dn̄o & acquirere iuſpa. rōne domi-
nij vtilis.nā hoc non puto verū,per ea quæ ꝓximè dixi-
mus poſt Gay.in d.repet.c.fi.de elec.quia ad hoc vt ac-
quiraꝛ iuſpa.neceſſe eſt in datione fundi trāſferri vtrū-
que dominium directum & vtile,qūo ergo vaſallus po
terit acquirere iuſpa.rōne fundi in eccleſia conſtructa
ſuper fundo feudi cū in illo non habuerit directum do-
minium? certè nō video qūo hoc poſſit procedere. Et
tanto magis facta priuatione feudi in vaſallum,quo ca-
ſu dominium vtile conſolidatur cū directo,& ſic nullū
dominiū remanebit penes vaſallum,non ergo erit ꝓ̄o
nus rōne fundi.nec ēt ꝓ̄onus rōne ꝯſtructionis ſi cō-
ſtruxit de fructib⁹ feudi,de quo tñ latè dicemus infra in
iſta j.part.in 8.q.prin.in 18.art. niſi dicamus ꝙ conſtru-
xerit de facultatibus ſuis ipſe vaſallus aliūde acquiſitis,
& tunc adhuc dici poteſt,ꝙ cedant ſolo. cogita ſuper
hoc,quia puto ſolutionem do.Roch.non procedere.

¶ Decimustertius art.3.q.princ.j.part.j.Libri.

1 *Conſtructa eccleſia in fundo alieno inſcio domino fundi non poteſt dirui per dominum fundi.*

QVæro tertiodecimò circa prædicta acceſſoria,
1 † an in caſu proximè propoſitæ quæſtionis poſ-
ſit dn̄s fundi propria auctoritate deſtruere eccle
ſiam? & concludo ꝙ non.per gl.in c.apoſtolicos.12.q.2.
quæ vult ꝙ fauore eccleſiæ ſolum, in quo eſt ædificata
eccleſia,cedit ædificio, & eandē concluſionem tenent,
& approbant ibi doct.Moder.& tenuit Alexan.l.j.§.nu
ciatio.in prin.ff.de oper.noui nuncia.vbi ex notatis ibi
dem ita concludit.& de veritate dictæ glo.in c.ad apo-
ſtolicos.plene tractat idem Alex.in d.l.j.§.nunc videa-
mus.poſt Roc.ibi vbi plura accumulat pro & cōtra ip-
ſam gl.ſequitur do.Roc.in d.tract.in verbo eccleſiā fun
dauit,in 32 char.in 2.q.in 2 col.in verſ.ſed circa prædi-
cta.¶ Tu pro hoc adhuc id quod diximus ſ̄ in 2.q.prin.
in 10.art.ꝙ ſi aliquis conſtruxit eccleſiam ſine conſen-
ſu epiſcopi,licēt epiſcopus poſſit illam dirui facere, nō
tñ poterit ipſe conſtructor.& iſta concluſio etiā facit ꝓ
illa.facit etiam Roch.id quod dixit Bal.in l.fin.C.de cō
mu.ſer.manumiſ.ꝙ ſi ſocius iuſſit cōſtrui eccleſiam in
eius domo,hæres poteſt cogere conſocium ꝙ vendat
partem ſuam.diximus etiam ſupra.in fin.2.artic.& fa-
ciunt dicenda in proximo articulo. Et vide quæ dixi-
mus ſupra in 2.q.princ.in 11.art.in fine.

¶ Decimusquartus artic.3.q.princ.j.part.j.Libri.

1 *Vendere quis cogitur locum pro fundanda eccleſia ab eo qui pecunias tantum habet non autem agrum. Limita n. 7.*
2 *Vendere quis cogitur locum pro via ad ſepulturam.*
3 *Vendere quis cogitur ſeruum fauore libertatis,& communem & extraneum.*
4 *Seruus effectus preſbiter acquirit libertatem.*
5 *Vendere quis cogitur locum vicinum pro amplificatione monaſterij anguſti*
6 *Fauor ciuitatis eſt in ea eſſe ædificia pulchra.*
7 *Coactio venditionis fit per epiſcopum vel diœceſanum.*

QVæro decimoquartò,quid ſi quis habens plures
pecunias abſque agris,an poſſit cogere aliquem
ad vendendum fundum pro fundanda eccleſia?
Iſtam quæſt.format Pau.de Cit.in hoc tracta.in 3.par
te.in 33.q primæ cauſæ & dicit neminem reperiſſe illā
1 tangentem,† tñ ex ſimilibus caſibus credit quem cogi
vendere fundum pro eccleſia fundanda: eo quia vide-
mus habentem ſepulturam in agro alicuius iuxta mo-
2 rē antiquū † & non habentē viā ad illam,poſſe cogere
quem vendere locū pro via ad ipſam ſepulturā.l.ſi qs
ſepul-

ſepulchrum.in prin ff.de relig.& ſumpt.fune.quod ibi
eſt fauore religionis q̃ militat ēt in caſu noſtro. ¶ Ad-
ducit et,nam nos videmus in pluribus caſibus, ſpecia-
liter quē cogi ad aliquid faciendum fauore eccleſiæ,ad
quod aliàs non cogeret. ſicut dicimus quē cogi ad pfi-
ciendū eccleſiā. per text. in §.ſi quis aūt voluerit fabri-
care in Auth. de eccl.tit.colla.9. & remittit ſe ad dicta
per eū ſupra in ſua proxima 19.& ſequen.primę cauſę
3 qō. ¶ Adducit ēt. nam nos videmus † ꝙ quis cogitur
vēdere ſeruū cōem fauore libertatis qñ a cōſocio fuit
data libertas ſeruo.l.j.C.de cōmu.ſer.manu.l.i.§.illud.
C.de lati.liber.tollē.vbi etiā integrum totū ſeruum ſo-
lus dñs cogitur vēdere, qñ extraneus dat precium, qa
vult eum manumittere.§.ſi Inſti.de his qui ſunt ſui vel
alie.iur ſi hoc procedit fauorę libertatis,ergo fortius fa
uore eccleſiæ qui fauor reſpicit ſalutē aīarum quę cun-
ctis eſt pferenda.l.ſancimus C.de ſacroſan eccl.vbi fa
uore aīarum captiuarū poſſunt vendi bona eccleſiæ,
qa fauor libertatis & eccleſiæ æquiparātur,vt notat gl.
4 in c.j.de cenſi.per c.ſecundū canonicā.23.q.fi.† nam ſi
ſeruus efficitur presbyter acquirit libertatē,ergo pote-
rit quis ēt dño inuito in eius fundo ędificare eccleſiam
iuſto tñ precio oblato pro eo, quod ad arbitriū pſidis
5 dabitur.allegat dictā l.ſi qs ſepulchrum. ¶ † Tertiò di-
cit facere, ꝙ ſi monachi haberēt anguſtū monaſteriū
& vellent ædificiū ampliare,cogunt̃ vicini officio iudi-
cis vēdere agros vel domos vicinas pro tali ampliatio-
ne.allegat Guil. & Flo. in d.l.ſi quis ſepulchrū & eundē
Flo.in l.2.§.locus.ff de relig.do. Ang.in l.j.ff.ſolu.matr,
qui dicit ita obtinuiſſe de facto,& ibi Bal.Io.de Imo.in
c.apoſtolicæ.de dona. ſi hoc procedit ī ampliatione fa
uore religionis, multò magis in noua fundatione. nā
magis viget religio ex fundatiōe,q̃ ex ampliatiōe.c.fi-
na.de reſcrip.lib.6. cle.fi.eod.tit. vnde dicit tenere Ce-
pol.in tract de ſerui.vrba,in fi.col.ꝙ nō ſolū pro eccſa
augēda vel monaſterio,ſed ēt ꝑ noua domo ꝯſtruēda
hoc fieri poſſet,& ita ſe obtinuiſſe dicit in ciuitate Ve-
ronæ, qa vbi tractat̃ de fauore publico,cogit̃ qs vēde-
6 re.l.2.ff.de his q ſunt ſui vel alie.iur.Inſt.eo.§.fi.† & pu
blic⁹ fauor ē,ꝙ ciuitas ſit pulchris ædificijs ornata, vñ
domui affixa legari nō poſſunt, ne illa auellēdo ruat
ędificiū.l.cætera.ff. de lega.j. ¶ Nec obſt.l.nec emere.
C.de iure deliberā.l.inuitū.C.de ꝯtrahē.empt.l.nemo
C.de iudē.l.ſicut.C.de act.& oblig.quæ nolunt nullum
cogi ꝯtrahere ꝑ ſerum vēdere.qa procedūt vbi nō ha-
beret locū publicus fauor. Adducit ēt Bald.in l.2.§.fi.ꝑ
illū text.C.de cōmu.ſeruo manumiſ.de mādāte ædifi-
cari eccſam in eius domo ꝙ cogit̃ ꝯſocius partē ſuam
vēdere.Ita Pau.ibi remittēdo ſe ad fi.ſequen.q.ſuæ.vbi
allegat dictū Bald.de quo proximè & dicit fore intelli-
gendū interueniēte ꝯſenſu epi. vt per Abb.in c.nobis.
hoc tit. qa nemo eccſam vel altare cōſtruit ſine eo,cō
cludendo eſſe tenendū poſſe inuito dño fundi fundari
eccleſiā ſoluto vel oblato pcio pro fundo. ¶ Tu circa
pdicta quæ referre volui ponus vt ex hoc tract.oīa col
colligantur q̃ per doct.tractātur,q̃ ex neceſſitate mate
riæ nr̄æ,quia ad nos ſpectat ad hunc tracta. principali-
7 ter iſta qō.† Cōcluderē tñ prædicta vera eē qñ eccleſia
eſſet ædificāda ex aliqua neceſſitate populi pro ſacra-
mētis pſtandis,quia tunc eſſet fauor religionis, vel pu-
blicus,vel pro eccſa iā fundata ampliāda.Et ita loquū-
tur oīa iura ſupra allegata, ſed quo ad nutū cuiuſcūq;
volētis eccleſiā, ſeu capellā ædificare pro ipſius deuo-
tione,vel cōmodo,& nō curata,multū dubitarem an
qs cogat̃ vēdere fundū propriū pro eccſa fundāda fa-
8 ciunt quæ dicemus ī in 4.q.prin.in 8.arti. in fi.¶ † Col-
lige tñ ex his dictis ꝙ hmōi coactio & emptio fundi &
deputatio pro eccleſia debet fieri de voluntate & con-
ſenſu epi, & ille emens efficeretur dñs fundi, & ſic iuſ-
pat. acquireret.& quantum ad hunc finem iſte articu-
lus facit pro mā noſtra.de d. Bald.in d.l.2.§.final.C de
cōmu.ſer.manu feci mentionem ſ in 2.arti.& tenen-
dum eſt cum Bal. etiam in capella vel eccleſia ſimpli-
ci,quia cum vna pars ſit deputata pro huiuſmodi cau-
ſa pia,trahit ad ſe minus dignum, & ſic ille cogetur vē
dere partem ſuam.argu.c.vnici.hoc tit.cum plene di-
ctis ſupra in 1.q.prin.in 6.arti. de virtute mixturæ.

¶ Decimusquintus arti.iij.q.prin.j.partis.j.Libri.

1 *Eccleſia uel altare poteſt fundari intra limites alicuius plebaniæ & eccleſiæ matricis etiam inuito plebano, cum conſenſu tamen diœceſani, excluſo omni damno uel eſt incluſo paruo tamen matricis eccleſiæ.*

2 *In dubio magis fauetur religioni quàm alteri.*

3 *Concedendum eſt de facili quod tibi nocet & alteri prodeſt.*

1 QVæro decimoquintò, † an inuito plebano poſ-
ſit intra fines illius matricis eccſæ fundari alta-
re, capella, vel eccleſia, quando fundaretur ex-
cluſo omni dāno matricis eccleſiæ,imò etiam ſi ſeque
retur aliquod dānū nō magnum.Iſtā qō.format Paul.
de Cita.in hoc tract.in 3.part. in 34.q. primæ cauſæ.&
dicit putare ꝙ nō deberet quis impediri facere talem
fundationē quæ tendit ad augendum cultū diuinū,cui
ſummi pōtifices quantū poſſunt fauent nō habita cōſi
deratione ad aliquod priuatū cōmodū alicuius pleba-
ni,vt de hoc dicit eſſe text.in c.ex pacto.de ꝯſtitu & in
c.fi. de reſcrip. in 6. ibi *minuitur cultus diuinus quem deſide-*
2 *ramus augeri.* ¶ † Adducit ēt: nam vbi ſumus in dubio
magis fauetur religioni q̃ alteri.l.ſunt perſonę.ff.de re-
lig.& ſump.fune.c.ad audiētiam.de hom.c.iuuenis.de
ſponſa.clem.exiui.de verb.ſignif.ſed vbi non apparet
talē ædificationē magnū præiudiciū allaturā eccleſiæ
matrici in dubio dicemus admittendū contra volun-
tatē plebani arg.d.l.ſi quis ſepulchrum. ¶ Et hoc am-
pliat procedere ceſſante neceſſitate ædificandi ſi ēt ſit
ædificium tale qñ interuenit auctoritas papæ rectore
inuito.c.ad audientiam.el.2.de eccl.ędifi.¶ Si aūt eſſet
neceſſitas ædificandi. ca. ad audientiam el 1.de eccle.
ædifi.¶ Nō obſtat ſi dicatur nō dēt diſcooperiri vnū al
tare vt aliud cooperiatur.l.fi.§.ſed & ſi qs in fi. & vbi
Bal.notat.C.eo. & ſic nō debere faueri fundatori no-
uo vt diffaueatur antiquo plebano: qa dicit ipſe debet
attendi maior fauor qui eſt circa nouū fundatorem,q̃
circa antiquū, maximè cū hoc nō vertatur in magnū
piudiciū antiqui.d.l.ſi qs ſepulchrū.aliàs iura nō tolle-
rarēt vbi ageretur de magno piudicio: qa iura canoni
ca volūt ꝯpetēter honorē debere pſtari eccſæ matrici
ꝑ ea capellas vel eccleſias intra ſuos limites poſitas.c.
ad audiētiā,de eccl. ædifi. ergo vult admitti fundator:
qa tractat de maiori fauore eccleſiæ.ſ. q̃ rector eccſæ.
3 auth.multo magis.C.de ſacroſ.eccl. ¶ † Adducit ēt, nā
illud quod tibi nō nocet & alteri prodeſt de facili con-
cedēdū ē.l.in creditore.ff.de euic. & cogor aliquid pa-
ti ī fundo meo fieri,quod factū nō nocet & alteri pro-
deſt,ēt ſi ius deficiat de ęqtate nitĩ l.in ſummā.§.item
varus.ff.de aqua plu.arce.in fi. ¶ Et dicit facere ꝑ hac
q.qd̄ dicit Bal.in l.a.§.fi.ꝑ illū text.C.de cōmu.ſer.ma-
nu de quo dicto ī ꝓximo pcedēti arti. ēt diximus. ¶ Et
intelligit iſtam qōnē qñ īteruenit epi cōſenſu. allegat
Abb.ī c.nobis hoc tit. in 1 nota. qa nemo eccleſiā vel
altare cōſtruit ſine eo. ¶ Tu aduerte, ꝙ licet hæc qō nō
eſt materiæ noſtræ principaliter, ſed iuxta concluſio-
nē dicti Pauli ꝙ fieret de cōſenſu epi,hæc qō nullā ha-
beret difficultatē. nā in eo ipſo ꝙ quis vult intra limi-
tes eccleſiæ matricis ſeu plebaniæ fundare eccleſiam,
vel in ipſa eccleſia fundare capellā ſeu altare, & inter-
uenit cōſenſus ordinarij, ille talis ꝯſenſus præſtitus de-
ſignat ēt inuito plebano eccleſiā capellā vel altare po-
tuiſſe vel poſſe fundari,quia aliàs eps non conſentiſſet:
præſumetur ergo pro ipſius conſenſu,cùm ipſe oīa in-
dagare habeat. & ſi præiudiciū aliquod iuridicū pate-
retur plebanus,ipſe diœceſanus nō conſenſiſſet.per ea
q̃ notant̃ ī d.c.nemo.de cōſe.diſ.j.& ī §.illud.in Auth.
de mona.colla.1. ideo præſuppoſito diœceſani cōſen-
ſu ceſſat huiuſmodi difficultas, ſi vero diœceſano ſe-
cus videretur,ſuū non daret cōſenſum,& ſic militaret
aliqua cauſa plebani.argu.c. de cauſis.de offic delega.
¶ Vnde vt hæc quæſtio pro materia noſtra faciat, erit

concludendum ꝙ quamuis fundaret eccleſiã intra li-
mites alicuius plebaniæ & eccleſiæ matricis, capellæ,
vel altaris in ipſa eccleſia plebano inuito, dummodo
conſenſus diœceſani interueniat, fundatio procedet,
& fundans ſeu conſtruens iuſpat. acquiret.

¶ Decimusſextus articu. 3.q.prin.j.partis.j.Libri.

1 *Iuſpa. acquiritur ex capella vel altari conſtructa vel conſtru-
cto in eccleſia aliqua rectore cuius contradicente & non con-
ſentiente cum conſenſu tamen diœceſani.*

2 *Iuſpa. non acquiritur ex capella vel altari conſtructo in eccleſia
religioſorum.*

3 *Iuſpa. acquiritur ex capella vel altari conſtructo in aliqua ec-
cleſia cum conſenſu diœceſani rectore cuius contradicente ſine
cauſa ſecus cum cauſa.*

4 *Eccleſia ratione fundi acquirit iuſpa. in capella vel altari in ea
fundatis.*

QVæro decimoſextò, quia ſuboritur ex præcedẽ-
1 ti quæſtione † pone ꝙ prælatus eccleſiæ in qua
conſtruitur capella vel altare non conſentiat,
ſed cõtradicat, an ex tali conſtructione acquiritur iuſ
pa. Iſtam qõ. format do. Roc. in hoc tract. in verbo cõ
ſtruxit. in 33. car. in 3. col. in verſi. ſed hic ſuboritur qõ.
& dicit credere ꝙ acquiratur iuſp. dũmodo eps cõſen-
tiat, & mouetur per tex. in c. oẽs baſilicæ. 16. q. 7. vbi di-
citur oẽs baſilicas conſtructas & conſtruendas in epi
poteſtate conſiſtere. ergo alterius ꝯſenſus non eſt quę-
rẽdus. allegat etiã tex. in c. nullus pſbyter. de ꝯſec. diſt.
j. & oẽs doct. volẽtes ex ꝯſtructione altaris iuſpa. acqui-
ri nullo alio ꝯſenſu requiſito quos ipſe allegat ibidẽ in
6. qõ. & dicit ꝙ pro iſta ꝯcluſione ſuadet rõ: quia nullũ
ꝑiudicium ipſi ꝓlato vel ecclæ. generat ergo nimirũ ſi
illius ꝯſenſus nõ requiritur. & ita dicit reperire tenere
quaſi ĩ proprijs terminis dñm Præp. in c. principali 63.
dist. poſt Car. in c. poſtulaſti. hoc ti. ¶ Limitat tñ hanc
2 ꝯcłonem vt nõ ꝓcedat in capella vel in altari ꝯſtru-
cto in eccła religioſorũ: qa in illa ipſis maximè inuitis
nõ põt acqri iuſpat. allegat Abb. in conſi. ſuo 59. in vlt.
col. & dicit ſe declaraſſe plenius ſuper verbo in eccła.
in 3. q. ¶ Tu aduerte circa hoc an poſſit procedere hęc
ꝯcluſio. nã nos habemus ſingularẽ doctri. Abb. in c. ad
audientiã. el 1. de eccl. ædifi. in verſi. ſed dubitatur, ꝙ ſi
ꝯſtruitur capella vel altare in aliqua eccła, illa etiã ec-
cleſia erit patrona illius capellæ vel altaris rõne eius
fundi ſuper quo capella vel altare fundat. quod etiã ſe-
quitur ipſe Roch. ibidẽ in præced. col. in 7. q. ſi ergo de
neceſſitate requiritur fundus qui eſt illius ecclæ, qũo
dabitur fundus a nõ dño ſine ipſius dñi volũtate, econ
tra ea quæ diximus ſ. in 12. artic. cum fundans debeat
oẽ dominium transferre vt ibi. & iſte conſtruens non
habet dñium fundi: qũo contradicente rectore illius
ecclæ dñs fundi poſſit capellã vel altare cõſtruere, nec
ꝯſenſus diœceſani poterit facere ꝑiudicium illi ecclæ
contradicenti. ¶ Et ex hoc dicerẽ idẽ eſſe in caſu præ-
cedentis articuli, ſi ædificatio eccleſiæ capellæ vel alta-
ris fieret in fundo eccleſiæ matricis ſeu ipſius plebani,
3 quia illo inuito fieri nõ poſſet. ¶ † Niſi diceremus di-
ctũ Pauli in q. articuli præcedentis. & dictũ Roc. in qõ.
præſentis articuli procedere qñ plebanus vel rector ec-
cleſiæ contradicerẽt ſine cauſa, & ſic eorũ cõtradictio
eſſet dãnoſa eorũ eccleſijs. & iõ eorũ ſuperior. ſ. diœce
ſanus in cuiꝰ poteſtate oẽs ecclæ conſiſtunt vidẽdo ip-
ſos contradicere ſine cauſa hoc fieri vellet, & quãuis
inuiti cõdeſcenderent, adhuc tenerẽ ipſas ecclas iuſp.
acquirere rõne fundi. iuxta prællegatã doctri. Abb. ĩ
d. c. ad audientiam. de eccl. ędifi. ¶ Circa illud tñ quod
dicit Roc. in eccleſijs religioſorũ illis inuitis non poſſe
acquiri iuſpa. dico recte dixiſſe ꝑ ea quæ infra dicemus
in hac 1 parte. in vlti. q. prin. in 7. art. cum tractabimus
4 an iuſpa. poſſit cadere in capellis regularium. ¶ † Et ſi-
militer de d. do. Abb. in d. c. 3. ꝙ eccleſia ratione fundi
acquirat iuſpat. in capella & altari in ea fundatis dice-
mus ſimiliter infra in iſta 1. par. in 8. q. prin. in 6. articu.

¶ Et eodẽ modo infra tractabimus, an & quando ec-
cleſia matrix acquirat iuſp. ex eo ꝙ aliqua eccleſia vel
capella ſit fundata in eius plebania vel parrochia.

¶ Decimusſeptimus arti. 3. q. princ. j. partis. j. Libri.

1 *Iuſpa acquiritur in capella vel altari conſtructo in aliqua eccle-
ſia patronata ſine aliquo conſenſu patroni eccleſiæ cum conſen-
ſu diœceſani.*

2 *Patronus habet tantum ius præſentandi rectorem in eccleſia.*

ET ex ſupraſcriptis oritur deciſio alterius articuli,
1 pone ꝙ † ego conſtruem vel dotẽ capellam vel al
tare in eccleſia tua patronata, an requiratur con-
ſenſus tui ꝑroni, vt ego acquirã iuſpa. in illa capella vel
altari. iſtam q. format idem do. Roch. in d. trac. in ver-
bo ꝯſtruxit. in 33 char. ĩ 3. col. in verſi. ſecunda ſubori-
tur q. & dicit in hoc pũcto credere dicẽdũ ꝙ reſpectu
ꝯſtructionis altaris vel capellæ nõ requirat ꝯſenſus pa
2 troni. Mouet primò, † quia ꝑronus nõ habet ius in fun
do eccleſiæ, nã habet tantũmodo ꝑſentãdi ius. recto-
rẽ ad illã, & quædã alia de quibus per doct. in hac rub:
Secũdò mouetur qa conſenſus ꝑroni non requiratur
in occurentibus circa eccleſiã patronatã niſi iuri patr.
fiat ꝑiudicium vt habet per oẽs poſt Calda. in c. cũ ac-
ceſſiſſent. de cõſti. & clarius ꝑ Abb. in ca. ſuggeſtũ. hoc
tit. ſi igitur cõſtruatur altare vel capella cũ ꝯſenſu epi,
ſatis erit, nã nulli ꝑiudicium fit patrono. vbi aũt fieret
præiudicium ꝑrono vel iuri pat. ſecus eſſet. & ita reſidet
do. Roc. tractãdo poſtmodũ an iſte ꝯſtruens capellam
vel altare in eccleſia iã cõſtructa acquirat iuſp. de qua
hic nihil dicemus. ſed tractabimus plene infra in iſta
1 par. in 6. q. prin. in 1. art. ¶ Sed quo ad præſentem ar-
ticulũ dicerem non requiri conſenſum ꝑroni eccleſię
antiquæ. quia in hoc caſu ſumus in acquirendo iuſpa.
ipſi eccleſię rõne fundi. iuxta doct. Abb. in d. c. 3. de ec-
cle. ædifi. & ꝯtradictio proprij rectoris qui adminiſtra
tionẽ ipſius eccleſiæ hẽt ſine cã nõ ſufficit vt diximus
in proximo pręcedenti arti. quantomagis non requi-
ritur cõſenſus ꝑroni qui nullã adminiſtrationẽ habet,
& ſumus in acquirẽdo ius eccleſię & non in deteriorã-
do. ¶ Sed pulchrũ eſt dubiũ, an iſta acquiſitione iuriſp.
quam facit iſta eccleſia patronata in capella vel altare
fundandis in ea rõne fundi cõcurrat etiam primus pa
tronus eccleſię. de qua dicemus infra in 1. parte ſecun-
di lib. in 2. q. prin. in 15. artic.

¶ Decimusoctauus arti. 3. q. princ. j. partis. j. Libri.

1 *Epiſcopus poteſt dare fundum eccleſiæ ſuæ pro capella vel altari
conſtruendo & acquirit iuſpa. ex eo, & hoc eſt tutius ſi fit cum
conſenſu capituli acquirit iuriſpatr. pro ipſa eccleſia, nõ autem
pro ſe & ſuis hæredibus.*

1 QVęro ſucceſſiuè decimooctauò, † an eps poſſit
dare fundũ eccleſię ſuæ pro eccła, oratorio, vel
hoſpitali conſtruen. & dic Abb. in c. olim. el 1.
per illũ text. in 2. no. de reſtit. ſpo. concludere ꝙ ſic, niſi
id fiat cũ maxima lęſione ecclæ. alleg. in arg. c. apoſto-
licæ. c. cæterũ. de dona. c. bonę rei. c. terrulas. & c. aurũ.
12. q. 2. & facere tex. bonũ. in c. quęri. 7. q. 4. vbi dr̃ valere
donationẽ factã ꝑ Abb. de terra monaſterij pro eccła
ꝯſtruẽda. An aũt ꝯſenſus capituli requirat, dicendũ eſt
vt ꝑ Abb. poſt alios in c. paſtoralis. circa fi. de his q̃ fiũt
a ꝓla. & ĩ d. c. aplicę Io. de Imo. ĩ d. c. aplicę in pe. col. di
cit tutius eẽ ad opi. euitãdas adhiberi ꝯſenſus capli. Et
vt hic articulus faciat ad mãm pñtis tractatus eſt ad-
uertendũ ꝙ in caſu propoſito eccleſia epalis ſeu mona
ſteriũ, cuius erat fundus, habebit iuſpa. in eccła, orato-
rio, ſeu hoſpitali fundato ſuper ipſo fundo, nõ aũt præ-
latus ipſe vel eius hære. per ea quæ dicit Abb. in c. 3. de
eccl. ædifi. & latè do. Feli. in c. cũ venerabilis. in 12 col.
de excep. & de hoc vltimo dicetur latè j in iſta 1. parte.
in 8. q. in 7. artic. vbi tractabimus quod ſi prælatus vel
rector eccleſiæ ædificauit eccleſiam & dotauit, cui
acquireretur iuſpatro prælato ſeu rectori eccleſiæ &
hæred.

ſtructa, non tñ dotata, ꝙ dotans de ɔſenſu diœceſani ac
quiret iuſpa.¶ Tertius eſt ɔſenſus diœceſani q interue-
nire debet qñ ĩ limine fundationis, ɔſtructionis, vel do-
tationis pſonus vellet apponere aliquã ɔditionē pter,
vel ɔtra ius cõe:quia poterit de ɔſenſu diœceſani, iuxta
tex.iuncta glo.in c.cũ dilectus.de conſuet. de quo dice-
mus latè, infra in 9.q.princ.in 1.artic. & ſi ꝑ eoſdē.& eo-
dem tpe fiet fundatio, ɔſtructio, & dotatio, & in illis ap
ponant̃ iſtæ ɔditiones cõtra ius cõe cõſenſus c. nemo,
ſufficit ꝓ licentia danda, vt in illo tex. ꝑ acquiſitione iu-
riſpa. vt in d.c.nobis, & ꝓ validitate illius ɔdinonis ɔtra
ius iuxta d.c.cum dilectus.¶ Si verò dotatio fieret poſt
fundationē & ɔſtructionem ꝑ aliquem tertiũ, & non ꝑ
fundãtē & cõſtruentē, & apponeret̃ conditio ɔtra ius.
cõſenſus q dat̃ pro acquiſitione iuriſpa. vt in d.c.nobis,
operabit̃ ēt vt valeat cõditio ɔtra ius appoſita, & ſic ꝓ
conſenſu d.c.cũ dilectus.¶ Quartus eſt ɔſenſus, de quo
hic vt ꝑ Io.And.in c.vnico, hoc titu. lib.6. de quo latè ꝑ
Abb.in d.conſil.59. in 2. & 3.motiuo, in 2.vol. quē ipſe
appellat auctoritatē diœceſani q interuenire debet qñ
reperit̃ eccleſia fundata, ſtructa, & ɔſecrata, non tñ do-
tata, ſi tertiꝰ vult illã dotare acquiret iuſpa. in ea ex ipſa
dotatione, ſi tñ fiet cũ auctoritate diœceſani, iuxta id qđ
voluit Innoc. in hac rub. limitata ꝑ Io. And. in d.c. vni-
co, hoc tit.lib.6. Et hic quartus conſenſus ſeu auctoritas
eſt diuerſus ab alijs & demonſtratur patenti rõne ꝙ nõ
põt eſſe ille, de quo in c.nemo.ſ. ꝓ danda licentia ædifi-
candi, quia iam ꝑſupponitur interueniſſe in fundatione
& ɔſtructione iam tactis. ille de quo in c.nobis, minime
.ſ. pro acquiſitione iuriſpa. qa cũ iuſpa. ſit ſeruitus, non
põt apponi eccleſiæ ɔſecratę quæ nõ recipit ſeruitutē,
vt ſupra ē dictũ. nequaquã erit ille de quo in c. cũ dile-
ctus, ſcilicet ꝓ approbãda ɔdõne ɔtra ius cõe q̃ debet ap
poni in limine, & nos ſumus poſt ɔſecratione, nec hic
tractat̃ de appoſitiõe alicuius ɔdinonis ɔtra ius cõe, ſed
de ſola dotatione poſt ɔſecratione:vnde iſte quartus ɔ-
ſenſus ē penitus ſeparatus ab illis tribꝰ pcedentibus, & ē
maioris ponderoſitatis, qa cũ eccleſia eēt cõſecrata &
non pateret̃ ſeruitutē iuriſpa. auctoritas diœceſani ē cã
efficiens & priuilegiatiua, vt quaſi ex priuilegio iſte ter-
tius dotans efficiatur pſonus iam eccleſię cõſecratæ. &
in hoc caſu poſſet dici eccleſiam liberã poſſe effici pſo-
natam ꝑ priuilegio epi, de quo dicemꝰ infra in 10.q. prin.
in 3.artic. vbi tractabimus, an ex priuilegio epi qs poſſit
acquirere iuſpa. & ſic huc priuilegiũ eſt cã efficiens &
tanti effectus, vt retro trahatur dotatio, vt facit matri-
moniũ vel legitimatio ſpurij, vt in c.tanta, & in c.cũ ve-
nerabilis q filij ſint legiti. vt proxime diximus ante hãc
limitationē.¶ Bene fateor ꝙ hmõi auctoritas ſeu hoc
priuilegiũ ſiue iſte ɔſenſus diœceſani faciens illũ dotãtē
pſonum, habebit̃ ēt loco cõſenſus c. nobis, & nõ mirũ
quia ſi ɔſenſus c. nemo. ſufficit pro licentia ædificandi
eccleſiam, & pro acquiſitione iuriſpa. & ſic pro conſen
ſu c.nobis, quod quidem eſt maius, multo fortius pote-
rit hoc operari iſte conſenſus priuilegiatiuus, q eſt ma-
ior ēt conſenſu c. nobis, q eſt minus.¶ Fortifico ꝙ hic
quartus ſit alius conſenſus & fortior, nam ſi eſſet idē cũ
illo de quo in c.nobis, vt vidiſtis in duabus ɔcluſionibꝰ
ſupra formatis ĩ eccleſia fundata, & ɔſtructa, nõ dotata,
ſi tertius dotat nõ erit pſonus ſine tali cõſenſu c.nobis,
vt diximus ꝓxime ĩ prima ɔcluſione, ĩ caſu ſecũdæ cõ-
cluſionis, ſi reperit̃ eccleſia fundata, ɔſtructa, & cõſecra
ta, ſi ĩ tertio dotãte ad hoc vt efficeret̃ pſonꝰ requireret̃

illemet cõſenſus c.nobis, de quo ĩ prima cõcluſione, cur
fieret illa diſtinctio, an fuerit eccleſia ɔſecrata vel ne, q̃
fit ĩ c.piæ mētis.16.q.7.ꝑ glo. cõiuncto dicto Inno. ĩ hac
rub. vt ſupra diſtinximꝰ, ſuperflua certe fuiſſet talis di-
ſtinctio, ſi tã in tertio dotante eccleſiã nõ cõſecratã q in
tertio dotãte eccleſia cõſecratã idem ɔſenſus c. nobis,
requiret̃, alterē igit̃ cõſenſus & maioris potētiæ. prout
maiorem cauſam mouet.¶ Dicerē ēt, ꝙ ſi iſte tertius
dotans eccleſiam cõſecratã indotatã, vellet apponere
in limine huius dotationis aliquã ɔditionē ɔtra ius cõe,
hmõi priuilegiatiuus ɔſenſus tanquã maior, ſufficeret
ēt ꝓ validanda ɔditione ɔtra ius cõe appoſita, & ſic pro
ɔſenſu, de quo in d.c.cũ dilectus. cũ ſit minor, vt ꝓxime
diximus de cõſenſu d.c.nobis. nota iſtã ſpeculationē, qa
ſubtilis, vera, & a nemine tacta, nec ɔſiderata, q̃ fortifi-
cat dicta ꝑ me ſupra in 2.q.prin.in 3.arti. vbi tractaui de
primis duobus cõſenſibus, & ad ibi dicta hæc eſſent ad-
denda.¶ Dicerē & aliud ꝙ hmõi ɔſenſum priuilegiati-
uum nõ poſſet dare ſimplex vicarꝰ, ſe ipſe ꝓprius eps,
vel epalem iuriſdictionē habēs, cũ de ipſius piudicio tra
ctetur, licèt ſecus ſit ĩ alijs ɔſenſibus, ꝑ ea q̃ diximus ſu-
pra in cõcluſione 2.q.princ.in 2 & 3.limitatione.¶ Et
ex his infert̃ ad veritatē ſequētis limitationis, ꝙ cũ ter-
tius dotans velit eē pſonus, & ſic hũc ɔſenſum priuile-
giatũ obtinere, de neceſſitate habet dicere, ꝙ titulo do-
9 tis dat.¶ †Ertiõ ſecũdo limitat̃ doctrina Innoc. vt ꝓce-
dat qñ quis dedit aliqua bona eccleſiæ indotatæ, nõ ſim
plici titulo donationis vel legati, ſed expreſſo titulo do-
tis:nã ea ſimplici titulo donationis vel legati dr̃ qs po-
tius benefactor q̃ dotator, oportet ergo bona cõferri ĩ
dotē, ita nota. Ioã. And.in d. c.vnico, hoc titu.lib.6. ſe-
quit̃ Abb.in d.c.3 in 2.col in verſic.& hæc faciunt, hoc
titu. & adducit rõnem, qa iura indulgent pſonatum, nõ
benefactori, ſed dotãti, alleg c.filijs.16.q.7.& iõ dat can
telã volenti dotare eccleſiã de nouo, vt expreſſe dicat
ꝓ dote illa bona largiri, ita Abb. ibi, & in d.eius conſil.
106 caſus ſuper quo. in 2.col. in verſic & primò quia ex
quo. in 2. vol. & frater Angel. in ſua ſumma in verbo
iuſpa in §.4 & Pau.de Cita. in hoc trac. in 3.parte ĩ ſi.13.
10 q.2.cãæ.¶ †Et ad pdicta adde quod dicit Inno Io And.
& do.Cardi. ꝙ ēt ſi quis daret rem magnã eccleſiæ, ſed
nõ ꝓ dote non acquireret pſonatũ, & mouent̃ ꝑ rõnes
ſupraſcriptas, facit ēt quod dicit Abb. poſt Vincen. &
Phili. in c.venerabilē. ſup gl. in verbo carebit, de electio.
11 †ꝙ licèt Conſtantinus Imperator fecerit magnam do
nationē Eccleſiæ Romanæ, ſeu Papæ Siluestro, tñ Im-
peratores non ſunt pſoni eccleſiæ Romanæ, & de hoc
dicto Abb. vide quæ dicemus infra in 11.q.prin.in 2.art.
12 vbi pulchre.¶ †Pro pdictis et facit. nam conceſſio tē-
poralium facta eccleſiæ nõ cenſet̃ facta in feudũ, ſed li-
bere, & totaliter niſi exprimat̃, ꝙ in feudum fiat, vt vo-
luit Io And. in addi. ad Spec. in titu. de iuriſdict. omni.
iudi. in verſ. q̃ aũt, in addi. incipi. vidiſti duas, & Abb. in-
ueniens, in 2.nota. de accuſa. & ſequuit̃ do. Felyn. in c.
ſolite, in 3.col. verſic. limita primo, de maio. & obedi. eo
dē mõ dicamus, ꝙ donatio nõ cēſeat̃ facta ꝓ dote, niſi
id dicat̃, ſed potius libera, & ſic ex ea nõ acquirat̃ iuſpat.
¶ Sequitur pdicta do. Roch. ĩ hoc tracta. in uerbo & do
tauit in 6.quæſt. qui pro hac parte illã corroborãdo ad-
13 ducit. †nam priuilegium non extendit̃ ad perſonã, ēt
ex idētitate rationis. c.ſane. & ibi notant omnes. de pri-
uile. ergo nõ acquirunt iuſpa. aliæ perſonæ q̃ prædictæ
.ſ. fundator, cõſtructor, & dotator, & ſic nõ benefactor,
cùm iuſpa. ſit quoddam priuilegium. c 3. hoc titu.¶ Cõ-
probat etiam hanc opinionē, quia eccleſiæ debet aſſi-
gnari congrua dos & ſufficiēs, iuxta no. in c.cum ſicut,
de conſecra. eccle. uel alta & in d.c. nemo. de cõſecra.
diſt.1. non ſufficit ergo donationem uel legatum eſſe fa-
ctum, & maxime qñ non continet tãtam quantitatem
quæ ſufficiat ad ſuſtētationem miniſtrorum & ſeruitiũ
14 eccleſiæ. adducit ultimò pro hac parte† nam ſi quis di-
cat dono uel lego uidetur liberalitate uti, quia donatio
ꝓpriè eſt q̃ fit ex liberalitate. l.1. in princ. ff. de dona. er-
go talis nõ acquirit patronatũ cùm ſit libera donatio.

¶ Poſtea

¶ Poſtea do. Roch. dicit p̄dicta demulcere aures ſuas: tñ valde dubitare ſuper p̄miſſa cōcluſione, qa ea attēta videretur lex impoſita verbis, ꝯtra c. commiſſa, de elec. lib. 6. & l. 2 C. commu. de lega. nihil enim in effectu referre vr̃, an quis dicat do centū ꝓ dote eccleſiæ, an vero dicat, do vel dono centū eccleſiæ, vt ibidem poſſint diuina officia celebrari. & iſtud dicit ſuadere tex. ī cap. pię mentis. 16. q. 7. ibi *collata prius donatione* & ſubdit hoc maxime procedere videri, vbi talia verba ꝓferanī ab eo q dotare tenet̃ puta a ſundante & cōſtruēte d. c. cū ſicut. nam talis vr̃ facere illud ad quod tenet̃ & ſic dotare, nō
15 aſt libere donare vel relinquere: † quia in neceſſitatib⁹ nemo liberalis exiſtit. l. tem legarā ff. de alimen lega. ponunt Bart. & doc. in l. ſi creditores. C. de pac. ¶ Et ſi ipſe do. Roch. ꝓ ꝯcordia diſtinguit, ꝙ aut fundans, & ꝯſtruēs dant cētū cū cōſenſu diœceſani, & ſatis dicent̃ dotare, & hoc dicit probari in dict. c. nemo, in verbo p̄finiat, in quo verbo dicit denotari, ꝙ ſufficit p̄finire neceſſaria ꝓ luminaribus, & ꝓ ſeruientibus eccleſiæ, nec illum tex. exigere ꝙ talis dicat aſſigno, vel p̄finio ꝓ dote, & dicit ſuadere rationem, quia ex quo tales dotare tenent̃, non p̄ſumūtur donare, & id ſuadere adhibitionem ꝯſenſus epi qui in donatione vel legato facto eccleſiæ nō requireret̃. ¶ Secūdum membrū ponit qñ eccleſia eſſet iam conſtructa, & dotata cū cōſenſu epi, tūc dicit bene credere alium ſiue donet, ſiue leget, ſiue iterum dotet non acquirere p̄ſonatum ꝑ deciſionē Inno. ſuper hac rub. quia non inducit eccleſiam de non eſſe ad eſſe, vt ſupra diximus, & iō talis poti⁹ dr̃ benefactor q̃ dotator. ¶ Tertium membrū ponit, ſi eccleſia nunquā ſuerit dotata a fundante & cōſtruente, prout tenebat̃, & talis eſſet non ſoluendo, vel fuerit ſemel dotata & dotē totaliter amiſerit, & tertius donet vel leget aliquid eccleſię, an acquirat ex hoc iuſpa. ī illa? & dicit credere quicquid dixerat Abb. & alij potius eſſe attendendā mentē q̃ verba, quia ſicut dicit Imperator in l. ſi quis filium. C. de libe. præte.
16 cū † manifeſtiſſim⁹ eſt ſenſus verborum, interpretatio nuſquam tantum valet vt melior ſenſu exiſtat. adducit ēt tex in l. fin. C. quæ res pigno. da. poſ. iuſtū ē uolūtates ꝯtrahentiū potius q̃ verba inſpici. quod dicit regulare eſſe in oī materia ꝑ iura vulgaria, quorum multa accumulat glo in c. quanto. de priuile. & ſic arbitrabit̃ recurrendum eſſe ad coniecturas, an quis voluerit dotare vel donare eccleſiæ, & ſic an voluerit eſſe dotator uel benefactor, & dat modū, dicit. n. finge in tali donatiōe uel legato adhibitū eſſe conſenſum epi, certè ex hoc ſatis apparet talē uoluiſſe dotare & ſic effici p̄ronū, quia ad donationē liberā, ad legatū, ſeu oblationē quæ fiunt eccleſiæ non requirit̃ cōſenſus epi, ſed in dotatione requirit iuxta d. c. nobis ſi ergo adhibeat̃ ꝯſenſus epi, nihil aliud eſt p̄ſumendū, niſi ꝙ dotare uoluerit. & idē dicendū vr̃ ubi alio modo appareat de mēte eius q donat uel legat eccleſiæ, & iſta ſibi uideri mera ueritas. ¶ Circa hoc ultimū membrū ego dicerē nullā cōiecturā ualere ſine expreſſo ꝯſenſu diœceſani, quia ad faciendū quē p̄ronum maxime ex ſola dotatione facta ꝑ tertiū q nō fundauit, nec ꝯſtruxit, requirit̃ ꝯſenſus & ſic ille de quo in d. c. nobis, ut dixim⁹ ſupra in 2. q. princ. in 3. & 6. articu. & hoc probo hac rōne, nam ut diximus in p̄dictis 3. & 6. artic. ſi eſſet aliquis tertius, q dotaret, & ſic non fundator, nec conſtructor, & diceret uolo dotare, & non interueniret ꝯſenſus diœceſani nō efficeretur p̄ronus, ut uolunt ēt oēs in d. c. nobis. & diximus ēt late ſupra in 3. q. prin. in 7. artic. & in 5. q. prin. in 12. artic. quantò magis nō dr̃ acquirere iuſpa. ille q ex coniecturis dr̃ dotator ſi non interuenit ꝯſenſus ordinarij? certe multò magis ꝯſenſus ordinarij, ergo eſt ille qui præualet oēs coniecturas. ¶ Dicerē & aliud circa hoc mēbrū ultimū & ei⁹ dicta d ꝯſenſu diœceſani ſimplr̃ p̄ſtito, iuxta c. nobis. hoc titu. de quo re uera loquit̃ do. Roch. & quē poſuimus. ſ. pro ſecūdo ꝯſenſu in ordine procedat qñ reperitur eccleſia fundata, ꝯſtructa, & nō dotata, nec ꝯſecrata, uel ſi dotē habuerit, illam amiſerit ante ꝯſecrationem, quia tunc ſufficiet ille ꝯſenſus de quo in d. c. nobis ſed ſi eſſemus ī caſu de quò modò principaliter agitur. ſ. cum eccleſia reperit̃ ſundata, ꝯſtructa, & ꝯſecrata, tñ indotata, qa ut ſupra diximus requirit̃ quartus ꝯſenſus priuilegiatiuus & diſpēſatiuus ſuper eo, quòd eccleſia erat ꝯſecrata & erat indotata, uel qa dos ſibi non fuit aſſignata, uel quia fuit aſſignata, & poſt ꝯſecrationē deperdita, & nō recipiebat ſeruitutē, & ex cā ne eēt indotata epſ ex priuilegio faciebat illā ſeruā, quā alias ex ſuo priuilegio facere nō potuiſſet, ut dicemus infra in 10. q. prin. in 3. arti. nō ſufficiet ſolus ꝯſenſus de quo in c. nobis. & dotātem nō dicere titulo dotis dare, ſed requiret oīno de dote fieri mētionē ꝓ iuſtificatiōe diœceſani, cur laicum admiſit p̄ronū ī eccleſia iā ꝯſecrata, & ſic nō ſufficiūt hmōi cōiecturæ, ſed obſeruabit̃ cōis cōcluſio ut dicat̃ titulo dotis datū, unde intelligerē ultimū mēbrum do. Roch. circa iſtud dictū Ioā. And. & Abb. & eorum cautelā ut titulo dotis det̃. & nō ſimpliciter, an iſta expreſſio ſit neceſſaria infraſcripta ꝯſiderabā quæ faciebāt me dubitare de ipſo dicto. ¶ Et primo ꝑ id quod dixit do. Bald. Nouell⁹ in tracta. de dote in j. parte in 2. col. in uerſic. imò dicebat ibi Petrus poſt Pet. de Peruſio in ſuo tracta. de quarta canonica, in 7. c. in 7. chat. ꝙ ſi a pꝛīcipio in fundatiōe eccleſiæ uel poſt, ipſe fundās donaret aliqua ſtabilia ipſi eccleſiæ, licèt nō dixerit ꝓ dote eccleſiæ donare uel legare, p̄ſumet̃ ī dubio ꝓ dote hoc feciſſe, ut ibi ꝑ eū, q qui dē Bal addit fortius dicēdo poſſe dici hoc ēt hr̃e locū, ſi dotans ad hoc nō teneret̃, puta qa alia ꝑſona q̃ fundās eccleſiā legaret aliqua ſtabilia ipſi eccleſiæ p̄ſumet̃ ex cā dotis cōſtituēdæ hoc feciſſe, cū eccleſia erat pauper & indotata qm̄ ita ſuadet ſubiecta mā, ꝑ id quod habet̃ in l. quod aūt. ff. de iure do. & ſic de directo Petrus recitatus a Bal & fortius Bald. tenēt ꝯtra iſtā limit. Io. And. & Abb. & ꝓ dicto Bald. faciunt q̃ latē diximus ſupra in 5. q. prin. in 29. priuilegio, maxime in fine, dū ibi tractauimus ꝙ licèt traditio ſine cā nō transferat dñium, & regulariter cā non ſubintelligat̃. l. nunq̃ nuda. ff. de acquir. dom. & tñ hoc non habet locū in traditione quæ fit a muliere uel ei⁹ patre, marito, qa ſemꝑ intelliget̃ talis traditio fieri ex cā dotis ſeu dotationis. l. quod autem. ff. de iure dot. & Pau. teneat hoc non habere locum in dote eccleſiæ, ne augmentetur numerus p̄ronorum, ego ibi tenui oppoſitum ꝙ haberet locum in dote eccleſiæ, maxime ſi tradatur res a fundante, & conſtruente, uel dotare permittente, & ēt haberet locum in tertio dotā te eccleſiā indotatam, & ſic cum Bald. uiſus ſum tenere, licèt me remiſerim ad hic dicenda. ¶ Secundò dicebam ꝯtra p̄dictos facere quod notat̃ in tex. c. ſignificauit. de teſtib ꝙ licèt ꝯſtruens eccleſiā nihil dixerit, oīno erit p̄ronus, prout late diximus ſupra in 2. q. prin in 4. artic. ergo eod. mō debet eſſe in dotāte, ꝙ licèt nihil dixerit intelligat̃ dotaſſe, & iuſpa. acquiſiuiſſe, cū fundare, conſtruere, & dotare, a pari procedant. c. nobis, hoc tit. c. piæ mentis. c. frigentius, & c. filijs, cum ſimi. 16. q. 7. & pluries in hoc trac ſupra dixim⁹, & p̄ſertim in 5. q. prin. in ulti. arti. ¶ Tertio ꝯtra dictā cautelam Abb. & ꝙ ſit ſuperflua, & non neceſſaria dicebam facere. nam ut ſupra in ꝓxima p̄cedēti limitatione diximus, oēs concludere dotantē poſt conſtructionē, & ꝯſecrationē eccleſie, ēt ſi illa nullam habeat dotē non acquirere iuſpa. niſi interueniat auctoritas diœceſani. ſi ergo uolenti dotare neceſſe eſt petere ꝯſenſum a diœceſano, neceſſariò ſequitur debere dicere uolo dotare talē eccleſiā, da mihi ꝯſenſum tuum ut p̄ronus efficiar, tantò magis, qa ut diximus ſupra in fi. p̄cedentis limitationis, ī illo caſu requirit̃ ille ꝯſenſus fortior priuilegiatiuus ꝑ quē eccleſia libera efficit̃ ſerua, quō ergo dabit̃ caſus ꝙ non dicatur ipſum uelle dotare ſi neceſſe habet hoc exprimere cū ꝯſenſum petit? certe neſcio uidere. ſi ergo exprimit, ad qd requirit̃ cautela Abb. ut dicatur tit. dotis dare. ¶ Poſtea conabar uidere an poſſent Io. And. & Abb. defendi a morſib. ſ. formatis, & certè primū ꝯtrariū ſi ſoli eſſet de dicto Petri de Per. facilis eſſet ſolutio, ſed multū ꝯtra ſtringit id qd̄ poſtmodū dicit Bald. Nouellus, & reſpondendo formiter ad dictū Petri, dico illud non obſtare

quia Petrus ibi loquiẽ de eo qui iam fundauerat & cõ-
ſtruxerat, & ſic dãdo, ex quo obligatus erat dotare p di
cta in proxime pcedẽti q. in 18 & 19. artic. videbaẽ dotis
cauſa dare. ſiue in limine fundationis, ſiue eccleſia cõ-
ſtructa, imò & ea cõſecrata dederit, licèt nihil dixerit;
q a ſi eſt ſoluendo ſemper eſt obligatus ẽt q eccleſia fue
rit cõſecrata, & potius ipſe q cõſecr ator, ut diximus in
d. 18. artic. nec alius cõſenſus requireẽ cũ primũ habue-
rit de quo in c. nemo. & ex tũc dotẽ dediſſe diciẽ cũ ad
illã ſe obligauit, nec diciẽ modò facta ſerua eccleſia cũ
iam erat. ¶ Et p hac reſpõſione adduco quod in ſimili
dixit Bar. per illũ tex. & ibi apoſtillã, in d. l. quod aũt. ff.
de iure do q ſi mulier dedit oĩa ſua bona marito, & ni-
hil aliud dixit videẽ dediſſe in cauſam dotis, q a ad dotẽ
tenebatur, de quo dicto late idẽ Barto. in ſua diſpu. in
cip. mulier hñs amplum patrimoniũ. ¶ Sicut etiã in ſi-
mili idem Bar. dixit in d. l. q aũt. & magis ſe appropin-
quat caſui nr̃o, q ſi pr̃ reliquit filiæ in teſtamẽto cẽtum,
licèt nõ dixerit p dote, intelligetur p dote legaſſe. & ibi
copioſo per apoſtilan. qui licèt limitent dictũ Barto. qñ
legauit nubili &c. eorum limitatio nõ nocet caſui nr̃o,
cũ ſemper eccleſia dicaẽ capax dotis. ¶ Facit ẽt quod di
xit idem Bar in l. uxorem. §. pr̃ naturalis. ff. de leg. 3. q ſi
aliquis extraneus eſt debitor alicuius puellæ, & illã do-
te, videtur dotaſſe de bonis ſeu credito ipſius puellæ: ut
ipſe liberetur ab eius debito, faciunt quæ dicuntur per
doc. in l. ſi creditori meo ff. de lega. j. unde ĩ caſu noſtro
cũ fundans & conſtruens eccleſiam teneaẽ illam dota-
re vt ſupra, ſi aliquid illi dat, uidetur dediſſe cã dotis, vt
ſe liberet ab obligatione dotãdi, licèt nihil dixerit. Io.
And. vero. & Abb loquunẽ ĩ altero extraneo q uult do-
tare, q ſi aliqd dat, & nõ dicit ex cã dotis, videtur dona-
re & tũc vocabitur beneſactor, & ideo doctrina Petri
de Peruſio nõ eſt ↄtraria, ſed diuerſa doctrina Io. And.
& Abb. ¶ Poterit ergo ad doctrinã Abb. fieri limitatio
niſi ille met q cõſtruxit ſit q bona cõtulit: quia p̃ſumeẽ
cauſa dotis dediſſe, licèt nihil dixerit, & doctrina Petri
poterit limitari niſi ſit extraneꝰ q bona cõtulit & nihil
dixit: q a nõ p̃ſumetur cauſa dotis dediſſe p ſupradicta.
¶ Poterit dari alia ſolutio ad dictũ Petri, quæ q a accõ-
modatur cum dicto Bald. ad illud eam dabo & ſeruiet
utrique. ¶ Non obſtat igitur hæc extẽſio Bal. q propriè
loquiẽ in extraneo donãte & nihil dicente, & uult p̃ſu
mi cã dotis dediſſe. nã ſi bene aduertatur ad Bald. & ad
Abb. eorũ intentiones ſunt diuerſæ. Bald. n. intẽdit ibi
decidere q pro aſſignatis vel legatis eccleſiæ cauſa do-
tis nõ poterit detrahi quarta canonica, & iſta ẽ mã ſua.
poſtea ſubdit ſm Pe. de Peruſio q ẽt ſi non dicaẽ cauſa
dotis dari, ſi daẽ a fundatore ante uel poſt fundationẽ,
cã dotis intelligetur dediſſe, ad hoc ut nõ poſſit detrahi
dicta quarta canonica. Bal. poſtmodũ dicit ſortius, q ſi
eccleſia eſt pauper, ẽt ſi ab extraneo deẽ, cã dotis intelli-
getur datũ, licèt nihil dixerit. ſ. ad hoc ut gaudeat illo
priuilegio q non detrahaẽ quarta canonica, & ſic intẽ-
tio Bal. eſt ut omne quo daẽ eccleſiæ pauperculæ intelli
gaẽ datũ cã dotis, ut euitetur ſolutio quartæ canonicæ,
quod quidẽ eſt fauorabile ipſis eccleſijs particularibus.
¶ Ioan. And. verò & Abb. intenderũt aliud dicere. ſ. q
nullꝰ dicatur dotator, niſi ille q quod dat cã dotis det,
alias dicatur potius beneſactor, & ſic intendunt q̃rere
an nihil dicens dicatur dotator ad hoc q acquirat iuſ-
pa. & ſic inducatur ſeruitus eccleſiæ liberę, quod nõ eſt
illi fauorabile, & nõ intẽdũt dicere an ſimpliciter datũ
dicaẽ dos, vt gaudeat dotis priuilegio, vt intẽdit dicere
Bald. & illa ſut nimiũ diuerſa. nã pone q ſit aliqua pau
percula mulier, & vnus duo vel tres donẽt ſibi vel ſim-
pliciter dent centũ, erũt ne dotãtes? certe nõ, ſed dona
tores vel beneſactores, dotator enim dr̃ pmiſſor vel ſo-
lutor dotis. dotis cã, vt p totũ tit. de dotis pmiſſione, &
tñ ea ſe nubẽdo & illa bona viro tradẽdo, licèt nihil di-
xerit, cauſa dotis dediſſe diceẽ. & dos appellabitur iuxta
ſupra allegatam doctrinam Bart. in d. l. quod autem, in
prin. ff. de iure dot. & ſic illa bona gaudebũt priuilegio
dotis, & illi donatores non gaudebunt priuilegio do-
tantium, nec in caſu ſoluti matrimonij ei dos reſtitueẽ,
q a ſibi nõ ſtipularunt, iuxta notata p Bart. & doc. in l. j.
§. accedit. C. de rei uxo. actio. & ſic iſtæ doctrinę ſimili-
ter nõ erũt ↄtrariæ, ſed diuerſę. põt enim ſtare q aliquę
res dicanẽ dos, & tñ dans illas nõ dicaẽ dotator p ſupra-
dicta. ¶ Nõ obſtat etiã quod diciẽ in c. ſignificauit, de
teſti. quia ille tex loquiẽ in fundatore, & cõſtruente, vt
ibi apparet, & põt etiã extendi ad dotantem ẗpe tamẽ
fundationis, iuxta tex. c. nemo. de conſe. diſt. 1. ſed nos
loquimur in dotante poſt eccleſiam ↄſecratam. ¶ Nec
obſtat q illa tria pcedunt a pari, q a ad hunc effectum ẽ
verum ſi fiant ẗpe fundationis, vt notaẽ in c. nobis. hoc
titu. ſed q a dos datur ex poſt, licèt acquiraẽ ex ea iuſpa.
& in hoc habeat paritatẽ cum alijs cauſis, ut in d ulti.
arti. quæſt. pceden. tñ in alio eſt diſparitas, quia neceſſe
habet dicere cã dotis dare, & ſic vt acquirat iuſpatro. ẽt
poſt ↄſecrationem, & non videatur beneſactor, & pro
hoc facit quod dictum fuit ſupra de donatione Cõſtan-
tini facta Eccleſiæ Romanæ nihil habenti, & quia ſim-
pliciter, & non cauſa dotis p Imperatorem non fuit in
ea acquiſitum iuſpatro ¶ Ad ultimum verò ↄtrarium
nulla certe bona reſpoſio accommodari põt, cũ in ve-
ritate omnino petẽdus ſit ↄſenſus a ſuperiore, ille. ſ. pri
uilegiatiuus faciens eccleſiã liberam, ſeruam, ex iſta cã:
quia cũ indotata eſſet eccleſia eam dotauit, & ſic poſſu-
mus dicere q licèt in petitione conſenſus exprimat q
dat in dotem, certè cautela non nocebit vt in tradẽdis
bonis dicat cauſa dotis dediſſe. ¶ Vel poterit rectius re-
ſponderi, videlicet iſtud q dans bona cum conſenſu p̃-
dicto priuilegiatiuo epiſcopi eſt coactus dicere in dotẽ
dare, facit pro opinione Io. And. & Abb. vbi ſupra, ſ. q
neceſſe ſit titu. dotis dare, quia aliàs poſt cõſecrationẽ
diœceſanus ſuam auctoritatẽ priuilegiatiuam non in-
terponeret, & ſic hoc motiuum non erit ↄtrarium, ſed
comprobans dictum Ioã. And. & Abb. vbi ſupra, & iſta
eſt vera ſolutio. ¶ Reſtat reſpondere ad motiuum do.
Roc. q hoc dicere eſſet imponere legẽ verbis, & iõ pro
ↄcordia facit vltimũ membrũ vt accedamus ad conie-
cturas, & ſic nõ requiraẽ expreſſio q cã dotis fiat. nam
dico in hoc caſu nõ imponi legem verbis, cũ requiraẽ
expreſſa diſpoſitio diœceſani vt faciat eccleſiã liberã,
ſeruã, ex cã. ſ. quia carebat dote, & hic tertiꝰ dotat. ideo
interponiẽ diœceſani auctoritas, vt ſit patronus ex hac
cã legitima dotationis. non ſufficiunt ergo coniecturę,
nec ẽt adhibito ↄſenſus de quo in c. nobis, vt diximus
ſupra declarando vltimũ mẽbrũ do. Roc. in verſic. cir-
ca hoc vltimũ mẽbrũ, & ſeq. & ex iſtis habes hanc ſecũ
17 dã limitationẽ melius enucleatã quã alibi. ¶ † Limitaẽ
tertio doctrina Inn. de qua ſupra patrono primo. ſ. fun
datore & ↄſtructore illius eccleſiæ ẽt conſecratæ, & ẽt
capellæ vel altaris, tñ ſine dote exiſtẽtiũ requiſito (vt do
tet) & recuſante, alias illo primo ſeu primis volente ſeu
volentibus dotare non admitteretẽ alter tertius ad dotã
dum, ita do. Abb. in d c. 3. in 2. col. in verſi. & hęc faciẽt.
hoc titu. alleg. quod legitur & nota. in c. cũ ſicut. de cõ-
ſecr. eccl. vel alt ſentit ẽt idẽ Abb. in d. conſil. 59. quidã
do. Iaco in 4. col. in 2. motiuo, quẽ ẽt ſequiẽ frater Ang.
in eius ſumma ĩ verbo iuſpat. in §. 4. p quibus facit quod
dixit do Card. poſt Hoſt. in c. nobis, in 2. col. in 7. q. hoc
titu. q ſi primus fundator vult eccleſiã ↄſtruere & dota
re, eo nolente non admitteẽ alter, vt late diximus ſupra
in 3. q. prin. in 6. artic. vnde eodẽ modo ẽ dicẽdũ in caſu
nr̃o, vt primo fundatore patrono volente dotare non
admittaẽ alter ẽt poſt ↄſecrationẽ. ¶ Tu aduerte q do.
Roc. facit in hac mã duo membra, vt retulimus in pro-
xima p̃cedenti prima limitatione ad dictum Inno. ſcili
cet q aut iſta dotatio eccleſiæ indotatæ fit ante ↄſecra-
tionem, aut poſt. & in vtroque caſu ad hoc vt admittaẽ
tertiꝰ dotans, requiritur q fundator & ↄſtructor requi-
rantur, an velint eccleſiam dotare. hoc voluit Roc. in
hoc trac. in verbo & dotauit, in 2. q. loquendo ante ↄſe-
crationem ibi poſt princ. dum dicit niſi primo requiré-
ẽt ille qui conſtruxit talem eccleſiã & in caſu eccleſiæ
ↄſecratæ loquiẽ ibidẽ in 2. col. in verſic. mouetur, cum
dicit.

dicit dūmodo ab eo qui conſtrui vel conſecrari fecit ip
ſam eccleſiā dos haberi non poſſet.¶ Ergo dicerem ſine
dubio in primo caſu quãdo eccleſia eſt fundata conſtru-
cta omiſſa dote & nõ conſecrata q ſit requirendus pri
mus fundator ſi velit dotare, aliàs non admittatur terti⁹,
per ea quæ diximus in d.3.q.prin.in 6.art.quia ibi dicta
militant & in hoc caſu.cū verò eccleſia eſſet conſecra-
ta,licèt ſine dote,dicerē poſſe admitti qui fecit conſe-
crare,vel alterē et irrequiſito primo patrono,quia cū añ
cõſecrationem non dederit dotem quo tempore ſaltē
dari debebat,vt in c.placuit.1.q.2.videtur eſſe in mora.
arg.c.potuit de loca.vnde vlterius non requirendus, &
tanto magis quia cū facta ſit ſacra,& ille permiſerit ea
conſecrari tacitè videtur illā eſſe liberā, cur igitur vlte-
rius requirendus:¶ Et ſi tu diceres contra,nonne cõclu
ſum fuit ſupra in proxima præcedenti quæſt. in 18.arti.
in 3.cõcluſione ſi conſecrator conſecrauit eccleſiā do-
te non aſſignata,niſi diſcuſſo prius patrono ſi eſſet ſol-
uendo, & poſt illum altero qui conſecrare fecit, & vlti-
mò loco cõpellatur cõſecrator? certè ſic. cur igitur in
caſu noſtro dicitis q eccleſia cõſecrata ñ requiraт prim⁹
patronus an velit dotare?videtur aliud eſt dicere an de
beat requiri,& dico q nõ,aliud eſt dicere an poſſit com-
18 pelli ad dotandū, & dico q ſic, & ratio ē,†quia vt cõpel
laт eſt ſibi odioſum,& iura clamant contra moroſū ſeu
contumacem.de dolo & contum.per totū. vt verò re-
quiratur eſt ſibi fauorabile,& ideo non debet fieri cū p
ſit moroſo.arg corū quæ volunt doc.in d. c.potuit , &
d.meus Iaſon.C.de iure emphy.manere ī pectore dire-
cti dñi,ſi velit vtilem dominium cecidiſſe in cõmiſſum
vel ne,vt ſi velit,ceciderit,ſi nõ,remanebit adhuc em-
phiteuta,ita & in hoc caſu eccleſia conſecrata & indo-
tata exiſtente ex mora fundantiū,ſi voluerit diœceſan⁹
cõpellet eos ad dotandū,ſi noluerit,admittat tertiū do-
tantem.arg.etiā c.cum olim,de dolo & contu. vbi de-
bens cõparere tali die,vel ſoluere,ſi nõ cõparuerit vel
non ſoluerit etiam poſt diem q poterit compelli ad cõ
parendum vel ſoluēdum poterit etiam omitti & puni-
ri vt contumax. ¶ Sed vnum turbat prædicta quod po
nit Pau.de Cit.in hoc tracta.in 3. part. in 12.q.ſecundę
cauſę,in 29.priuil.quod etiā nos retulimus ſupra in 3. q.
princ.ſimiliter in 29.prin.non admittendū tertiū dotā-
tem,ne eccleſia grauaretur pluribus patronis, ita & in
caſu noſtro dicendum potius fore requirēdum primū
patronum etiam in eccleſia conſecrata pro illo dotāte
q tertium admittēdum ex moroſitate primi , ne iſte et
patronus addatur illi eccleſiæ,tamen hoc nõ obſtante te-
nerē quod ſupra dixi:quia hoc caſu illi primi patroni mo
roſi dotare & non dotando:non erunt amplius in cõſi
deratione:quia nõ perfecerunt eccleſiā vt debebāt , vt
tetigimus in d.29.priuilegio,& faciunt quæ diximus ſu
pra in 4.q.prin.in ſexto articulo, & in 5.q.principa.ī 15.
19 art.¶† Limitatur quartò doctrina Inn.vt ita demū pro
cedat qñ a faciente conſecrari,vel ab ipſo conſecrato-
re dos haberi non pōt,quia tūc tertius dotans et poſt cõ
ſecrationē efficietur patronus , ſecus ſi ab aliquo illorū
dos haberi poſſet,nā tunc non deberet admitti tertius
dotans,ita Io.And.in d.c.vnico,hoc tit.lib.6. quē ſequit
do.Card.in hac rub.in 2.col.in 6.q.& do.Abb.in d.c.3.
in 2.col.in verſ.& hæc faciūt.hoc n.& in d.conſi. 59.qui
dā dñs Iacobus,in 2.col.in 2.motiuo,in 2.vol.& mouet
per notata in d.c.cū ſicut,de conſ.eccle.vel alia.nā cùm
iuſpa.ſit quædā ſeruitus.d.c.ſignificauit,de teſti.& econ
tra eo nõ exiſtēte in eccleſia illa ſit libera , & cū ſemel
ſit libera licet ſine dote,habet tamen conditionē ex
d.c.cum ſicut,contra facientem conſecrari vel conſe-
crantē.& ſic pōt dotē habere aliunde,q ex iſto tertio q
vellet hīre iuſpa.in ea, vt diximus ſupra in præcedenti.
q.in 18.art.in 3.& 4.cõclu.melius eſt ergo q aliūde ha-
beat dotē q q fiat ſerua alterius tertij.¶ Circa prædicta
aduerte,nā vt late concluſimus ſupra in allegato 18.art.
in 3.& 4.concl.cū eccleſia eſt conſecrata ſine dote, pri⁹
recurrendū eſt ad primos patronos,maximè ſi ipſi fece-
rūt cõſecrare:ſi vero ipſi non ſunt ſoluendo, & alter fe
cit cõſecrare ad illum tertiū faciētem conſecrare ſecūdo
loco recurrendū eſt,& vltimo loco ad conſecratorem
iſta procedūt ad hoc vt compellanт prædicti ad dotan-
dum vt ſupra,ſed ſi eps nollet eos compellere, nec ſupe
rior vellet compellere conſecratorē,caſu quo cõſecra-
tor teneretur dotare, & inueniretur tertius q ſpõte vel-
let dotare an hoc agi poſſit, & vt vidiſtis in ſi.præceden.
limitationis ego tenui primos patronos nõ eſſe requiren
dos,& epm poſſe tertiū admittere ratiõe moræ primo
rū patronorū,& mora intelligitur.ex quo ante fuit cõ-
ſecrata quam dos aſſignata,per c.placuit.1.q.2. vel pōt
dici mora,quia in termino ſibi aſſignato,licèt ille termi-
nus ſit ante vel poſt cõſecrationē,vt late diximus ſupra
in proxima q.prin.in 10.art.ex iſta moroſitate dixi vbi
proximè & nõ remanere patronos ex fundatione & cõ
ſtructione,& ſic iſtū tertium non dici augere numerū
patronorū.¶ Hoc tamen temperarem, quando primi
patroni non eſſent ſoluendo , vt poſſet admitti tertius
dotans,& illi remaneant adhuc patroni,per ea quæ te-
20 tigimus ſupra in præcedēti q̃õne ī 8.art.in 29.priui.† ne
afflictio afflicto addatur c.1,de clerico ægro. cū ſimul.
21 ¶ † In faciēte cõſecrari verò ego cõſiderarē, q aut nos
volumus facientē conſecrare eccleſiā ſi cõpellatur ad do-
tandum ex dotatione nõ acquirere iuſpa. prout credo
eſſe:quia rationes appoſitæ in primo patrono coacto
dotante adhuc acquirere iuſpa.de quibus ſupra ī 4.quæſt.
prin.in 6.art.& in 5.quæſt.prin.in 20. artic. non militāt
in faciente conſecrare,& ideò tenerē illum facientem
conſecrare (coacte dotantē) non acquirere iuſpa.ex il-
la dotatione licèt vt infra dicemus,d.Card. velit in hac
rub.in 6.quæſt.æquius eſſe , vt etiam faciens cõſecrare
compulſus dotās acquirat iuſpa.ſi igitur faciens conſe-
crate nõ acquireret iuſpa.ex dotatiõe coacte facta,nul-
lo mõ dicerem admittendum tertium ad dotandū,ſed
compellendum facientem cõſecrare:quia cum hac do
te eccleſia erit libera vel habebit minorē numerū pro-
norum cum dote verò tertij efficeretur ſerua vel auge-
retur numerus patronorū,quæ ambo ſunt fugiēda vt ſupra
¶ Si verò faciens cõſecrare coactus dotans adhuc acq-
reret iuſpa.ſm æquitatē d.Car.cū cõſenſu ordinarij,
dicerē vt dixi in primo patrono q admittatur terti⁹ dotās
et illo nõ requiſito, & multo fortius cum nõ ſit caſus
remanendi patronus ex alia cauſa,vt in primo patrono.ſ.
fundationis vel cõſtructionis,cū nullū horū iſte fecerit,
eſt ergo ita tēperatus vt iſte tertius accipiam⁹ igitur do
tem potius a volente,quàm a coacto.per ea quæ dixim⁹
poſt Pau.ſupra in 4.q.prin.16.art.& ſic ab iſto tertio vo
lente ſponte dotare,quàm ab illo qui fecit conſecrare
22 q ad dotādū eſt cõpellēdus. ¶ † Aut ſumus ī cõſecrato
re & dicerē idē q ſi ex ei⁹ dotatione nõ acquireret iuſp.
procedat limitatio,ut potius ipſe cõpellatur dotare & eccle
ſia ſit libera uel non augeatur numerus patronorū q tertius
dotās admittatur: ſi uero acquireret iuſpa.ipſe cõſecrator
coacte dotans,dicerē potius admittendū tertiū rõnibus
proxime adductis. ¶ Sed ī cõſecratore eſt aduertēdū,
quia caſu quo ipſe tenetur primò debet dotare de bonis ec-
cleſiæ ſuæ,ſi ſine enormi læſione illius fieri poterit.Secū
do loco tenebitur dotare de patrimonialibus ſuis & ī de
fectū patrimonialiū.Tertio loco tenebitur de fructibus ec-
cleſiæ ſuæ vel inuenire dotātē,vt diximus ſupra in præce.
quæſt.prin.in 18.art.in 4.conclu. & ibidē ī diſtinctione
in verſ.verū quo caſu diximus hmõi obligationē cõſecra
toris trāſire ad ſucceſſorē illius epatus.¶ Ex iſtis inferrē,
q ſi cõſecrator dotaret de bonis patrimonialibus acqreret
iuſpa.pro hæredibus ſuis,vt vult Abb.in c.3.de eccl.ædi.ſicut
& acqreret faciēs cõſerare ex illa æqtate d.Car. de qua
ſupra & iſto caſu dicerē potius admittēdū tertiū dotan
tē,q cõpellendū conſecratorē de patrimonialibus dota
re. eiſdē rõnibus de quibus.ſ.in faciente cõſecrare, & ita
intelligendū illud verbū proxime dictū; cõſecratore poſſe
inuenire dotantē caſu quo ipſe tenetur.¶ Aut cõpulſus do
taret cõſecrator de bonis eccleſiæ, & tūc nulli dubiū ē
q illi iuſpa.acquireretur eccleſiæ,nõ ex illa æquitate d.
Card. ſed de mero iure ex quo de facultatibus eccleſiæ

facta eſt dotatio, per tex.in c.apoſtolicos,iu vlt.verbis.
12.quæſt.2.& dicemus late j.in 8.q.prin.in 18.art. nam
conpulſio epi nō nocebit eccleſiæ ſuæ:quia delictū præ
lati &c.& ſic mero iure acquiret iuſpa illa eccleſia,& ſi
ex æquitate,& tunc diceré eſſe attendendā maiorē vti-
litatem epalis,vt ſi magis ſibi proderit iuſpa hre, nō ad
mittatur tertius ad dotandū,ſed cōpellatur cōſecrator
de facultatibus & fructibus eccleſiæ ſuæ dotare, vt illi
iuſpa.acquirat,ſi verò eccleſiæ non prodeſſet habere iu
ſpa.admittatur tertius ad dotandū. & ſic ēt poterūt ve-
rificari illa verba vel aliū dotātē inuenire,de qbus dixi-
mus ſupra in d.18.art.præcedentis q.in fi.quartæ cōclu
ſionis,& diximus ēt ſupra in d.præce.q.prin.in 15. art.
¶ Poterunt ēt illa verba,vel aliū dotātē inuenire, verifi-
cari in caſu quo ſucceſſor cōſecratoris tenerẽ vt poſſit
inuenire tertiū dotantē,ex quo ipſe non deliquit, vt in
ſucceſſore ordinatis ti.mitius puniendo dr̄, per doc.in
c.2.in c.eps,& in c.cū ſin apoſtolū,de præbe.notate p̄di
cta,quia nūquā per aliquē tacta nec conſiderata, ¶ Pro
declaratione p̄dictorū in hac 4.limitatione eſt aduertē
dū ad dictū d.Car.in hac rubri.in 6.q.illū,qui fecit cōſe-
crare vel cōſecrauit eccleſiā ſi dotare cōpellir̄, ex quo
ex neceſſitate dotat,non acquirere iuſpa.& hoc colligi
tur ex dictis Io.And.in d.c.1.hoc ti.li.6.& adducit ſimile
Trebellianicā nō detrahere q cōpulſus hæreditatē adi-
uit vt reſtitueret.l.nā q.ff.ad Treb.§.qui cōpulſus,faciūt
adducta ibi per Moder.¶ Verū d.Card. vbi ſupra dicit
æquius eſſe q ſint p̄roni.¶ Tu aduerte q ſupra in 4. q̄ſt.
prin.in 6.art.& in 5.q.prin.in 20.art.late tractauim⁹, an
qui pollicitus eſt,vel incepit eccleſiā conſtruere,& ad p
ficiendū & ad dotandū fuit cōpulſus,acquiret iuſpa. &
in vtroque loco cōcluſimus q ſic,per rōnes & iura ibi
poſita q̄ militant in prædictis primis p̄ronis,& ad ſimile
de hr̄de coacto adire hæreditatē amittente Trebellia-
nicā late r̄ndimus.quæ tñ r̄nſiones faciunt p primis pa-
tronis non aūt pro faciente ꝯſecrare vel conſecrante ꝯ
pulſo dotare,& fecimus ibi mentionē de dicto Car. &
ſi bene ad eius dictū aduertatur loquitur de faciente cō
ſecrare vel conſecrāte dotare cōpulſis. verū eius ratio
quæ eſt ex quo ex neceſſitate dotant, iō non acquirunt
iuſpa.vr̄ ēt militare in promittente dotare vel ædifica-
re fundante vel conſtruente cōpulſis dotantibus. qa ex
quo dotare tenentur ex neceſſitate dotare dicunt̄,& ſic
in eis ēt procederet ratio d.Car.tñ reuera illa ratio non
militat in prædictis:quia licèt mō videantur facere ex
neceſſitate,tñ attēto eorū principio cū promiſerūt vel
cœperunt fundare & cōſtruere ex mera liberalitate fe
cerūt,vt in d.6.art.diximus in verſ.nec ēt obſtat faciens
conſecrare verò,vel conſecrator nunq̄ ex mera libera-
litate fecerunt,& ideo in pœnā cōpellunt̄.c.cū ſicut, cū
ibi not.de conſe.eccle.vel alta.reſtat igit̄ dicere d.Car.
ſolū loquutū fuiſſe de faciente conſecrare & cōſecrato
re dotātibus cōpulſis q nō acquirāt iuſpa. & in illis bñ
militat ſimile de Trebel.& ſolutiones datæ in 6.art p̄di
cto nō militant in iſtis maxime ſecunda ſolutio in verſ.
ſed fortius q ibi lex vltra nō proceſſit &c. quia reuera
hic in pœnā iſti cōpellunt̄ dotare,& ſic iſtud dictū Car.
bene procedit in p̄dictis facien̄ conſecrare & cōſecrāte
vt cōpulſi dotantes nō acquirant iuſpa.¶ Eſt mō uiden
dum,an ſequens dictum Car.æquius eſſe q ſint patroni,
ſit verū in iſto extraneo faciente conſecrare, & in con-
ſecratore cōpulſis dotātibus,vt ex æquitate iuſpa.acqui
rant ex ipſa dotatione & dicendū eſt primo in cōſecra-
tore nō militare hanc æquitatē Car.quia ex quo ipſe q
conſecrauit,errauit in eius officio cōſecrando eccleſiā
indotatā eius officiū negligenter exercēdo,iura volue-
runt ipſum puniri,vt cōpellatur illā dotare, ſi acquire-
ret iuſpa.ex illa dotatiōe facta ad pœnā, reportaret ex
pœna cōmodū iuſpa.acquirendo, quod dici n̄ debet p
iura vulgaria ¶ Secundo cōtra dictū Card.facit, q ſi nt
dotatio poſt cōſecrationē,de neceſſitate debet interue-
nire cōſenſus diœceſani ille priuilegiatiuus, ad hoc ut
dotās efficiat̄ p̄ronus de quo diximus ſupra in fi. primæ
limitationis,& cauſa cōcedēdi hanc cōſenſū priuilegia
tiuū.& faciēdi illū dotantē p̄ronū eccleſiæ liberæ. ē,ne
eccleſia remaneret indotata,vt diximus,in fi.dictæ pri
mæ limi.& in ſecunda limitatione.vnde cū in caſu nr̄o
iſte conſecrator oīno teneretur dotare,quæ erit cauſa
præſtandi illū conſenſum priuilegiatiuū, & faciēdi ec-
cleſiā liberā,ſeruam,cum ceſſet ratio dotis quæ aliunde
haberi poteſt,& cum haberemus eccleſiā liberā & do
tatā?certe nullā haberet cauſam conſentiendi, & ſic ec
cleſia non poſſet fieri ſerua per epiſcopū ſine p̄dicta cā
ſed per ſolum papā,vt dicemus infra in 10.q. prin. in 1.
& 3.art. & ſine tali conſenſu p̄ronus effici non pōt,vt ſu
pra eſt dictū,ergo nullo modo conſecrator cōpulſus do
tans poterit effici p̄ronus,& maximè qñ conſecrator eſ
ſet ipſemet diœceſanus,quo caſu adeundus eſſet ſupe-
rior pro conſenſu.arg.c.irrefragabili.§.cæterum, de of
fi.ordina.li.6 ¶ Circa prędicta tñ eſt aduertendū per ea
quæ ſupra diximus in hac quarta limitatione, q ſi eps
conſecrauit eccleſiā indotatā,& ex hoc illā dotare cō-
pellitur primo fundatore nō exiſtente ſoluēdo nec fa-
ciente conſecrare,tenebitur conſecrator de bonis ec-
cleſiæ dotare,ſi ſine enormi læſione ſuæ eccleſiæ fieri
poterit,aliàs de patrimonio ſuo,& eo nō exiſtēte de fru
ctibus eccleſiæ in dies,& pxime retulimus, & latius ſu-
pra in proxima p̄cedenti q.prin.in 18 art.i 4.cōcl. ¶ Ha
bemus ēt pro firmo,q ſi aliqua eccl̄a vel capella ꝯſtrua
tur vel dotetur de bonis ſeu fructibus alterius eccl̄æ iuſ
pa.ex prædictis proueniens non acquiret̄ rectori ſeu p̄-
lato dictæ eccleſiæ,ſed ipſimet eccleſię cuius fuerūt bo-
na ſeu fructus,vt in c.apoſtolicos.12.q.2.in fi.& dicet̄ la-
te infra in 8.q.prin.in 7.art.¶ Habemus ēt q delictū p̄la
ti non nocet eccleſiæ &c.cū ergo ex hoc delicto p̄lati
conſecrantis eccleſiam ſine dote eccleſia cōſecrata ve
nit dotanda,vel ex bonis ipſius ſi ſine enormi læſione
fieri poterit,vel ſaltē ex eius fructibus iuſpa.debet acq̄ri
ſuæ eccleſiæ,ex cuius bonis vel fructibus fit dotatio cū
delictū ipſius prælati ſibi nocere nō debet, ēt q in pro-
prio officio deliquerit.¶ Sufficit q puniatur quando ſi
ne enormi læſione ſuę eccleſiæ fieri non poſſet q dotet̄
ex proprio ſuo patrimonio,& ſic in hoc puniet̄.¶ Ex
quo dicto infero,q ſi ſine enormi læſione eccleſiæ con-
ſecratoris dotatio fieri non poſſet eccleſiæ conſecratę,
& ſic illa dotaret̄ ex patrimonio cōſecratoris:q̄uis alias
p̄latus de patrimonio conſtruēs ſeu dotās eccleſiā,acq
ret iuſpa.in illa,& cenſeatur patronus laicus, vt volunt
oēs in c.vnico,hoc ti.lib.6.adeo q tranſeat ad hr̄des,vt
ibi diximus ſupra in 1.quæſt.princ.in 6. art. & tangemꝰ
ēt infra in 8.quæſt.princ.in 7.art.tamen hoc caſu bene
conſecrator compulſus dotans,in pœnam:quia conſe-
crauit eccleſiam indotatam non acquireret iuſpa.quia
hic ceſſat fauor eccleſiæ,de quo in præcedēti membro,
& iuſpa.acquireretur ſibi & hæredibus & ſic reportaret
commodū ex delicto quod eſſet ſuum,& non eccleſiæ,
& iō non eſt permittendū cum deliquerit.& ſic in hoc
caſu nullo modo dicerē ēt ex æquitate acquiri iuſpat.
per conſecratorem:quia militat motiuū ſupra forma-
tum quòd de delicto reportaret commodū quod q̄dē
motiuū non militat reportando cōmodū eccleſiæ ſuę
& ſic illa non erit patrona ex æquitate ſecundum dom.
Card.vbi ſupra,ſed ex mero iure,vt ſ̄.diximus. ¶ Dno
tamen uidentur mihi extranea quæ concluſimus ſu-
pra in præcedēti q.prin.in 18. art. in 4. concluſione pri-
mum cur ex delicto conſecratoris conſecrantis eccle
ſiam indotatam,prius punitur eccleſia eius quàm ſuū
patrimoniū:nam vt in d.4.concluſiōe diximus primo
patrono non exiſtente ſoluendo,nec extraneo facien
te conſecrare tenebitur conſecrator dotare eccleſiam
conſecratā de bonis eccleſiæ ſuæ,ſi ſine enormi læſiōe
illius fieri poterit,ſin autē enormi læſione fieri non poſ
ſet.recurretur ad patrimonium conſecratoris, cur er
23 go ex delicto prælati † prius punitur eccleſia ei⁹ quàm
eius patrimonium?certe nō apparet ratio.ego tñ ꝯſide
raui rationē a nemine quem uiderim cōſideratam, ha
bemus enim tex.in cap.apoſtolicæ,de dona.volentem
epiſcopū pro dote eccleſiæ cōſtruēdæ poſſe dare quin-
quageſimam

quagesimam bonorum eccleſiæ ſuę, & pro iam cōſtru
cta centeſimam, vt diximus ſupra in præcedēti q. prin,
in 16.art. dūmō ſine enormi læſiōe ecclæ ſuę fieri pote
rit, vt ibi, cōſecrādo ergo conſecrator eccleſiam indo-
tatā, nō debemus incontinenti pſumere ipſū deliquiſſe
ſed potius tenere ꝙ hoc fecerit, qa cū de iure poſſet ec-
cleſiæ nouæ, quinquageſimam bonorum eccle. ſuæ pro
dote dare, ꝙ ad hunc effectū cōſecrauerit illam ſine do
te, quia erat dotaturus de bonis eccl. ſuæ, canone ꝑmit-
tēte. ¶ Cōperto demū ꝙ ſine enormi læſione eccl. ſuæ
hoc fieri nō poterat recedimus a bona præſumptione
& apparet eius delictū, & tunc recurritur ad patrimo-
niū, vt in illo puniaẽ. nota quia alia rō aſſignati nō pōt.
¶ Secundū mirabile eſt quod apparet ex dictis ī 18. art.
pręcedētis q. in 4. cōcl. nā ſtāte rōne de qua ſupra vt eui
temus pſupponere delictū debemus præſupponere epi
ſcopū cōſecraſſe eccleſiā indotatā, vt illam de bonis ec
cle. ſuæ dotaret quod facere poſſet. ꝑ d. c. apſicæ de do-
na. & iō pro illa dote prius recurriẽ ad bona eccleſiæ ꝯ
ſecratoris, & poſtea ad illi⁹ patrimoniū: cur ſi de bonis
eccle. cōſecratoris, ſine enormi læſione illius fierī po-
terit dotatio prius recurriẽ ad patrimonium plati, & eo
nō exiſtēte ad fructus ſuæ eccl indies occurrētes in hoc
24 ēt conſideraui rōne. † nā iſtud recurrere ad fructus oc-
currētes indies eccleſiæ conſecratoris, vt ex illis dos fiat
puniẽ prælatus, ſicut & qn̄ de patrimonio ſuo fit dotatio
imo & magis punitur. nā ſi hēret patrimoniū & fructus
eccleſiæ, ſi bū dotaret đ patrimonio viueret ipſe ꝯſecra
tor de fructib. eccl. ſuæ, ſed ſi careret patrimonio, & ſo-
lū viueret de fructib. eccl. ſuæ, & ex illis indies ꝯſtitueref
dos eccl. indotatæ, per eū ꝯſecratæ, non ne eſt ſtrictius
viuere? certe ſic. vt ad oculū patet, & ſic magis puniẽ, &
iō prius puniẽ ī patrimonio, quia viuere poterit ex fru-
ctib. eccl. ſuæ, & patrimonio deficiēte punieẽ ī fructib.
eccl. ſuæ, vt ſtrictius inde viuat. arg. c. puenit. de fideiuſ.
ex cuius tex. diſpōne fuit hęc deciſio, vt vlt. loco recur-
raẽ pro dote cōſtituēda ad fructus in dies percipiendos
eccl. ꝯſecratoris, ut ſtrictius viuat, nota hāc rōne, qa ſiẽ
nunq̄ conſiderata. ¶ Ex ea tamē poſſet inferri, ꝙ cū fru
ctus ſint ipſius plati cōſecratoris iuſpa. qđ ex dotatione
prouenięs ex ipſis fructib. acquiritur deberet eē ipſius
plati, & hæredū, qa cēſenda ē ipſa dotatio tanq̄ ſi ꝓue-
niſſet ex bonis patrimonialib. ꝯſecratoris, & tūc eēt di-
cēdū ꝙ in eius pœnā nō acquireret iuſpa. ꝓ ſe & hđib.
ut proxime diximus in dotatione, quæ fit ex patrimo-
nio, & ſic ī hoc caſu qn̄ dotatio fieret ex fructib. nō de-
beret acquiri iuſpa. eccleſiæ ꝯſecratoris vt ſupra firma-
25 uimus, tn̄ † qa platus nō hēt, niſi viuere ex fructib. ecclæ
& reliqua diſtribuere, & adminiſtrare, vt pulchre dixit
Abb. in c. cū ſm̄ Apoſtolū. de pb. & late dicemus infra ī
8. q. prin. in 6. ar. cū tractabimus de eccl. cōſtructis, & do
tatis per platū de bonis & fructib. eccl. ſuæ, quis erit pro
nus & in hoc caſu iā platus vixit, licēt ſtricte, & de reliqs
fructib. eccleſiā dotauit ex iſta dotatione ſua eccſa erit
pr̄ona per ea, quę dicemus vbi proxime & nō erit in ꝯſi
deratione ꝙ prælatus pinguius vixiſſet, vn̄ cenſendū ē
de iſta donatione prouemiente ex fructibus eccleſiæ cō
ſecratoris, ſicut de illa q̄ prouenit ex bonis eccleſiæ ſuæ,
& iō pariformiter in vtroque caſu idē ſupra cōcluſim⁹.
26 ¶ † Quid aūt in faciente conſecrare eccleſiā & compul
ſus dotare, an procedat dictū Car. in hac rub. in 6. q. de
quo ſupra, vt ex æquitate ſaltem iuſpa. acquirat, & per
ſupra formatam rōnem in cōſecratore quæ ēt militat ī
faciente conſecrare: quia ex quo ſemel ex eius delicto te
nebatur ad dotandū, iuxta no. in d. c. cum ſicut. de cōſe.
eccl. vel alta. cum iuſpa. pro ſe & hæredibus acquireret,
ſimiliter dicendū eſt nō poſſe ex illa dotatione effici pa
tronus, ſicut nec conſecrator, cū dotat ex patrimonio.
¶ Si tn̄ voluerimus tenere dictum do. Card. vt ex quadā
æquitate poſſet dici effici pr̄onus, poſſet attentari. quia n̄
deliquit in eius officiū vt conſecrator, ſed potius opera-
tum fuiſſet bonum opus faciendo eccleſiā conſecrari
ſupplendo defectum fundatoris in eius locum ſubroge
tur, & licēt dotet cōpulſus, ſubſtinebiẽ tamen, vt dictū

eſt de primo pr̄ono, & in eo diœceſan⁹ ꝯſentiet ad hoc,
vt alij inducanẽ ad faciēdū eccleſias conſecrare, & poſt
modū, illas dotent. arg. c. 3. hoc ti. ¶ Cogita tamen ſuper
hoc, quia dubitabile ē, & prima rō multū ſtringit. ¶ Li-
mitaẽ & 5. doctrina Inno. vt procedat qn̄ nulla unq̄ da-
ta fuit dos eccleſiæ. vt tertius ſuperueniens admittaẽ ad
dotādū. ſed ſi dos ſemel fuit data, & poſtea ē depaupera
ta, nō hēbit locū doctrina Inno. vt tertius admittaẽ ad
dotādū ſm̄ d. Car. in c. 3. in 2. col. in j. q. hoc ti. de cuius li
mitationis veritate ē dicēdū. vt dicemus infra in iſta q. ī
6. art. vbi tractabim⁹ de dotāte ecclām depauperatam.
27 ¶ † Iſtis ſic diſcuſſis pro amplianone oīum pdictarū li-
mitationū ē addēdū. Primò eas intm̄ ꝓcedere, ꝙ ſi eēt
q̄dā eccleſia ꝯſtructa, & ꝯſecrata multo iam tpe, & ibi
eſſent aliqua altaria a laterib. eius, vnà cū eccleſia ꝯſtru
cta ꝓ ornamēto illius ēt ſine dote, & aliqui parochiani
facerēt nōnulla legata, & ſpecifice aliqua cū hoc ꝙ po-
pulus dictæ parochiæ pſentationē capellanorū ad dicta
altaria obtineret, & per 30. annos plebano dictæ eccl. p-
ſentauerint capellanos ad dicta altaria, cū dicti plebani
ꝯſenſu. & per 30. alios annos pſentauerit capellanos p-
dictis altaribus diœceſano. & ab ipſo fuerit ſecuta inſti-
tutio, nihilominus prædicti parochiani nō erūt pr̄oni,
qa dotarunt poſt conſecrationē, ſine diœceſani conſen
ſu tūc interueniēte, & ex alijs motiuis, vt late ꝯſuluit do
mi. Abb. in quadā eccleſia S. Mariæ de Marmoria diœ-
ce. Senēſis in ſępe alleg. ꝯſ. 106. caſus ſuper quo. ī 2. vol.
vbi ꝯcludit, ꝙ nō obſtātib. oīb. pdictis dicti parochiani
non erūt pr̄oni, nec poterūt amplius pſentare, ſed dicta
bona erūt dicta plebani, qui capellanus ponet ad ſui libi
tū, hoc idē voluit d. Roc. in hoc tract. ī verbo ꝯſtruxit. ī
4. q. in fi j. & in prin. ſeq. col qui dicit hoc idē forte voluiſ
ſe Ioā de Ana. in ꝯſ. 23. primò vẽ. quē refert d. Fel. ī c. ex
parte, ī 2. col. de reſcr. vbi dicit ꝙ fundās capellā ī eccſa
n̄ teneẽ eā dotare. debet. n. ītelligi ſm̄ Abb. qn̄ ad orna-
mētū eccleſiæ capella ꝯſtrueret, & in illo caſu nullū ius
ꝯſtruēti acqri dicit Roc. ¶ Tu ꝯſidera, qa ꝯtra hoc vẽ fa
cere quod ſupra diximus poſt d. Roc. in pce. q. princ. in
15. art. ex ꝯſuetudine poſſe induci ꝙ in altari, ēt pr̄ona-
to poſſit creari aliud bn̄ficiū in abſtracto, & pręſentetur
alter capellanus, q tot miſſas ī hebdomada in eo. altari
celebret, & ereās hoc bn̄ficiū erit illi⁹ pr̄on⁹, cū ergo hoc
primo caſu nr̄o ſit factū ꝑ 60. annos, vẽ inoleuiſſe hmōi
ꝯſuetudo, & ſic ꝓcedere debuiſſet, & tanto magis, qa ſu
mus in altari non pr̄onato, & indotato: adeo ꝙ nulli vẽ
fieri piudiciū ¶ Niſi dicamus, qa in caſu d. Roc. interue
28 nit ꝯſenſus ordinarij, hic verò nō. ¶ † Et ſi diceres nōne
talis conſenſus ē ſolēnitas extrinſeca, q̄ ſpatio decē an-
norū pſumiẽ interueniſſe? vt per doc. oēs in c. ſicut. de re
iudi. & diximus late ſupra in 2. q. prin. in 7. arti. imò ali-
qn̄ ſufficit conſenſus tacitus diœceſani, qn̄ proceſſit ad
inſtōnē præſentati per fundātē beneficiū ſine cōſenſu
diœceſani expreſſo, vt ſimiſr diximus ſupra ī d. 2. q. pri.
in 6. art. cum igiẽ diœceſanus hic per triginta annos in
ſtituerit præſentatos a parochianis nō ſolū præſumetur
conſenſum interueniſſe, ſed ēt ꝙ interuenerit ſaltē taci
tus apparet, & cum hic defectus conſenſus erat potiſſi-
ma ratio dom. Abb. ea ceſſante remanet mala ſua ꝯclu
ſio, & ſic tāto magis ꝯtraria deciſioni dom. Roc. ¶ Niſi
dicamus ꝙ in caſu cōſilij d. Abb. expreſſe apparebat ꝙ
n̄ īteruenerat conſenſus, quo caſu nō debemus recurre
re ad præſumptiones, vt diximus in d. præalleg. 7. artic.
nec tacitus conſenſus ſufficit, quia nō interuenit a prin
cipio, vt pſumereẽ ſcientia diœceſani, & ſic tacitus eius
conſenſus operaretur, vt diximus in d. 6. art. nā per tri-
ginta annos facta fuit præſentatio coram plebano, qui
vt ex ſerię facti apparet nō hēbat iura diœceſani vt dixi
mus in d. 2. q. prin. in 14. art. inferior prælatus non pōt cō
ſentire creationi iuriſpa. ſi non hēt iura diœceſana. & ſic
in caſu Abb. nullo modo interuenit conſenſus diœce
ſani, & ideo eſt diuerſus a caſu domi. Roc. ¶ Et ꝓ Abb.
ēt facit, quia vt ex narratione facti apparet legata fiebā
ibi per aliquos parochianos, qui tamen nō retinebant
iuſpatro. pro eis & hđib. ſuis, ſed volebant illud eſſe po-
puli

quidem palatio vniuerſitatis tota penitus ciuitas con-
fluit,vt videret tale mōſtrū mulierem in bācho ſeden-
tem pro tribunali,& ſentētiā vulgari ſermone proferē
tem,& cauſa erat ſibi compromiſſa a nobilibus Ange-
lo & Troſolina de Rocha eius nepotib. de tota hæredi
tate ſuorū parētū,ex quo prædicti erāt cōſobrini , & lis
erat ducatorū octo mille vel plus,& ī maxima parte lau
datū fuit cōtra Angelū,& qđ plus eſt(lato laudo) cōue-
nire fecit dictū Angelū corā ipſo prouiſore , vt ſolueret
ſibi triceſimā pro parte,ſua,q̄ ſecūdū cōſtitutiōes regni
arbitris debetur,& hæc ſūt notāda ī memoriam mira-
biliū dictæ dñæ Iuſtinæ.cum hæc & maiora fecerit mu-
41 lieribus non ſpectātia.¶ † Vñ non obſtat mulieres ñ poſ
ſe dñari, quia ex cōſuetudine bene poſſunt, vt in c. dile
cti.& ī c.ī iurepa.aliqd vere noiatur : qa nō eſt poteſtas
dominij,

dominij,ſed ſollicitudo ſeruitij.ſecundum Arc.in c. fri-
42 gentius,& in c.monaſteriũ poſt Hugo.16.q.7 ¶ † Nec
obſtat mulieres non poſſe eſſe de conſilio, nec dare vo
ces:quia intelligitur in veris collegijs,& qñ aliquid ſit vt
a collegio ſed patroni nõ putant, vt collegiũ.ſed vt par-
ticulares,vt per Abb.in c 3.hoc ti. & in 2. par. ſuo loco
dicetur,ergo in hoc poſſunt fœminæ dare voces cum
43 non ſint expreſſe prohibitæ. ¶ †Non obſtat modo ſe-
cundũ mulieres nõ poſſe eccleſias defendere,cũ nõ poſ
ſint aduocare,procurare,& ſimilia agere : quia imo fœ
minæ aliqñ pñt procurare,puta in iudicio voſũtariæ iu
riſdictionis.l.illud quoque,& ibi Bal.C.comm de ſucceſ.
& ꝓ parentibus.l.fœminis.ff de procu.& pro filijs ma-
44 ioribus.Bar.in d.l.fœminis,† & eſt gl.notabilis,& ibi ẽt
Bar.in l.aliena.C.de procura.& in multis alijs caſibus:
vñ ſimiliter & in caſu noſtro pro eccleſia , cũ nullus ſit
maior pater mater nec filius,quàm eccleſia, iuxta illud
do in Euãgelio Lucæ ſecũdo.c.qui facit volũtatẽ patris
mei,ille pater mater ſoror & fratres mei ſunt &c. & ꝓ.
tertim fauore piæ cauſæ,iuxta plene notata per Ro. in
ſua ſolẽni repe.auth.ſimiliter.C.ad legem falci.¶ Et da.
to ꝙ prædicta eſſent fœminis prohibita , poſſunt tñ ea
45 exerceri ꝑ alios.†nã qui per aliũ facit &c regula qui per
aliũ,de reg.iu li.6.cũ vulga.ſunt enim & multi laici pa-
troni,qui neſciũt aduocare,nec procurare, & per alios
eccleſias defendunt, & tñ ſunt patroni,ita ẽt poterũt fa
cere & mulieres.¶ Non obſtat tertiũ,mulieres non poſ
ſe cuſtodire,nec habere guardiã eccleſiæ, & eius bono
rũ,& aduertere ne bona dilapidentur,cum non poſſint
46 ſe impedire de bonis eccleſiæ & rebus ſacris† nec pñt ac
cuſare nec præ[illegible]c.nã reſpondeẽ ꝙ cuſtodiã ſede va-
cãte eccleſiæ nec maſculi patroni laici habere poſſunt,
niſi tantũ patroni clerici vt per Abb.in c.cũ propter,in
8.diffi.hoc ti.& in progreſſu operis ſuo loco dicetur .
¶ Quod aũt non poſſunt ſe impedire de rebus ſacris,
hoc nec laici maſculi facere poſſunt.c. meſſana c.ſacro
ſancta de elec. c.2.de iudi.& tñ ſunt pꝛoni.¶ Nec ſequit
non pñt ordinari,ita nec eſſe pꝛoni : quia nec bigamus
poteſt ordinari per totũ titulu de bigamis,& tñ quis ne
gabit eos poſſe eſſe patronos?& multæ aliæ inſtãtiæ poſ
ſent adduci,nã illud eſt,ne tantum ſacramentum a fœ
minis propter ſexũ tractetur quod nõ eſt ad eſſe patro
47 natu.¶ Non poteſt accuſare,non obſtat,qa illud pro-
dit in criminalibus,vt per docto ibi dicitur,& quando
bñ non poſſet accuſare quid nocet in caſu noſtro,cũ hic
non fiat vera accuſatio,ſed denunciatio?vt eſt tex. in c.
filijs,in verbo denũciet 16 q.7.& infra dicemus Deo du
ce,in 3.lib.in a.q.prin. in a art. quæ quidẽ denunciatio
etiam per mulieres fieri poteſt,iuxta notata in c.nouit.
de iudi ¶ Nõ obſtat mulierẽ non poſſe prædicare, qa ñ
ſequitur nec priuata reprehendere,nã hic in presbyte-
ro dilapidante non requiritur ſolẽnis prædicatio,quæ ꝑ
ſupra allegata eſt prohibita mulieribus , ſed requirit q-
dam priuata monitio quæ fieri poteſt per mulieres.d.c
noua.de pœni.& remiſ.& i iuribus ſupra allegatis.¶ Nõ
obſtat quartũ,ſcilicet vitiũ auaritiæ;quia non eſt in po-
teſtate pꝛoni accipere bona eccleſiæ,ſed eo indigẽte ſub
uenitur ſibi per rectorẽ eccleſiæ modeſte iuxta eccleſiæ
facultates & perſonæ conditionẽ,vt eſt tex.in d.c.nobis
in fi.& in d.c.quicũque 16.qõ.7.& infra dicemus,in 3.li.
Deo duce, in 3.q.prin.in primo arti. Nec quintũ dẽteẽ
in conſideratione, ſcilicet imbecillitas & inconſtantia
mulieris: quĩa illa non poterit nocere eccleſiæ cũ poſſit
moderari per ſuperiore, & ſi præſentat indignum pri-
uabitur,vt ſuo loco dicetur.& omnia indecentia a mu
liere faciẽda erũt per ordinariũ moderãda. ¶ Minime
obſtat tex.in d.c.fina.de conceſ.præben.quia ille tex. nõ
ponderat dignitatẽ ad faciendũ illam patronam , ſed ſo-
lũ narratiue illud dicit,ergo nihil diſponit.argu.c.ſi Pa-
pa,de priuile.li.6.imo facit pro iſta parte, vt ſupra dixi-
mus & per conſequẽs omnia ſunt ſublata. ¶ Et de iſtis
fœminis vide reliqua quæ dixi in prima ſecundæ partis
in 7.q.prin.in 6.arti.& pro fœminis facit illud:quia vidẽ
tur magis deuotæ,intercede ꝓ deuoto fœmineo ſexu,&
48 ſic per excellentiam dicuntur deuotæ. ¶ † Dicerẽ tñ
mulieri patronæ non cõpetere ius proceſſionis venien
ti ad eccleſiã, & ſic illi nõ obuiabunt presbyteri proceſ-
ſionaliter,ſicut pꝛono maſculo, ratione honeſtatis:quia
videẽ inconueniens illos occurrere mulieri,per dicta ſu
pra in primo motiuo partis negatiuæ, niſi ipſa mulier
pꝛona eſſet illuſtris.quia illi bene poterint obuiare pres
byteri.arg.notatorũ in d.c.dilecti.de arbi.& in d.c.ſigni
ficauit,de reſcrip.¶ Do.Roc.in iſto arti. vbi ſupra quæ-
rit incidenter de duobus alijs.Primũ an quando iuſpa.
competeret illis de parentela fœminæ admittanẽ ad
vocẽ dandam,ſed quia hic non eſt locus ſuus,ſed alibi ĩ
2.li.erit locus,in 2.par.in a.q.prin.in 12.art.vbi tractabi
mus de præſentatione nolui hic diſcutere. ¶ Secundũ
eſt,an meretrix acquiret iuſpa.ex illis tribus cauſis.q ar
ticulus etiam hic non cadit:quia difficultas huius articu
li eſt,non ex perſona ipſius meretricis', quia mulier ad-
mittitur vt ſupra diximus,ſed potius quia eccleſia con-
ſtrueretur & dotaretur ex bonis per eam male acquiſi
tis, & quia in ſeq.q.princ.tractabimus de difficultatibus
occurẽtibus ratione bonorum ex quibus eccleſiæ con
ſtruuntur & dotantur:ideo de ea dicemus infra in ſe-
quen.q.prin.In decimo articulo.

¶ Tertius artic.7.q.prin.j.partis j.Libri.

1 *An iudaus,paganus,ſarracenus,ſeu alius infidelis acquirat iuſpa.in eccleſia ex fundatione,conſtructione, vel dotatione,vel ex qualibet ipſarum.& num 21.*
2 *Lex generaliter loquens,generaliter debet intelligi.*
3 *Iudaus ſoluit decimas de terris ſuis,ſicut Chriſtianus.*
4 *Qui ſentit commodum debet ſentire incommodum.*
5 *Iudai gaudent priuilegio ciuitatis vbi habitant vel nati ſunt.*
6 *Immunitas conceſſa incolis tam a iure ciuili quam municipali extenditur etiam ad iudaos.*
7 *Immunitas mercium & bonorum conceſſa Titio & ſocijs ſuis ſi iudaus eſt in ſocietate,ipſe etiam gaudebit illa immunitate.*
8 *Communio inter iudaum & Chriſtianum in vſuris prohibitis.*
9 *Fraternitas quo caſu prohibeatur eſſe inter iudaum & Chriſtianum*
10 *Iudai rõne humanitatis ſunt a nobis fauendi,& qua ſit ratio.*
11 *Iudai,& alij infideles poſſunt habere rerum dominium inter Chriſtianos.*
12 *Iudai non debent in rebus proprijs moleſtari.*
13 *Iudai poſſunt comparere ad defendendum filium iudaum etiam in cauſa capitali in caſibus in quibus poteſt pater Chriſtianus pro filio Chriſtiano.*
14 *Commercium poteſt eſſe inter iudaos ſeu ſarracenos & Chriſtianos in rebus mobilibus & ſtabilibus.*
15 *Iudaus non prohibetur teſtari.*
16 *Iudaorum vniuerſitati legari non licet,tamen ſingulis ſic.*
17 *Iudai poſſunt eligere arbitrum compromiſſarium etiam iudaum.*
18 *Iudais permittitur contrahere pro ſua voluntate ſicut Chriſtianis.*
19 *Iudaus poteſt conducere ad emphyteuſim perpetuam domum vel aliam rem ab eccleſia*
20 *Iudais permittitur ſinagogas habere fulcire & reficere , licèt de nouo non fabricare.*
22 *Regulariter iuſpa eccleſia acquiritur a fidelibus.*
23 *Infidelium appellatione qui veniant.*
24 *Iudaus non acquirit cognationem ſpirituale m.*
25 *Eccleſia patronata dicitur ſerua vel ſaltem libertina.*
26 *Iudaus non poteſt habere ſeruum Chriſtianum.*
27 *Chriſtiani non poſſunt eſſe in iudaorum familiari exercitio.*
28 *Iudai dicuntur ſubditi & ſerui Chriſtianorum.*
29 *Seruus non debet mandare domino.*
30 *Infideles dicuntur hoſtes Chriſtianorum.*
21 *Iudaus non admittitur ad publica officia etiam baptizatus.*
32 *Iudaus non poteſt eſſe iudex,nec doctor , nec in aliqua dignitate conſtitui,nec notarius,eſſe nec poteſt aduocare.*
33 *Iudaus non poteſt portare Crucem, nec inuocare nomen domini.*
34 *Rigor & non æquitas eſt exercendu cum iudais,*
35 *Mora purgatio non habet locum in iudais.*
36 *Iudai dicuntur in poteſtate diaboli.*
37 *Ratio quare Chriſtiani & non iudai tentantur a diabolo*

38 *Faciens*

38 *Faciens occidere iudæos per aſſaſſinos non punitur pœna c. ꝓ hu-*
mani. de homic.
39 *Iudæi ſunt peiores ſodomitis:*
40 *Iudæorum generatio dicitur infidelis & praua.*
41 *Iudæi ſunt infames.*
42 *Statuto cauetur ꝙ committens tale crimen non poſſit aſſumi ad offi-*
cium, ſi officium eſt oneroſum poterit ad illud aſſumi.
43 *Statuto cauetur ꝙ nobilis committens tale delictum amittat no-*
bilitatem, in oneribus tamen dicetur nobilis.
44 *Indulta in fauorem non debent in odium retorqueri.*
45 *Iudæi non præſcribunt contra Deum, vel Eccleſiam.*

1 QVæro igitur tertiò, † an iudæus, paganus, ſarrace
nus, ſeu aliàs infidelis ex cauſis ſupraſcriptis ac-
quirat iuſpa. in eccleſia. ¶ Et in hoc non eſt inſi
ſtendũ, cum nũquam caſus acciderit, nec credo in futu
rũ accidere poſſe: tñ quia doctores tangunt ſimiliter, &
nos faciamus, & dic per illud verbũ ſi quis appoſitũ in
2 c. nobis, hoc ti. vr̃ dicẽdũ ꝙ prædicti acquirũt iuſpa. † qa
cũ generaliter loquatur, generaliter intelligi debet. c. ſi
3 Romanorũ. 19. diſt. c. ſolite, de maio. & obed. ¶ † Secun
dò iudæus ſoluit decimas de terris ſuis, ſicut & Chriſtia
nus. c de terris, & ibi oẽs de decimis, & ſimiliter ſarra-
ceni & alij pagani, vt etiã habetur ꝑ Oldr. cõſ. 91. venit ĩ
dubiũ, & per Roma. cõſ. 489. omnipotẽtis &c. hæc dña
Petra, & Abb. in c. quanto, de uſu. ergo eodẽ mõ debet
4 admitti ad iuſpa. † ſicut ad ſolutionẽ decimarũ. arg. re-
5 gulæ, q ſentit cõmodũ, de reg. iu. li. 6. ¶ † Tertiò facit, nã
iudæi gaudẽt priuilegio ciuitatis quã inhabitãt ſeu ĩ qua
nati ſunt. Io. de Bombel. in conſi. incip. venditio introi-
tus commertij, & in cõſi. incip. In Dei nomine amen.
6 Viſo conſilio ſupra facto. † imò immunitas conceſſa
Incolis tã a iure ciuili, q̃ municipali extenditur ẽt ad iu-
dæos, vt ꝑ Cæpol. cõſ. 75. in Chriſti &c. pater põt admit
7 ti. in 2. col. intantũ † ꝙ cõceſſa Immunitate merciũ &
bonorũ Titio & ſocijs ſuis, ſi eſt in ſocietate iudæus gau
debit immunitate: qa appellatiõe ſociorũ veniũt iudæi
q̃uis ſint diuerſæ ſectæ. ita do. meꝰ Corſe. in c. ſedes, in 3.
char. in 4 cõſideratione, de reſcri. & in c. cũ M. Ferrariẽ
ſis, in fi. 1. char. & in prin. 2. de cõſti. vbi dicit de iſta q. in
facto ſe fuiſſe lucratũ vnã craterã argenteã. alleg Ang.
in l. 1. ff ad l. Iul. maie. licẽt ẽt Bar ibi nõ determinat, &
Ang. in l. vtimur. ff. de ſepul. viol. vbi dicit ſe in facto ob
tinuiſſe, ꝑ qua doctrina ipſe dñs meus ſolitus ẽ allegare
8 tex. ĩ c. poſt miſerabilẽ, iũcta d oc. Abb. de vſuris. † vbi ꝓ-
hibeť cõio inter iudæũ & Chriſtianũ in vſuris, ergo di-
cit Abb. ibi ceſſante vſura nõ ẽ ꝓhibita cõio mercimo
nijs. ¶ Ego vltra do. meũ ſimiliter adduco tex. in c. pen.
per locũ a ſpeciali ibi ab eorũ cõmercijs de vſuris. ¶ Di
9 cit ẽt do. meus in c. cũ M. nõ obſtare ſi dicať † inter iu-
dæũ & Chriſtianũ nõ poſſe eſſe fraternitatẽ, & ſocietas
eſt quædã fraternitas. l. verũ. ff. pro ſocio. tñ dicas verũ
eſſe inter iudæũ & Chriſtianũ non poſſe eſſe fraternita-
tẽ quantũ ad lauacrũ regenerationis, non tñ quo ad alia
ita do. meus vbi ſ. & iſtã ẽt doctrinã ponit do. Fel. in d. c.
ſedes, in 3. declaratione, de reſcrip. ¶ Ergo eodẽ mõ cũ
illud habere iuſpa. ſit quoddã priuilegiũ & immunitas.
10 c. 3. hoc ti. extendeť ẽt ad iudæos per ſupradicta ¶ † Itẽ
& quartò facit. nã iudæi rõne humanitatis ſunt a nobis
fouendi, cũ ſint noſtræ naturæ participes & proximi. &
idẽ de alijs infidelibus, tex. cũ gl. de pœni. diſt. 2. proxi-
mis. Abb. in c. iudæi, de iudæis, & ibi Ana. poſt oẽs ſi ꝓ-
ximi, cur ergo eos repellemus a iurepa. eis eccleſias ædi
11 ficantibus & alia facientibus: ¶ † Item & quintò iudæi
& alij infideles poſſunt habere rerũ dominia inter Chri
ſtianos, vt per Inn. in c. quod ſuper his, de voto. & ibi oẽs
Abb. in c. terris, de deci. tex in c. pen. in fi. & ibi Abb. &
oẽs de iudæis, & in c. iudæi. el 2. eo. ti. & ibi Ana. & in c.
12 quantò, de vſur. † vnde iudæi non debent in rebꝰ ꝓprijs
moleſtari. Ro. in d. cõſi. 489. & Pe. de Anc. inter conſilia
Cal. conſi. 3. in ti. de loca & per doct. maxime do. Pro-
13 poſitũ, in c. qui ſincera. 45 diſt. † poſſunt ẽt cõparere ad
defendendũ filiũ iudæũ ẽt in cã capitaliꝰ, in caſibus in q-
bus põt pr̃ Chriſtianus pro filio Chriſtiano, vt per Cæ-
14 pol. late in d. conſi. 75. ¶ † Et põt eſſe cõmerciũ inter iu-
dæos, ſeu ſarracenos, & Chriſtianos nõ ſolũ in rebꝰ mo
bilibus, ſed ẽt inſtabilibus. vt per Ro in d. conſi. 489. & ꝑ
15 doc. & maxime Propo. in d c. qui ſincera. ¶ † Vñ ẽt iu-
dæus teſtari nõ prohibeť vt per Cal. in cõſ. 4. in ti. de iu
16 dæis, & do. ĩ rub de teſta. ¶ † Itẽ licẽt vniuerſitati iudæo
rũ legari nõ poſſit. l. j. C. de iudæ. tñ ſingulis iudæis legari
põt. l. cũ ſenatus. ff. de reb. du. & ibi oẽs, & Azo in ſum.
17 C de iude. poſt pr. ¶ † Itẽ pñt iudæi arbitrũ cõpromiſſa-
riũ eligere ẽt iudæũ. C. de iudæis. l. iudæi, & l. ſeq & Azo
18 in ꝓximo allegato loco. ¶ † Itẽ pmittiť iudæis contra-
here pro voluntate ſua ſicut & Chriſtianis: quia inſtũ ẽ
vnicuique ſua tractare. C. de iudæ. l. nemo, & Azo vbi ſu
pra. ¶ Si igitur iudæus habet propria ex quibus pñt eccle
ſias in eſſe deducere, habet inſuper dñiũ rerũ, actiones,
& defenſiones, & oĩa alia ſupraſcripta. Cur dicemꝰ eos
nõ poſſe habere iuſpa. quod procedit ex largitione bo-
19 norũ vt ſ. ¶ Sextò adduciť. † nã iudæos põt cõducere ẽt
ad emphiteuſim perpetuã domũ, vel aliã rẽ ab eccleſia.
ſm Pe. de Anc. conſi. 5. in ti. de loca. inter conſilia Cald.
20 ergo & eodẽ mõ eccleſiæ iuſpa. habere poterit. ¶ † Ita
& ſeptimò iudæis pmittitur ſinagogas habere religiõis
cauſa. & veterẽ ſulcire & reparare, licẽt nõ fabricare no
uã c. iudeis. el 1. de iudæ. c. ꝯſuluit, eo. ti. & C. eo. l. vltima.
§. illud, & ĩ l. ĩ ſinagoga. ergo eodẽ modo & iuſpa. eccle
21 ſiarũ & multo magis cũ illas ædificare poſſint. ¶ † In
illis reiectis cõtraria pars eſt veriſſima. ſ. iudæos nõ ac-
quirere iuſpa. eccleſiarũ, pro qua primo adducitur tex.
in c. præ mentis. 16. q. 7. ibi *qui omni Chriſtiano &c.* quaſi ve
lit. ꝙ per non Chriſtianum. iuſpa. nõ acquiratur. ¶ Secũ
do adducitur tex. in c. frigentius, eadẽ cauſa & qõ. ibi *in*
Chriſtianis omnibus &c. Et ibi gl. colligit ꝙ iudæus fundan
do eccleſiã nõ acquiret iuſpa ¶ Tertiò adducitur tex. in
c. quicunque fideliũ. eadẽ cauſa & qõ. vbi eſt regula in
22 materia iuriſpa. † ꝙ volẽtes illud acquirere ſint fideles,
ex quo dicit quicunque fideliũ &c. ergo infideles nõ ac
quirũt, & iſte eſt melior tex. in iure. ¶ Quartò iſta veri-
tas probatur auctoritate, vt ꝫ Arch. in c. filijs, in prin. & ĩ
d. c. frigentius, in fi. qui ſequitur glo. ibi. & ibidẽ ẽt Gem.
voluit ẽt Io. And. in d. c. nobis, ĩ hoc ti. poſt oẽs antiquos
& Car. in 2. col. in 3. q. Butri. & Abb. in 1. nota & poſt eos
Imo. & Barb. in c. quãto, in vlti uerbis, de iudi. & Gay. in
repe. c. fi. de elec. lib. 6. in 43. colũ. & Pau. de Cita. in hoc
tract. in 3. parte, in 5. & 9. q. primæ cauſæ, vbi declarat q
ſint iudæi, q ſarraceni, & q infideles, licẽt in d. 3. par. in
2. q. ſecundæ cauſæ poſſit dici ſibi cõtrarius. na vr̃ velle
ꝙ tales acquirant iuſpa. ſed careant exercitio ipſius. i. ꝙ
23 nõ poſſint præſentare. ſed eius dictũ poſſet ſeruari. † nã
ibi Pau. enumerat infideles, ſarracenos, iudæos, hæreti-
cos, apoſtatas, ſciſmaticos, excõicatos, & infames, & alij
qui ipſorũ carẽt exercitio iuriſpa. & in nõ proprietate,
vt in ſeq art. diceť, & de illis forſan fuit loquutus & nõ
de iudæis, ſarracenis, & paganis. Hoc idẽ tenet Roch. in
hoc trac. in verbo ꝯpetẽs alicui. in 9. q vbi pro iſta par. di
cit facere tex. ĩ c. gaudemꝰ, de diuor. vbi dr̃ nihil ad nos
de his q̃ foris ſunt, ergo nõ ſunt incluſi iudæi & infideles
in diſpoſitiõe canonis ꝯcedẽtis iuſpa. laicis, ex quo ſunt
foris ipſi iudæi & infideles, & idẽ dicit reperiſſe tenere
Bal. in cõſ. ſuo 323. ĩci. pmittẽdũ ẽ, circa fi. de ſarracenis
loquiť Pau. in 3. parte, in fi. 9. q. primæ cauſæ, & in 11. q. 1.
24 cauſæ, verſus fi. & in d. 2. q. 2. cauſæ. ¶ † Quintò ꝯprobať
iſta veritas: nã ſicut iudæus nõ acqrit cognationẽ ſpũa-
lẽ, vt no. ꝑ Io. And. in reg. ex eo ꝙ de reg. iu. li. 6. & ꝑ doc.
maxime Moder. vbi do. Propo. poſt Abb. in rub. de cog.
ſpiri. ĩ prin. eodẽ mõ, & multo fortius nec iuſpa. cũ illa
ſit pr̃nitas, quo ad hoĩes, licẽt ſpũalis iſta quo ad eccle-
ſiã, vt diximus. ſ. ĩ 1. q. prin. ĩ 2. art. & ĩ 2. q. prin. in 1. art. &
25 hoc moriuũ ſẽſit Car. in d c. nobis. ¶ † Sextò eccl'a pro-
nata dr̃ ſerua. vel ſaltẽ libertina, vt ꝑ Bal. ĩ c. ſignificauit,
de teſti. & quotidie. j. diceť. vñ iuſpa. dr̃ ſicut iuſpa. liberti
26 vt diximus ſupra ĩ 1. q. prin. in 1. art. † ſed iudæus ñ põt
hr̃e ſeruũ Chriſtianũ. l. Deo nobis. §. fi. & ibi Bar. C. de
epi. & cle. & ꝑ totũ. C. ne Chriſtianũ mãcipiũ. & ĩ Spe. d
ꝯfeſ. §. 2. verſ. 12. tex. ĩ c. 2. & ibi oẽs, & ĩ c. fi. vbi gl. & oẽs
de iudæis.

de iudæis. vñ dicit tex. ꝙ iudæi ſaltem opere debent ſe
Chriſtianorũ ſeruos recognoſcere : quos Chriſti mors
27 liberos & illos ſeruos fecit.c.& ſi iudęos,de iudę.¶ † Vñ
Chriſtiani in familiari iudæorũ exercitio eſſe non pñt.
Abb.& doc.ĩ c.ad hæc, de iudæ.nec ēt extra domũ iu-
dæis ſeruire vel eorũ ĩfantes nutrire,vt ibidē Abb.& in
28 c.& ſi iudæos,de iudæ.ĩ pri.& in fi.per illũ tex.imo † po
tius ipſi dicunĩ ſubditi & ſerui Chriſtianorũ,vt no.in c.
iudæi,vbi Abb.de teſti.& in c.& ſi iudæos ſupra alle. &
ꝑ doc.in d.c.quia ſincera.45 diſ.qũo ergo eccleſiã ſeruã
habere poterũt quæ eſt plus,& ipſi qui ſunt ſerui poſſe
29 effici pſoni.¶ † Cũ ſeruũ dño mandare ſit incongruũ.
nã ex hoc caſſata fuit quædã inquiſitio in qua dicebaĩ
ſeruũ dño mandaſſe: prout dicit Bal. in l.1. C.de ſeruis
fugi.& eſt tex.in c.cũ cõtingãt.de reſcrip.vbi late d. Fel.
poſt Barba.in 1.col.& ibidē do.meus Corſetus in 1.cha.
vbi adducit legem non præſumere do.a ſeruo accipere
cõſiliũ nec perſuaſionē.vt notant doc.in l.ſi quis ſeruo.
C.de ſeruo corrup.& in l.1.& in l.vt tantũ ff.eodē. alias
de ſur.& de hoc etiã per verba,in c.nouit.in 12.colũ. in
verſi.nota ibi nullus ſanæ mentis,de iudi.vbi alle.Bal.in
d.l.1.pro quo dicto Bal.dicit facete l.milites.§. oportet.
C.de qõnibus,quia illud nõ eſt veriſimile,quod eſt q̃dã
falſitatis imago,& facit quod voluit idē Bal. in rubr. de
proba.& ĩ tracta.ſciſmatis.& in l.fi.C.de edic.diui Adr.
tol.ſicut ēt dicimus non eſſe poſſibile conſuetudinē fa-
cere de maiori ad minorē appellari cũ ſit cõtra natu-
rã & cõtra ſubſtantiã appellationis,vt eſt gl.per illũ tex.
in c.nõ putamus,de cõſue.li.6. & per Phi. præpoſitũ &
30 Moder.in rub.de appella.¶ † Septimò adducĩ nã infi-
deles ſunt hoſtes Chriſtianorũ,& ſic multo magis eccle
ſiæ.l.final.& ibi Bal.C.de capti.¶ Vnde poſſunt capi in
eccleſia fugiēs ad eccleſiã ſm Old.in conſi.54.q̃a eũ ec-
cleſia defendere nõ debet.Auth.de mãda.prin.§.publi
carũ,& in c.inter.de immu.eccl.vbi ꝑ Abb.ĩ 2.& in 10.
col.nõ dēt ergo ab eccleſia defendi,ſed vt hoſtis relinq
l.1.& ibi Bar.C.de his qui ad eccle.cõfu. qũo ergo pote-
31 rũt eē pſoni eccleſiæ,cuꝰ ſũt inimici & hoſtes.¶ † Octa
uò adducĩ,iudæus ad publica officia non admittiĩ. 54.
diſ.c.nulla.l.fi.C.de iudæ.c.pen. eod.titu.& ibi omnes
imo plus ēt ſi fuerit baptizatus.17.q.4.c.qđ conſtituit,&
c.cũ ĩpãli,& c.cũ ſit,eo.ti.de iudæ.vbi & Abb. & voluit
32 Ro.in ſing.incip.nũc veniamus,ĩ 19.cha.ĩ 2.col. ¶ † Vñ
dicimus iudæum non poſſe eſſe iudicem.gl.in Auth.iu
ſiuri.quod præſtatur ab his,ĩ prin.& ibi doc ¶ Nec põt
eſſe doctor.nec in aliqua dignitate cõſtitui.c.quãto, de
mat.Abb.in d.c.iudæi.de iudæ & in c.1.& c.cum ſit eo.
ti.Bart.in l.fina.C.de iudæis,& in l.generaliter.§.1.ff. de
decurio.& ĩ l.oēs,la 2.C.eo ti.li.10.Ang.ĩ d.Auth. iuſiur.
qđ præſt.ab his.§.1.colla.2.glo.in l.ſpadonem.§.ita aũt,
de excuſa.tuto.& Bar.in l.conſtit.C.§. hæc quæ neceſſa
rio,& Abb.in c.iudæi,de teſti.& doc.in prœmio Greg.
& Barb.in c.clerici,in prin.12.col.de iudi. ¶ Nec ēt põt
eſſe notarius Ang.in.Auth.iuſiur.quod præſt.ab his,§.1.
¶ Nec põt aduocare.l.fi.& ibi Bar.C.de poſtulan. nec
multa alia exercere:ſi ergo iudæi ſint incapaces horũ
tēporalium,quantò magis iuriſpat. qđ eſt ſpirituale vel
33 ſpiritualitati annexum.¶ † Nono adducitur,iudæus nõ
poteſt portare Crucem,nec inuocare nomē dñi noſtri
Ieſu Chriſti,ne ſit ſuſpicio ꝙ faciat in contemptum ſm
Bar.in l.conſti.fforum,in prin.ſi ergo iſta iudæis ꝓhibē-
tur,quantò magis tota eccleſia & eſſe pſonos ipſius ec-
cleſiæ ¶ Decimo cõprobaĩ iſta opinio. nã nemo nega-
bit iuſpa.eſſe ex grã.c.3.hoc ti.& late diximus. s. in 1.q.
prin.in 4.art.nemo ēt dubitat iſtã gratiam procedere a
quadã æquitate,vt q ſecit eccleſiã ſit pſonꝰ illius: vt in d.
34 c.3 c.piæ mētis.c.frigētius,& c.filijs.16.q.7.ſed ſic eſt † ꝙ
cũ iudæis non eſt æquitas,ſed rigor exercendus:quia ri-
gor & nõ æquitas habet locũ ĩ eis,& ideo cũ illis rigorū
ſe procedēdũ eſt,vt probatur ꝑ tex.iuncta gl.in c.multo
rũ,de iudæ.vbi doc.ĩ verbo rigoroſè,& voluit expreſſe
do.meus Corſ.ĩ c.interpoſita.in §.ſane.de app.poſt pri.
35 ꝑ quē tex.in c.multorũ,dicit ipſe doc.† dicere purgatio
nē moræ nõ hēre locũ in iudæis:q̃a illa purgatio moræ ꝓ
cedit ex æquitate.c.potuit,de loca.& dãt exēplũ de iu-
dæo emphiteuta qui nõ ſoluit canonē ꝑ biēniũ eccleſię
vel ꝑ trienniũ priuato,vt ipſo iure cadat a re emphiteu
tica & iure ſuo,nõ obſtan.ꝙ vellet morã purgare.iuxta
d.c.potuit.q̃a in iudæo moræ purgatio quæ ex æquitate
ꝓcedit nõ admittiĩ ſed ſolus rigor:ita & ĩ propoſito ex
quo de mero iure & eius rigore fundator eccleſiæ,nõ ē
illius pſonus,ſed ſpectat ordinatio eiꝰ ad epm. ille in iu-
dæis eſt ſeruãdus & nõ ꝙ ſint pſoni:cũ eſſe pſonũ ſit ex
grã quæ eſt quædã & pluſquã æquitas. ¶ Vndecimò &
vltimò pro nũc infidelis eſt extra eccleſiã.c.gaudemus
de diuor.cũ cõcor.vnde eſſe iudæũ,& extra eccleſiã lar
ge eſt delinquere.gl.in l.apud Iulianum.§.fi.ff.de leg.1.
36 ¶ † Itē iudæi ſunt in poteſtate diaboli. gl.in c. poſtea , a
37 cõtrario ſenſu,de conſe.diſt.4.¶ † Vnde refert Archid.
in c.vſque.53.diſt.& poſt eum ibi Propo. ꝙ quidam iu-
dęꝰ improperabat Chriſtianis dicēdo illos vexari a dę-
monijs,iudæos vero nũquã,vñ eorũ ſecta magis digna,
& Deo accepta.ſed Chriſtianũ congrua rñſione cõfun
diſſe iudæũ,dicendo Chriſtianos magis flagellari a Deo
q̃a magis diligũtur.ſed ego dediſſem aliud rñſum illud
eſſe ex quo iudæi ſunt in pţãte diaboli oĩno , & ideo eos
tãquã veros ſuos nõ moleſtare,q̃a arbitraĩ illos pro cer
to habituros.moleſtat tñ Chriſtianos cũ nõ ſint in ſua
38 poteſtate,vt experiaĩ an poſſit illos ad ſe reducere.¶ Itē
iudæi interficiunĩ ꝑ aſſaſſinos & tñ faciētes illos occide
re nõ puniunĩ pœna c.ꝑ humanã.de homi. tanq̃ homi
39 nes nulliꝰ momēti,vt ibi doc ¶ † Itē iudæi ſunt peiores
ſodomitis.Matth.11.c.tollerabilius erit ſodomis q̃ vo-
bis in die iudicij,& ꝑ ꝓphetã iuſtificati ſodomiã tráſum
ptiue,in c.nõne.1.q.1.itē iudæi dicunĩ generatio nequã
40 & adultera.Lucæ 9.& 11.c.¶ † Itē dr̃ generatio infide-
41 lis & praua,& Io.9.c.vos ex pr̃e diabolo eſtis ¶ † Itē ſũt
infames.auth.gazaros.C.de iudæ.vñ cũ iudæi ſint tãtis ĩ
famijs & malis repleti & extra eccleſiã, qũo poterũt eē
de eccľa & cũ ꝓceſſione ad eccleſiã introduci vt ſit alijs
pſonis,iuxta notata in c.nobis.ꝑ Abb.hoc ti. ¶ Nõ ob-
ſtãt mõ ſupra cõtrariũ adducta,& primò illa generali-
tas verbi ſi quis appoſiti in d.c.piæ mētis,& in d.c. frigē-
tius.16.q.7.q̃a intelligiĩ ſi q̃s.ſ.fidelis,vt ĩ d.c. quicũque fi-
delis,ꝑ dicta ſupra in 1.2.& 3 motiuo partis negatiuæ.
¶ Nõ obſtat ſm̃ de iudæis ſoluētibus decimas. nã illud
eſt ne eccleſia defraudetur q̃n poſſeſſiones deueniũt in
manibus iudæorũ,vt ĩ c.pen.in fi.de vſur.& illud qđ ē in
42 odiũ nõ dēt ĩ fauorē redũdare.¶ Facit quod dr̃ † ſi ſtatu
to caueĩ cõmittēs tale crimen non poſſe aſſumi ad offi
43 ciũ,ſi officiũ eſt oneroſũ poterũt ad illud aſſumi.¶ † Et
ſil̃r ſi ſtatuto caueĩ,ꝙ nobilis cõmittēs tale delictũ amit
tat nobilitatē,ĩ oneribus tñ diceĩ nobilis.ita Ro.ĩ l.q ſo
lidũ.ff.de hær.inſt.& Bart.in l.1.C.de digni.li.12 & doc.
in c.intelleximus.vbi Pet.de Anç.de iud.& gl.1.& ibi la
te do.meus Corſ.in c.cũ inter ĩ 2.char.de exce.& pleniſ
ſime per d.Fely.in c.dilectus,el 2.in 4.cõclu.in 2. col.de
44 reſcr.¶ Et † inducta in fauorē non debent in odiũ ꝯuer
ti.l.quod fauore.ff.de leg.& in locis ſupra allega. cũ igi-
tur iſtud ſoluere decimas per iudæos,ſit inductũ in eo-
rũ odiũ & in fauorē eccleſiarũ,vt in d.c.de terris, de de-
ci.& ĩ d.c.pen.de vſur in fi.nõ dēt redũdare ĩ eorũ fauo
rē,vt acquitat iuſpa.& in odiũ eccleſiæ vt ſit filia iudæi.
¶ Nec poſſumus dicere a ſimili,quia ſoluere decimas ē
45 qđ mere tpale.nã ſpectat ad laicos toto ti. de decimis,
licèt decimas accipere ſit ſpirituale,& tñ iuſpa.eſt anne
xũ ſpũalitati,& vr̃ de eo ſicut de ſpũalibus.c. quãto,de
iudi.ergo nõ bonũ ſimile,cũ ſint penitus diuerſa.¶ Nõ
obſt.tertiũ,iudæos gaudere priuilegio ciuitatis &c. q̃a
iuſpa.nõ ē priuilegiũ ciuitatis,ſed a iure tñ fidelibꝰ ꝯceſ
ſum.nõ aũt in fidelibus.d.c.quicũq;.c.piæ mētis.& c.fri-
gētꝰ.16.q.7.ꝯtraria aũt loquunĩ ĩ alijs priuilegijs tpalib.q̃
pñt ꝯpetere ēt ĩfidelibꝰ,vt ex ibi allegatis apparet.¶ Nõ
obſtat quartũ,iudæos eſſe nobis proximos, nã ñ ſequiĩ
ergo pñt effici pſoni,q̃a illud intelligiĩ de rebus quibus
ſeu quarũ ſint capaces,ꝑter fidei honorē. vt dictis iuri
bus,ſed eſſe pſonũ eccľæ eēt ꝯtra fidei honorē q̃a eccle-
ſia eſſet quaſi ſerua iudæi,vt ſupra diximꝰ ĩ 10.motiuo hu
ius partis

ius partis: ergo ad hoc non extendit̃. ¶ Non obſtat qntũ
& ſextum. ſ. iudæos poſſe hr̃e dñium rerũ & habere do-
mũ ad emphiteuſim &c. qa illa ſunt mere temporalia.
nos aũt ſumus in ſpũalibus annexis: quorũ iudæi sũt in-
capaces, per ſupradicta. nec ſufficit habere bona vñ ec-
cleſias ædificent, ſed requiritur capacitas in acquirẽdo
iuſpa. nõ enim negam' illos poſſe ędificare, ſed bñ nega
45 mus eos poſſe ex illa ædificatione iuſpa. acqrere. ¶ † Vñ
ẽt iudæi nõ præſcribũt ꝯtra Deũ vel eccleſia. gl. in c. por
ro. 16. q. 3. ſm Ro. in ſingu. 812. incip. an Iudæus in 134.
char. in 1 col. & in conſ. 489. incip. Dña Petra. ¶ Nec ob
ſtat ſeptimũ iudæos poſſe fabricare ſinagogas, & anti-
quas reficere &c. quia illæ ſunt eccleſiæ eorũ, & vt ꝓxi-
me diximus non negat̃ quin poſſint fabricare, ſed bene
negatur eos poſſe acquirere iuſpa. & ſic eſt ꝯcludẽdũ iu
dæos, paganos, ſarracenos, & alios infideles, & ꝯſtructio
ne eccleſiæ, & alijs cauſis, de quibus ſupra nõ acqrere iu
ſpa. ¶ Sed vnũ eſt qđ me facit dubitare qño põt ꝓcede-
re qõ iſta doctorũ, an iudæus ædificãs eccleſiã acquirat
iuſpa: cũ eccleſia ædificari non poſſit ſine diœceſani au
ctoritate. c. nemo, de cõſ. diſt. 1. & diximus ſupra in 2. q.
prin. in 3. art. & late in 3. q prin. in 9. art. vbi eccła qñ, & ĩ
quo loco ſit fundanda: qũo ergo diœceſanus permittat
eccleſiã ab infideli ædificari, cũ videat̃ facere in deriſum
vt ſupra diximus in ſeptimo motiuo huius partis, de iu-
deis portantibus Crucẽ, & nomen dñi Ieſu Chriſti inuo
cãtibus. ¶ Niſi dicamus ſi accideret caſus ꝙ ædificarẽt ſi
ne diœceſani conſenſu, & dicerẽt eccleſiã ædificare &
ꝙ in eorũ odiũ iſto caſu illa ꝓ eccleſia acceptaretur, &
poſtea ꝯſenſus epi ĩteruenirẽt & iudæi repellerent̃. ¶ Vel
poſſet dici ꝙ illas ædificauerint pro ſinagogis. & ꝯuerſi
fuerũt effectæ ecclæ, ſicut ſemel ĩ partib' iſtis factũ fuit ĩ
ciuitate Trani, & hodie extãt eccleſiæ q̃ antea erãt ſina
gogę. ſ. eccleſia ſãcti Leonardi Abbatis, eccleſia ſãctorũ
Quirici & Iouitæ, eccleſia ſancti Petri martyris, & ec-
cleſia S. Mariæ ſcholæ nouæ. ĩ quibus adhuc ſunt ĩ mar
moreis lapidib' lr̃æ hebraicæ deſcriptæ & apparẽt alia
loca cerimoniarũ hebraicarum, & hęc ꝯuerſio fuit tp̃e
Caroli tertij. & illa ꝯuerſio mala fuit: qa q̃uis ſint elapſi
trecẽtũ anni ſẽper iudaizarũt, & adhuc iudaizãt, & iſte
caſus nõ põt adaptari ad q. noſtrã, vt de ſe patet, qa nõ
fuerũt fundatæ ꝓ eccleſijs, ſed pro ſinagogis. ¶ Hic eſſet
tractãdũ qd ſi iudæi ædificarũt eccleſiã ĩ iudaiſmo, ſed
poſtmodũ fuerint ꝯuerſi an recuperẽt iuſpa. ſed de hoc
dicemus. ĩ. in vltimo art. pñtis q. vbi tractabim' in gene
re de ædificãtib' eccleſiã tp̃e quo erãt inhabiles ad acq-
rẽdum iuſpa. ſi efficiantur habiles an illud recuperent.

¶ Quartus artic. 7. q. prin. j. partis. j. Libri.

1 *Hæreticus an & quando acquirat iuſpatro. ex fundatione, conſtructionem, uel dotatione.*
2 *Hæreticus acquirit cognationem ſpiritualem, & nu. 25.*
3 *Hæreticus non acquirit iuſpa. ex aliqua ex tribus cauſis quibus acquiritur tale ius.*
4 *Hæreticus nihil habet in bonis, nam eius bona ſunt confiſcata.*
5 *Vendita per hæreticum poſſunt per inquiſitorem reuocari.*
6 *Hæreticus non poteſt teſtari.*
7 *Hæretico non poteſt legari.*
8 *Hæretico nemo obligatur.*
9 *Hæreticus eſt magis damnatus quàm iudæus.*
10 *Mercimonia eſt licitum exercere cum iudæo, nõ aut cũ hæretico.*
11 *Hæreticus non poteſt habere ſeruum Chriſtianum.*
12 *Hæreticus eſt extra eccleſiam.*
13 *Hæretici fautores ipſorum receptatores non debent in cœmeterio eccleſiæ ſepeliri, & quid ſi ſunt ſepulti.*
14 *Hæretici ſunt priuati omni officio.*
15 *Hæretici ſunt infames.*
16 *Aduocati notarij & ſcribentes pro hæreticis ſunt infames.*
17 *Hæreticus non poteſt uſucapere ut pro hærede, nec poteſt eſſe teſtis nec poteſt eſſe tabellio*
18 *Hæreticus agens repellitur officio iudicis.*
19 *Hæreticus hæres inſtitutus non poteſt agere ad hæreditatem.*
20 *Hæretici æquiparantur porcis.*
21 *Hæretici ſunt infideles.*
22 *Hæretici carent omnis legis priuilegio.*
23 *Hæreticus quis dicatur large & ſtricte.*
24 *Caſus ſi aliquis reputatur catholicus in uita ſua ſi poſt eius mortem detegatur eius hæreſis bona ipſius cõfiſcantur niſi ſint poſſeſſa per hæredes. 40. annis.*
27 *Hæreticus conuerſus ad fidem an & quando ſit capax iurispatr.*

1 QVæro Quarto loco: † an hæretic' ex eccleſiæ fun
datione, vel ex alijs cauſis cũ in hæreſi exiſtit, il
las faciẽdo acqrat iuſpa. in illa eccleſia. ¶ Et an
tequã huic qõni rñdeã, ꝓmitto ꝙ in iſta materia iurispa.
plures de hæreticis pñt fieri qões. vt3 pone, ꝙ qs fidelis
ſit pr̃onus alicuius eccleſiæ, & efficiatur hr̃ticus an amit
tat iuſpa. qđ habebat, & de iſta q. hic nõ tractabim', ſed
ĩ. Deo duce, in 3. li. in 8. q. prin. in 2. art. ¶ Secũda poterit
ẽẽ q. pone ꝙ iſte talis hr̃ticus priuatus iurepa. iterũ reuer
tat̃ ad fidẽ, an recuperet iuſpa. nec de iſta hic tractaturi
ſumus, ſed in d. 3. li. ĩ 8. q. in 2. art. ¶ Pone tertiò, ꝙ aliqs ẽ
hr̃eticus, & nõ habebat iuſpa. ſed ædificat eccleſiã vel
qd aliud facit ex illis cauſis, an acqrat iuſpa. & qd in cõ-
2 uerſo, & de iſta quęſt. hic erimus tractaturi. ¶ † Et primo
vr̃ dicẽdũ ꝙ ſic. nã ex quo hæreticus acqrit cognationẽ
ſpũalẽ, vt p Io. And. in reg. ex eo ꝙ de reg. iu. li. 6. & ſen-
tiũt doc. in rub de cogna. ſpiri. eodẽ mõ dẽt poſſe iuſpa.
3 acqrere. ¶ † Tñ in cõtrariũ ẽ veritas pp multa. † & pri-
4 mo qa hr̃ticus nihil habet in bonis & bonorũ dñiũ nõ
habet cũ ſint ꝯfiſcata, & ſic nõ põt dare fundũ nõ ædifi
ficare, nec dotare. tex. eſt in c. cũ ſm leges, de hære. li. 6.
& Bar. in l. Imperator, in fi. ff de iure fiſci. Abb. in c. fi. &
in c. vergẽtis, de hæret. & in rub. de teſtamẽ. in 2. col. in-
tãtũ ꝙ ex cõtractu inito cũ hæretico nullũ ei ius quærit̃,
& licẽt ſe obliget, dñiũ tñ rei in alia nõ trãsfert. ſm Bar. ĩ
ſuis ſingularibus in litera. h. in 6. col. in verbo hæreticus.
5 ¶ Qui ibidẽ dit † ꝙ p hæreticũ libere vendita, poſſunt p
inquiſitorẽ reuocari. alle. Bar. in l. ſi debitor. ff q̃ in frau.
6 credi. ¶ † Vñ ẽt hr̃ticus nõ põt teſtari. Bar. ĩ l. qũ. C. de hæ
7 re. Abb. & doc. in rub. de teſta. ¶ † Vñ ẽt dicimus hære-
tico legari ſeu relinqui nõ poſſe. Bar. in l. cũ ſenatus. ff.
8 de rebus dub. ¶ † Nec aliquis ſibi obligat̃, ſed ẽ abſolut'.
c. pen. de hære. ¶ Secũdo iſtã partẽ tenet Io. And. in d. c.
nobis, hoc n. & ibi Car. in 2. col. ĩ 4. q. & ſequunt̃ Butrius
9 Imo. & Abb. iſtã partẽ indubitanter tenẽtes ¶ † Tertiò
hereticus ẽ magis dãnatus q̃ iudæus. Ang. in l. Iulianũ, ĩ
§. ꝯſtat, in fi. ff. de leg. 1. ¶ Vnde iudæi pñt hr̃e ſinagogas
c. cõſuluit. & c. iudæi, el 1. de iudæis. cũ ꝯcor. hæretici aũt
nõ pñt hr̃e hm̃õi loca. gl. & Cy. in l. 2. C. de ſac. ſan. eccl.
& in l. 2. C. de ſumma trini. & fide catho. & per doc. in
10 d. c. iudæi. ¶ † Sicut ẽt dicimus ꝙ licẽt mercimonia ſit li
citũ exercere cũ iudæo, nõ tñ cũ hæretico. Abb. in c. ſi-
cut. de hæt. ¶ Dicimus ẽt infidelẽ ꝯuerſũ poſſe ordina-
ri ad ordines, hæreticũ verò ꝯuerſum nõ poſſe ordina-
ri, de primo in c. eã te. vbi p gl. de reſcri. de ſecũdo ẽ tex.
ĩ c. 1. prima q. 7. & infra dicet̃. ſi ergo iudæus eſt incapax
acquiſitionis iuriſpa. vt ꝯcluſimus ĩ p̃cedẽ. art. multo for
11 tius & hæreticus p ſupradicta. ¶ † Quarto hæreticus ñ
põt habere ſeruũ Chriſtianũ. l. Deo nobis. §. fi. & ibi Bar.
C. de epiſ. & cleri vñ a ſeruis hr̃icis sũt liberi. c. fina. de
heret ſed ſi hæretic' poſſe, eſſe pr̃onus haberet eccleſiã
ſeruã, vt ĩ p̃cedẽti art. dixim' de iudæo, ergo nõ poterit
eſſe pr̃on', qa ſi nõ põt habere Chriſtianũ in ſeruũ, mul-
12 to magis nec eccleſiã p ſupradicta. ¶ † Quintò hæretic'
ẽ extra eccleſiã. c. firmiſſime, & ibi doc. & p tõtũ. de hæ
13 re. facit. c. gaudeam'. de diuor. † vñ nec ipſi nec fautores
& receptatores ipſorũ debẽt in cœmeterio ecclæ ſepe-
liri tex. & ibi Abb. in d. c. ſicut, de hære. & ſi ſunt ſepulti,
ſepelientes proprijs manibus debent eorũ cadauera ex
tumulare, & cineres vẽto proijcere, & oſſa in profundũ
& ille locus ꝑpetuo carere ſepultura, ac clerici & alij illa
ſepulturæ tradẽtes sũt ipſo facto excõicati, vt oĩa iſta ha
bent̃ ĩ c. 2. de hære. li. 6. qũo ergo poterimus dicere illos
acqrere iuſpa. & effici pr̃onos eccleſiarũ a quib' exclu-
14 dunt̃ ẽt mortui? ¶ † Sexto hæretici sũt priuati oĩ officio
15 c. excõicam', el 1. & c. fraternitatis, de hæreti. ¶ † Vñ sũt
ĩfames. l. fi. ĩ fi. C. de ſumma trini. & ibi Bart. & in l. Caſ-

ſi is, de

minis,tales credentes fautores,receptatores,& defenſo
res hæreticorũ.ex quo etiam ipſi carent omni legis pri-
uilegio.per d.c.ſi aduerſus.& c.excõicamus.§.credẽtes.
de hæreti.ſi moniti non deſiſtant cẽſebuntur hæretici.
Et ſic videtur velle & vult ꝙ ſicut hæretici nõ acquirũt
iuſpa.ita nec ipſi credentes receptatores &c. Et nota
iſtam auctoritatem:quia aliam in terminis de prædictis
non habebamus.vt ex ſupraſcriptis patet.

¶Sextus artic.7.q.prin.j.partis.j.Libri.

1 *Sciſmatici quid dicantur:& quot eorum genera ſint.*
2 *Sciſmatici an & quando acquirant iuſpatro.*
3 *Sciſmaticus ſciſmate ſapiente hæreſim non acquirit iuſpat.*
4 *Priuatio præſupponit habitum.*
5 *Sciſma quid ſit.*
6 *Sciſmaticus conuerſus ad fidem recuperat iuſpatro.eccleſia quam ædificauit dum erat in ſciſmate.*
7 *Hæretici & ſciſmatici qui ſint cenſendi.*

QVæritur etiã ſexto loco, an ſciſmaticus dũ exi-
ſtit in ſciſmate, ex fundatione, vel alia ex illis
1 cauſis acquirat iuſpa. in eccleſia ¶ † Et in hoc
eſt aduertendũ quatuor eſſe genera ſciſmaticorũ: vt
primò largiſſime dicuntur ſciſmatici oẽs conſtituti in
peccato mortali ex quo ſunt extra charitatẽ.xj.q.3.ca.
audi denique.& 24.q.3.c.dixi.¶Secundò dicuntur ſciſ-
matici large excõicati:quia ſunt extra eccleſiã,& cõio-
nẽ fideliũ.xj.q.3.c.cũ excõicato & c.ſeq.¶Tertio dicunꝛ
ſciſmatici ſtricte,qui propriũ epm̃ de cp̃ali ſede eiece-
rũt,illã occupãtes,& pſbyteros ſuos faciẽtes.¶Quartò
dñr ſciſmatici ſtrictiſſime,qui diuidũt ſe ab vnitate Ro-
manæ eccleſiæ conſtituendo ſibi eccleſiã & ſacerdo-
tes.c.loquiꝛ dñs.24.q.j.& c.inter ſciſma eadem cã.q.3.
¶Et horũ ſciſmaticorũ ſtrictiſſime ſumptorũ duplex ẽ
ſpẽs.quidã.n.ſunt ſciſmatici qui ↄſtituunt aliam eccle-
ſiã omnino diuidendo ſe ab eccleſia Romana prout fe
cerũt Græci in illo tp̃e,& tunc ſunt hæretici: q̃a veniũt
cõtra vnũ articulũ fidei.Et vnã ſanctã eccleſiã catholi-
cã.& iſti ſunt hæretici:quia hmõi ſciſma nõ eſt ſine hæ
reſi.¶Quidã vero ſciſmatici qui nõ cõſtituũt aliã eccle
ſiã,imò credũt vnã eſſe eccleſiã Romanã, & illam eſſe
apud ſe,vt ↄtingit qñ duo vel plures contendũt de papa-
tu.nã quiſq; eorũ credit vnitati eccleſiæ, & illã eẽ apud
ſe,& iſti ſunt ſciſmatici & nõ hẽtici.vt not.in c.j.de ſciſ
ma.& bona gl.24.q.j.§.j.¶ Et pulchrè oĩa prædicta po-
ſuit Abb.poſt alios in rub.de ſciſmaticis.in prin. & ibi-
dẽ latiſſime Ioã.de Ana.q ponit plura alia gña ſciſma-
2 ticorũ non tñ pertinentia ad art.noſtrũ.¶† Iſtis ſic præ-
miſſis deuenio ad caſum noſtrũ in quo dico cõcludẽdo
materiã,ꝙ ſciſmatici primi,ſecũdi,& tertij gñis, bñ ac-
grunt iuſpa.cũ nõ reperiant̃ prohibiti vt ſæpius ẽ dictũ.
& de excõicato infra diceꝛ in x.art.Et in iſtis nõ ẽ dubiũ
nec in ſciſmaticis quarti generis,ſecũdæ tñ ſpeciei,vt ĩ
illis q tenẽt vnã eſſe ſanctã Romanã eccleſia, ſed illã eẽ
penes ſe:quia nec iſti ſunt hæretici. ¶ Tota igiꝛ difficul-
tas hui⁹ articuli ẽ ĩ ſciſmaticis quarti generis primæ tñ
ſpeciei.ſ.in illis q dicunt aliã eſſe eccleſiam & aliam cõ
ſtituunt eccleſiã illã diuidẽdo ab eccleſia Romana, qđ
quidẽ ſciſma eſt hæreſis,vt ſupra eſt dictũ.quã quidẽ q.ñ
inuenio ab aliquo expreſſe tactã,ſed reperio hoc Abb.
in c.q̃a diligẽtia.ante fi.de electio.dũ quærit an hæretic⁹
ↄuerſus recuperet iuſpa.ꝙ tales cũ nõ amittãt bona,ſed
exercitiũ bonorũ &c.recuperẽt iuſpa.& ſic vꝛ velle ſciſ
maticos poſſe eẽ pronos,ſed nõ pñtare donec ſint ĩ ſciſ-
mate.& ↄuerſi recuperare exerciũ.i.ius pñtandi. Et ma-
xime hoc vꝛ ibi velle do.Abb.dũ æqparat ſciſmaticũ ex
cõicato,de quo ita diciꝛ.ſ.ꝙ põt acquirere iuſpat.ſed eo
exiſtẽte in excõicatione nõ põt pſentare.vt infra in d.x.
art.dicetur:vñ vꝛ velle ibi Abb.ſciſmaticũ bñ poſſe ac-
quirere iuſpa.ſed non hẽre exercitiũ eius, & eũ exercitiũ
recuperare dũ fuerit cõuerſus ad vnitatẽ eccleſiæ vt ibi
3 p eũ.¶† Ego verò in iſta difficultate noua dicerẽ,ſciſma
ticũ tali ſciſmate quæ ſapit hæreſim, vt in exẽplo ſupra
poſito de veniente cõtra articulũ fidei.Et vnã ſanctã ec
cleſiã &c.cum ſit hæreticus,cẽſendum eſſe de eo,qđ de
veris hæreticis ſupra diximus,cũ ſciſmaticus tali ſciſma
tẽ ſit hæreticus & eadẽ pœna puniaꝛ.vt dicit Gof.i ſum
ma de ſciſmaticis,pſertim poſt mediũ ibi æqualis eſt pę
na:ſi eadẽ pœna,ergo ſicut hæreticus nõ põt eẽ pronus
ita nec ſciſmaticus.& ibidẽ Gof ponit quãtum illud cri-
men ſciſmatis fuerit Deo exoſum ẽt in veteri teſtõ: q̃a
pp illud Deus fecit abſorbere a terra Dathan & Abirõ
viuos,& in alio exẽplo cũ decẽ tribus ſciſſæ fuiſſent, a
tribu Iuda & Beniamin,& relicto eorũ rege, alterũ ſibi
foris conſtituiſſent & iret ad eos Zoroboã, & eorũ pec-
cata exprobaret,& vltionẽ futurã pdicaret, panẽ apud
illos edere,& aquã bibere,vetitus eſt,qđ cùm nõ cuſto-
diſſet,ſtatim diuina cenſura percuſſus eſt & in de regre
diẽs impetu & morſu leonis voratus eſt in itinere. vt 7.
q.j.c.denique:hinc dicũt doc.ĩ c.ĩ noĩe dñi.23 diſ.ꝙ ad-
hærentes vel defendentes ſciſmaticos ab eccleſia dãna
tos,non reſurgẽt in die iudicij,quod intelligiꝛ de reſur-
rectione bona:quia mali ẽt reſurgunt.vt latè de illis per
Io.de Ana in d.rub.in medio 2.col.¶Facit ẽt p pdictis
doc.do.Abb.in d.c.quia diligentia.de electio.tc torta ↄ-
tra partẽ affirmatiuã pro parte negatiua:nã videꝛ velle
ibi Abb.ſciſmaticũ amittere iuſpa.& illo priuari,ſed eo
conuerſo ad vnitatẽ eccleſiæ illud recuperare.Et idẽ vꝛ
velle Io.de Ana.in d.rub de ſciſmaticis.poſt prin. dum
quærit vtrũ ſciſmaticus pronus recuperet iuſpa.ſi veniat
ad vnitatẽ eccleſiæ,& remittit ſe ad dicta in d.c. quia di
ligentia.ex quib.verbis præſupponũt doc.pdicti quærẽ-
4 do,an recuperet ꝙ ſciſmaticus priuetur iurepa.† cũ pri-
uatio pſupponat habitũ.& ecõtra c.venerabilẽ de elec.&
decẽ.ff.de verb.oblig.de quo tñ.art. dicemus vbi ſupra
in principio hoc ſic ſtante,ꝙ ſciſmaticus pp ſciſma pri
uetur iurepatro.iã acquiſito tẽpore quo erat cũ vnitate
eccleſiæ.multo fortius ſi fabricat eccleſiã eo exiſtẽte in
ſciſmate non acquiret iuſpa.p illã reg.tritã.turpius eijc ĩ
q̃ nõ admittiꝛ hoſpes.c.quẽadmodũ.de iureiur. cũ ſimi.
ibi copioſe per Mod.adductis.& ſic ex ſupradictis ↄclu-
diꝛ ſciſmaticum ſciſmate ſapiente hæreſim, licet ædifi-
cet vel dotet eccleſiam tp̃e quo eſt in ſciſmate,non acq
rere iuſpa.ſed eccleſia illa ſi a fidelib.acquiritur, erit li-
bera.¶ Et licet ſupra dixerim iſtã q.nõ reperiſſe tactam
ab aliquo,certe ita erat,ſed poſtea eã reperi tactã a Pau.
de Cita.in hoc tract.in 3.parte in 8.q.j.cauſæ.vbi princi
paliter de hoc quærit,& dicit ſciſmaticũ nõ acquirere
iuſpa.vt hæreticus,cũ infidelis dicaꝛ & ab hæretico nõ
multũ diſtare videaꝛ cap.inter hæreſim & ſciſma 24.q.
3.hæreſis.n.a principio malũ dogma habet ↄtra fidem,
ſciſma ex poſt facto durando in diuiſione & durãdo ca-
5 dit in hæreſim.vt ibi tex.nullũ.n.ſciſma eſt† niſi aliquã
ſibi fingat hæreſim,cum ſciſma ſit ſciſſio vel illicita di-
uiſio ab vnitate eccleſiæ per inobedientiã facta.d.c.inter.
Ideo volẽtes Dei eccleſiam ſcindere peccãt ĩ fide ↄtra
illũ articulũ.Credo ĩ vnã ſanctã eccleſiã catholicã.c. oĩ-
bus,c.nõ afferamus.c.q̃a.c.aduocauit 24.q.j.ſõ vt infide
lis nõ habebit iuſpa.imo debẽt tales ſciſmatici excõica
ri & deponi tanquã eccleſiæ corruptores, & ſi nõ reſi-
puerint per quẽcunq; pñt inuadi,nec poſſit aliquis in eo-
rũ tabernaculis habitare,fiũt eorũ filij orphani,& vxor
vidua tanq̃ maritus ex tali crimine mortuus fuerit.iux-
ta dictũ Nicolai Papæ ĩ c.ĩ noĩe dñi ĩ fi.23.diſt.Et ita tẽ-
det ibi Pau.nullo mõ diſtinguẽdo de multiplici ſciſma
te.¶ Idẽ tñ Pau.in d.3.parte in 2.q.2.cauſæ.vꝛ tenere ſciſ
maticũ acqrere iuſpa.ſed carere exercitio eius,tñ vt ĩ p
cedẽtibus art.diximus,põt ſaluari eius dictũ ne videaꝛ
ſibi contrarius,cum loquatur de multis q non admittã
tur ad iuſpa.inter quos ſunt aliq q admittunꝛ, ſed carẽt
exercitio,prout ſunt excõicati,& alij.& ſic ꝙ de illis & ñ
6 de oĩbus fuerit loquutus. ¶† Vnũ tñ ĩ hoc paſſu dicerẽ,
ꝙ ſi ſciſmatic⁹ reuertatur a ſciſmate,& ↄuertaꝛ ad vnitatẽ
eccłæ & admitteretꝛ ad illã iuxta tex.ĩ d.c.q̃a diligẽtia,
licet qñ erat ĩ ſciſmate fundauerit eccleſiã & p ſupradicta
nõ acqſiuerit iuſpa.tñ ſi ↄuerſus fuerit recuperabit iuſp.
eccleſiæ quã ↄſtruxerat dũ erat ĩ ſciſmate, vt dicemus
infra ĩ 3.art.prius q.& latius ĩ 3 lib.in 8. q. in 2. & 3. artic.
vbi reddetur ratio quarẽ ſecus ĩ hæretico. ¶ Nõ obſtat

modò cõcluſioni iã factæ doct. Abb. in d.c. quia diligẽ-
tia inducta vt ſupra. ſ. ſciſmaticum ſolũ amittere exerci
tiũ bonorũ & ſic ius patrandi &c. & de æquiparatione
excõicati & ſciſmatici, vt ſupra diximus. rñdetur enim
doctrinã Abb. ita rudẽ, vt ſunt inducta, non debere intel
ligi, nã ſi ita intelligeretur Abb. ſibi cõtrariaſſet (cũ ut
ſupra diximus) Abb. velit ſciſmaticũ priuari iurepa. ſed
ex cõuerſione illud recuperare, vnde ſi intelligeret, ut
ſupra eſt dictũ eſſet ſibi contrarius: quia nõ amitteret iu-
riſpa. ꝓprietatẽ, ſed illius tñ exerciuũ, vnde illa doctrina
intelligit̃ ſolũ quãtũ ad recuperationẽ: quia ibi dubitat̃,
vtrũ hæreticus ſi ꝯuertat̃ recuperet iuſpa. & dicitur ibi
ex quo bona ſunt publicata, & nõ ſua, nõ recuperet iuſ-
pa. in ſciſmatico vero ſecus: qa bona ſciſmatici ex quo
non publicant̃, ſed tñ ipſe amittit eorũ exercitiũ vt ibi,
ideo ex quo proprietas durat ſi cõuertatur recuperat, vt
dicetur in d. art. an ſciſmaticus recuperet iuſpa. ſi ꝯuer
tat̃. & ſic cũ ibi Abb. loquat̃ de exercitio, non intelligitur
de exercitio iuriſpa. ſed de exercitio bonorũ ad effectũ
decidẽdi, vtrũ ex quo bona nõ publicant̃ recuperet iuſ
pa. ſi cõuertat̃, & decidit̃ ꝙ ſic: qa non publicant̃ vt ibi,
imò dicta doctrina Abb. facit cõtra & ſi pro parte nega
tiua: qa præſupponit p̃ronũ ſciſmaticũ priuari iurepa.
& ſupra ẽ dictũ vna cũ Io. de Ana. ¶ Reſtat rñdere æqui
parationẽ, quã facit ibi Abb. de excõicato ad ſciſmaticũ
nã ꝑ ſupradicta debet ĩtelligi ibi Abb. illos æquiparare
q̃tũ ad vnũ. ſ. ꝙ excõicatus amittit exerciuũ bonorũ cũ
nõ poſſit cũ alijs cõicare & bona exercere, non aũt quã
tũ ad deciſionẽ iuriſpa. vel ad pœnã ſciſmaticorũ: qa eſt
clarũ diuerſas eſſe pœnas ſciſmaticorũ qui ſapiunt hæ-
reſim, & excõicatorũ labẽ. vt ſupra dixim⁹. vel ibi Abb.
loquitur de excõicatis qui vltra annũ pertinaciter pmã
ſerunt in excõicatione qui cenſent̃ hæretici. vt infra di-
cet̃ in 10. art. & aliter Abb. intelligi nõ põt, tũ quia alias
eſſet ſibi ꝯtrarius vt ſupra, vt ei⁹ cõtrarietas vitet̃ cũ ſit
tãtus pater, tũ ẽt quia talis ſciſmaticus veniens cõtra il-
lũ articulũ. Et vnã ſanctã eccleſiã eſt verus hæreticus,
& ideo inficiari non poſſe quin iudicetur & repellat̃ vt
hæreticus. Et hoc idẽ Abb. pater iuris canonici bñ ſciuit
7 & ideo cõtrariũ nõ dixiſſet. ¶ † Adde quod dixit d. Pau.
de cita. in hoc tract. in 3. parte in 6. q. j. cauſæ. oẽs male in
terpretantes ſacrã ſcripturam & nouã opinionẽ inue-
nientes. & conatũ facientes auferre priuilegiũ a ponti-
fice datũ, nõ recipientes cõionẽ catholicæ eccleſiæ, &
transgrediẽtes priuilegia ſedis apoſtolicæ, & ꝯtrauenië
tes literis apoſtolicis, & eas nõ recipientes cẽſeri hæreti
cos. & alle. Hoſt. ĩ ti. de hr̃ticis. §. 1. q licèt videant̃ ſciſma-
tici, & hr̃tici tñ ĩ caſu ꝓpoſitę q. illi dicunt̃ hr̃tici ſtricte:
vt nõ poſſint ex fundatione acquirere iuſpa. qa aliter ſẽ
tiunt de articulis fidei, q̃ Romana eccleſia. cap. hæc eſt
fides. 24. q. j. & de conſecra. diſt. 4. c. venit. & qui nõ reci-
piũt quatuor cõcilia. l. quicũque. C. de hæreti. vel q aliter
de euchariſtia, pœnitentia, matrimonio, & alijs ſacra-
mentis eccleſiæ ſentit vel diſputat, q̃ Romana eccl̃a, &
talis per ep̃m vel cap̃lm ſede vacãte debet iudicari hære
ticus, & perpetuo vinculo anathematis innodari, q etiã
ꝑñt dici & dicũtur ſciſmatici c. ad abolendã. de hære.

¶ Septimus articulus. 7. q. prin. j. partis j. Libri.

1 *Apoſtata an & quando acquirat iuſpatrona.*
2 *Omnis hæreticus eſt excommunicatus, non econuerſo.*

1 QVæro ſeptimò, † an apoſtata ex ædificatione ec-
cleſię & alijs cauſis acqrat iuſpat. Iſtã q. format
Pau. de Cita. ĩ hoc trac. ĩ 3. parte. in 9. q. j. cauſæ,
qui dicit non acquirere iuſpa. eo quia apoſtata verus dr̃
fieri infamis c. nõ põt 2. q. 7. 6. q. j. c. infames. 16. diſ. c. nul
li. ergo nõ ꝯpetit hoc ius vel honor eis, & ponit tres ſpẽs
apoſtatarũ, de qb. nos dicemus infra in j. parte. 2. li. in 9.
q. in 9. art. cum tractabimus. an apoſtata p̃ntare poſſit.
Tñ vt non referamus dicta Pau. cũ non ſimus aliqd ad-
dituri, cõclude ita, apoſtatã poſſe eẽ vel nõ eẽ p̃ronũ, ha
bere exercitiũ illius, vel nõ hr̃e, ſi & ꝓut cẽſebit̃ hr̃ticus
vel excõicatus, vt cũ cẽſet̃ hæreticus nõ acqrat iuſpa. vt ĩ
trib. p̃cedẽtib. articulis dixim⁹. cũ vero cẽſebit̃ excõica-
2 tus & non hæreticus: († nam omnis hæreticus eſt excõi
catus, ſed non omnis excommunicatus hæreticus. c. ex
cõicamus. de hæreticis.) Tunc cenſendum eſt de eo, vt
de excõicato proximè dicetur in artic. & quod hic vol-
uit etiam in 3 parte. in 2. q. 2. cauſæ.

¶ Octauus articulus. 7. q. prin. j. partis. j. Libri.

1 *Infames infamia iuris vel facti acquirunt iuſpa. in habitu, non au
tem in actu vel adminiſtratione.*
2 *Infames iuris vel facti qui dicantur.*

1 QVæro octauò, † an infamis infamia iuris vel fa-
cti ex ꝯſtructione eccleſiæ & alijs cauſis acqret
iuſpa. ĩ ea. Iſtã q. format Pau. in d. 3. parte in 11.
q. j. cauſæ. qui dicit iuſpa. ipſos infames nõ acquirere ſal-
2 tẽ adminiſtratione: † ſiue ſint infames infamia iuris, q̃ ir
rogatur per ſententiã in illis caſibus in quibus cauet̃ cõ
dẽnatũ eſſe infamẽ, vt in condemnato actione furti, vi
bonorũ raptorũ, iniuria, & alijs caſibus. de quib. in l. j. ff.
de his qui notan. infa. ſiue ſint infames infamia facti, q
plurib. dñr modis: puta quia apud grauẽs viros generat̃
ſiniſtra ſuſpicio ex facto alterius: qa qs dãnat̃ ꝯdictione
furtiua q̃ nõ infamat, ſed ſolũ grauat ad reſtituẽdã furto
ſublatã, tũc lædit̃ fama dãnati ex tali ſñia de facto, licèt
nõ oriat̃ infamia iuris l. ceſſat. ff. de actio. & obli. l. hono
rius. l. pãtẽs. l. licèt. ff. eo. l tẽ ſiquis turpiter viuat, meretri
cãdo, vel alio mõ, ꝑ quẽ ab honeſtorũ virorũ cetu ſegre
gari debeat. l. 2. C. de dignitati. li. 12. Dyn. in reg. infami-
bus. de reg. iur. li. 6. quocũq; mõ de ſupradictis infamat⁹
conſtruẽs eccl̃iã, vel alia faciẽs, nõ poterit acquirere iuſ
pa. quo ad adminiſtrationẽ, vt de excõicato infra dice-
mus: cũ iuſpa. ſit ius honorificũ: qd talib. infamib. nullo
mõ ꝯpetere põt. d. l. 2. C. de dignita. li. 12. l. ne qs. C. de de-
curio. l. infames pſonæ. C. de infami. li. 12. Dy. ĩd. reg. in-
famib. & dicit ita intellexiſſe oẽs caſus p̃cedẽtes, ꝙ ſarra
ceni, & ſimiles acquirãt iuſpa. actu, ſed non habitu intel
ligẽdo qñ tales pſonæ retinet dñiũ bonorũ ſuorũ: ſi aũt
ex tali delicto dãnatus eẽt, ex quo deberẽt bona publica
ri vel ꝯficari, tũc trãsferet̃ iuſpa. ex tali ꝯfiſcatione: vt di-
cit ſe dicturũ ĩ 9. parte ſui tractatus. ¶ Tu aduerte ad hoc
vltimũ dictũ Pau. ꝑ quod vult ſarracenos & alios infide
les hñtes dominia rerũ acqrere iuſpa. in habitu, & nõ
ĩ actu, & ſic ñ. ĩ exercitio, niſi ceſſante ĩpedimẽto, qđ idẽ
dixit ĩ d. 3. par. ĩ a. q. a. cauſæ. & nos reprobauimus. s. ĩ 3.
& 4. art. nã nullus ĩfidelis ſtãte infidelitate, licèt habeat
dominiũ rerũ ſuarũ, vt iudæus acquiret iuſpa. ꝑ dicta iu
ra c. qcũque c. pia mẽtis. & c. frigẽtius. 16. q. 7. iõ teneas
qđ ĩ p̃cedẽtib⁹ articulis diximus, ei⁹ tñ dictũ põt habere
locum ĩ chriſtianis, & ſic fidelib⁹ irretitis aliquo crimi-
ne, ſeu cenſura, vt ſupra & ĩfra dicemus, puta ĩ ĩfamib. vt
ĩ caſu nr̃o qui acqrent iuſpa ĩ habitu, & nõ ĩ actu. Care-
bũt. n. illius exercitio, donec ab illo crimine fuerint libe
rati, vel a cẽſura abſoluti. Et ĩ hoc ceſſat rõ infidelitatis.

¶ Nonus art. 7. q. prin. j. partis. j. Libri.

1 *Eccleſia, altare, vel capella fundata, vel fundatum per iudæos, hæ
reticos, & alios prohibitos acquirere iuſpa. an & quando erit li-
bera vel liberum.*

1 AN eccleſia † fundata ꝑ iudæos, hr̃ticos, & alios ꝓ
hibitos acquirere iuſpa. erit libera ſub ordinarij
ꝑtãte, vel p̃ronata ſaltem alterius. Hoc vr̃ tetigiſ
ſe Pau. ĩ hoc tract. ĩ 3. parte ĩ ſi. 10. q. j. cauſæ. vbi ꝯcludit,
ꝙ quando qs non eſt capax iuriſpa. ĩ torũ cauſis ꝓxime
dictis & ædificauit eccleſiam. iuſpa. illius non præſume-
tur ĩ aliquo. ſed ſpectat ad diœceſanum. Et ſic ꝙ ſit libera
eccleſia alleg. Inno. ĩ c. cum venerabilis. de excep. & c. re
gẽda. x. q. j. & hoc qñ fundatur eccleſia: ſi aũt fundaretur
altare ĩ eccleſia, aut capella, ſub aliqua antiqua eccleſia,
& tunc ĩ dubio dicit ꝯpetere illi eccl̃æ, ĩ cuius fundo fun
datur, eo qa fundare dr̃ q fundũ dat propriè, licèt ĩpro-
priè ẽt ædificator. alleg. doc. ĩ c. nobis. hoc ĩ. nos dixim⁹
ſupra clare ĩ 3. q. pri. ĩ 11. art. Et ſubdit Pau. ita poſſe intel
ligi oẽs caſus p̃cedẽtes, ĩ qb. dictũ ſunt ñ acqri fundatorib.
vel ꝯſtructoribus iuſpa. vt tunc dño loci intelligatur, &
intellige ſi non eſt ipſemet cõſtruẽs dñs, ſi vero ipſemet
erat

erat dñs erit libera, vt proximè dictũ eſt: adducit̃ ad hoc
quod dixit gl. in c. nõ putandũ. j. q. j. ꝙ ſi eccleſia eſt fun-
data de malis acquiſitis nõ deſtruetur, ſed remanebit ĩ
diſpoſitione diœceſani, qđ tangit Pau. in d. 3. parte ĩ 26.
& 27. q. j. cauſæ. de quibus nos dicemus infra ĩ ſeq. q. prĩ.
facit quod diximus ſupra in 3. q. prin. in 13. artic. ꝙ ſi in
fundo meo me inſcio ædificat̃ eccl̃a, nõ potero illã pro
pria auctoritate deſtruere, ideo ſi non erunt alij cõpro-
ni remanebit libera. ¶ Facit etiam, nam in vere infideli
bus dubitatio, an ex ꝯſtructione eccleſiæ acquirãt iuſ-
pa. nõ põt verificari, niſi ꝙ infidelis de facto ædificaſſet,
& ſic ſine conſenſu ordinarij, vt diximus proxime in 3.
art. verſus finẽ in verſi. ſed vnũ eſt quod me facit. Et nos
habemus in chriſtiano, ꝙ ſi fundauit eccleſiã ſine cõſen
ſu ordinarij, licet ordinarius poſſit illam dirui facere, tñ
hoc nõ poterit patronus. ſed remanebit adhuc eccleſia
Et ipſe non erit patronus, vt late diximus ſupra in 2. q.
prin. in 18. & vlti. art. ſi hoc in chriſtiano, multo magis
infidele. Et ita ꝯcluderẽ, vt ẽt tangã infra in q. in art.

¶ Decimus artic. 7. q. prin. j. partis. j. Libri.

1 *Excõicato quæ prohibeantur & quæ permittantur remiſſiue.*
2 *Excommunicatus ante factum non acquirit iuſpa. poſt factũ vero ſic. & numero. 9.*
3 *Excõicato licet ingredi eccleſiam & ibi audire verbum Dei.*
4 *Intellectus c. quoniam. de ſenten. excom. lib. 6.*
5 *Excõmunicatus non dicitur infidelis.*
6 *Excõicatus profitetur religionẽ & matrimonium contrahit.*
7 *Excõicatus perdit omnia priuilegia & beneficia a lege indulta.*
8 *Excommunicatus poteſt teſtari de ſuis bonis.*
10 *Ante factum aliquid non permittitur poſt factum ſic. declaratio huius regulæ.*
11 *Caſus 27. vbi ponitur illa regula, ante factum aliquid non permittitur poſt factum ſic.*

Et quia Supra diximus de hæreticis, & excõicatus
vr̃ etiam hæreticus, vt eſt tex. in c. quod autẽ. 4. q.
j. vbi dicit Goffre. de Trano & ſummiſtæ in ti. de
hæreticis. in prin. ideo. 10. loco quæritur, an excõicatus
dũ eſt in excõicatione, ex fundatione, & alijs cauſis ſu-
pra ſæpius notatis acquirat iuſpa. ¶ Et circa hunc articu
lũ eſt aduertendum in iſta materia iuſpa. de excõicato
quatriplicem poſſe eſſe q. primã, an excõicatus amittat
iuſpa. de qua erimus tractaturi infra in 3. lib. Deo duce
huius operis ¶ Secunda eſt q. an excõicatus patronatus
admittatur ad præſentandũ, & de iſta ẽt non hic, ſed in
fra in j parte. 2. li in 2. q. prin. in 2. art. tractabimus. ¶ Ter
tia erit q. an excõitus. p̃ntari poſſit, de qua ẽt dicemus in
fra in j. parte. 2. li. in 9. quæſt. prin. in j. art. ¶ Quarta eſt q.
an excõicatus acquirat iuſpa. & iſta eſt in præſentiarũ
menſis noſtræ. ¶ Circa quã q. põſſet fieri longa diſputa-
tio adducendo omnia quæ excõicatis ſunt prohibita ꝓ
parte negatiua, & omnia quæ eis ſunt permiſſa pro par
te affirmatiua, & ex illis formare argu. vt fecimus ſupra
ĩ articulis de muliere, iudæos & hæretico. ſed quia om-
nia quæ adduci poſſent de prædictis vnica reſponſione
tollerentur, quia licet illa ſint excõicatis prohibita, tñ
eorũ prohibitio non eſt perpetua. Ita vt ſint incapaces
iuriſpa. nã facta abſolutione oĩa excõicatus poſſet quæ
poſſunt & alij chriſticolæ vt dicit Abb. in c. quia diligen
tiã. de electio. in fi. & etiam habetur in locis infra alle-
1 gandis, ideo illa diximus omittenda † & etiam q̃a eſſet
tranſcribere infraſcripta loca, nã quæ permittantur, &
quæ prohibeantur excõicatis. Bene accumulat Io. An.
in reg. dolo facit. de reg. iur. in mercuri. vbi tractat, an ar
bitriũ excõmunicato ſit nullũ. & per eum in c. decerni-
mus. de ſenten. excõmu. li. 6. vbi ẽt per Domi. poſt alios
tractantes, an excõicatus poſſit teſtari. de qua etiã q. ple-
niſſime, & plura in materia adducunt per Iaco. de Bel.
ĩ trac. ſuo de excõicato. incip. in Chriſti nomine amen.
Quæritur vtrum excõicatus poſſit cõdere teſtm̃, copio-
ſe ad partes diſputando. poteſt et de materia videri do.
Card. in repe. c. perpendimus. de ſenten. excõ. & in c. ve
xitatis. de dolo & ꝯtumacia. Et eſt recurrẽdũ ad ſolẽnẽ
tracta fratris Antonij archiepiſcopi Floren. de cenſuris
& ad Mod. in c. intelleximus. de iudicijs vñ circa p̃dicta
non erit inſiſtendũ. ¶ Sed redeundo ad q. dicim' prima
facie fore dicendũ excõicatũ nõ acquirere iuſpa. cũ ſit
hæreticus, vt diximus ſupra in prin. huius art. & hæreti-
ci iuſpa. non acquirunt, ergo nec excõicatus. vt in p̃ced.
2 art. ¶ † Tamen Io. And. in c. nobis. hoc ti. cum q̃rit de
iſto art. r̃ndet excõicatũ ante factũ nõ acquirere iuſpa.
id eſt non eſſe habilem ad p̃onatũ, nec debere admit-
ti, & male facere epm̃ illum admittendo, ſed poſt factũ
hoc eſt poſtquã ædificauit eccleſiam, vel alia fecit cũ cõ
ſenſu epi qui illum admiſit bene effici p̃onũ, ſed exer-
citiũ nõ habere hoc eſt nõ exercebit donec erit excõi
catus ea quæ pertinent ad p̃onum ante abſolutionẽ, de
quo tractabimus infra in 2. parte in 2. q. prin. in artic. Et
hoc dictũ Io. And. ſequitur ibi Card. in 2. col. in 5. q. &
Abb. in fi. j. not. in j. col. & cõiter doct. pro quo facit ſe-
cundũ prædictos ibi, & maxime Card. quia excoicatus
religionẽ profitet̃, & multa facit de quibus in ſupra alle-
gatis locis, & præſertim per ipſum Cardi. in d. c. verita-
3 tis. & in dicta repetitione c. perpẽdimus. ¶ † Adducit̃ ẽt
ꝑ Card. & prædictos: q̃a excõicato licet eccleſiã ingre-
di & audire ibi verbũ Dei c. reſo. de ſenten. excõmu. Er
go & eccleſiã ꝯſtruere põt, ſi conſtruere ergo & eſſe pa-
tronũ, cũ ex ea iuſpa. acquiratur. c. nobis. hoc ti. cap. præ
mentis. cũ alijs iuribus. 16. q. 7. & adducitur ĩ arg. c. quõ.
de ſenten. excõmu. li. 6. quia cõmendabile eſt tẽplũ Dei
ædificare. c. aurũ. 12. q. 2. ibi nemo põt accuſari: quia tẽ-
plũ Dei eſt ædificatũ &c. Ita præfati doc. concludunt in
hoc paſſu, & ita oẽs cõiter tranſeũt. ¶ Ego in iſto paſſu
tria faciã. primo probabo tex. in d. c. q̃m ſentẽ. excõmu.
li. allegatũ per Card. nihil facere, imò iuncta gl. potius fa
cere cõtra. ¶ Secundò cõprobabo iſtam cõem opinio,
& illã aliqualiter nouiter declarabo. ¶ Tertio explana-
bo & multis ſimilibus cõprobabo dict. illam Io. And. ꝙ
ante factum excõicatus nõ poterit eſſe p̃onus: poſt ta-
4 ctum uero ſic. ¶ † Venio igitur ad primũ, & tex. ille in c.
q̃m non põt alio modo adduci in arg. ad propoſitum q.
nr̃æ. niſi iſto vez mõ, ſicut. n. diſponit ibi text. ꝙ ex quo
tp̃e interdicti eſt conceſſum baptiſma & ꝯfirmatio, &
ideo dicitur eſſe cõceſſa ẽt chriſmalis cõſecratio, eodẽ
modo in ꝓpoſito nr̃o ex quo eſt cõceſſum excõicato in
gredi eccleſiã, ita debet ẽt intelligi ꝯceſſum fabricari ec-
cleſiã, ſic voluit ibi illũ tex. do. Card. allegare, dũ prius
dixit ꝙ excõicati licite ingrediunt̃ eccleſiã, & poſtmodũ
allegauit d. c. q̃m. & iſte tex. ita inductus nõ cõcludit: q̃a
nõ ſequit̃ põt ingredi eccleſiã & illã fabricare: ergo eſſe
p̃onũ, nã poterit eſſe, ꝙ poſſit fabricare, & non eſſe pa-
tronũ. ¶ Vel & ſcđo ille tex. facit cõtra iuncta gl. in ver-
bo dubiũ. quæ adducit rõnẽ ad illum tex. ideo ibi poſſe
chriſma ꝯfici: q̃a vetus chriſma non debet eſſe viui, nec
debet de veteri chriſmate chriſmari, & deponit̃ de illo
chriſmans. de ꝯſe. diſt. 4. c. ſi quis de alio. & iõ ex illa ne-
ceſſitate intelligit̃ ꝯceſſa chriſmæ cõfectio, qđ quidẽ ita
neceſſariũ non eſt in caſu nr̃o, nã verbũ Dei põt audiri
ĩ eccleſijs iã ædificatis, & ideo non ita neceſſariũ, vñ ex
quo excõicatus alibi põt audire verbũ Dei, nõ deberet
admitti ad eccleſias ædificandas ſm̃ illũ tex. iuncta gl. ſi-
cut nec admitteret̃ chriſmæ ꝯfectio tp̃e interdicti ſi po-
tuiſſet ꝯfirmari ex veteri chriſmate. vñ puto do. Card.
& doc. voluiſſe allegare illũ tex. ex ſimili. multũ a lõge,
& ĩ hoc aliter nõ inſiſto. ¶ Cõdeſcẽdo ad ſcđm & ꝯpro-
bo cõem opi. doc. ꝑ rõnẽ iã ſuperius ſæpe adductã, edi
ctũ de iurepa. eẽ ꝓhibitoriũ, vt q̃libet admittat̃ q nõ ꝓhi
bet̃, vt ꝓxime dixim' in j. art. ſed excõicat' nõ ẽ expreſſe
ꝓhibit', ergo admittet̃. ¶ Faciũt ẽt pro iſta cõi opi. illa iu
5 ra. ſ. quicũq; fidelis. c. frigentius. & c. piæ mẽtis. 16. q. 7. † di
ctãtia fideles acq̃rere iuſpa. ſed excõicatus nõ ẽ infidelis
cũ nõ ſit de illis de q̃b. ĩ c. firmiter. de ſumma Trinitate &
fide cath. nec đ illis de q̃b. ĩ c. j. & ibi gl. đ hær. & dixim' ſu
pra ĩ 3. 4. 5. & 6. art. ſed fidelis ſꝫ extra eccl̃a donec obſer
uat̃ ꝓꝑ ꝯtumaciã vel aliã cãm, ergo acq̃rere iuſpa. ¶ Ad-
ducit ẽt pro iſta parte tex. in d. c. nobis. hoc ti. in verbo ſi
quis. qđ verbũ eſt generale. & ideo generaliter intelligẽ
dũ. c. ſi Romanorũ. 19 diſt. c. ſolitæ. de mai. & obedĩẽ. &

ſic includit ẽt excõicatum, & iſta eſt cõis veritas ¶ Poſt
modũ reperi do Roc. quærẽtẽ de hoc artic. in hoc tra-
cta. in verbo cõpetens alicui. in 8. q. qui refert Io. An. in
6 reg. dolo facit. de reg. iur. li 6. † dicẽtẽ excõicatũ religio
nẽ profiteri & matrimoniũ cõtrahere, & ideo ſm Io.
And & Card. in d. c. nobis. hoc tit. & hanc ↄcluſionẽ di
cit ẽt tenere Gemi. in c. vnico. §. fi. hoc ti. li. 6. in pen. col.
dũ dicit allegãdo Spe. ꝙ ille q emit villã a pſono excõi-
cato, ſtatim poterit pñtare. ergo ſentit excõicatũ poſſe
eſſe pſonũ & trãſmittere iuſpa in aliũ licẽt ipſe nõ poſ-
ſit pñtare. adducit etiã Gemini. poſt Arc. in c. pia. §. 2. in
4. col. de excep. li. 6. hoc tenentẽ, & dños de Rota in ſuis
antiquis deciſionibus, deciſione 16. incip. pſonus excõ-
municatus, & ſubdit aliquos quos ipſi dñi referũt ibi & ĩ
deciſionibus antiquioribus, deciſione. 2. incip. patronus
excõicatus. hoc tit. tenuiſſe ĩ pſono laico, maximè poſ-
ſe pñtare, licẽt ſit excõicatus, de quo tñ dicemus ſuo lo-
co, vt ſupra remiſimus, & ſic do. Roc. in hoc art ſe in-
uoluit omiſſo primo, in quo nil aliud dicit, ſed ſequif Io.
And. vbi ſupra voluit hoc ẽt Roc. ibidem in d. verbo cõ
petẽs alicui. in j. q. in 2. col. in verſ. ſecundo pro hac. & in
prin. 3. col. & in 2. q. in fi. 3. col. in verſi. vltimo me mo-
uet. ¶ Reperi ẽt poſtea do. Pau. de cita. in hoc tracta. in
3. parte in 10. q. j. cauſæ ſimiliter de hoc quærentẽ tenẽtẽ
cũ Io. An. excõicatũ acquirere iuſpa. ſe carere exercitio
illius per no. in ſimi. in c. veritatis. de dolo & cõtumacia
vbi quis eſt eps, & tñ propter contumaciam, de qua ibi
ſuſpenditur ab adminiſtratione. c. decernimus. de ſent.
excõmuni. li. 6. & ibi Io. An. in nouella vbi prohibenf
excõicati ab actib⁹ ciuilibus & ab agendo & patrocinã
7 do, & exercitiũ iuriſpa. eſt hmõi, ergo &c. ¶ † Adducit
ẽt facere, ꝙ ſeparatus a cõione eccleſiæ ꝑ excõicatioẽ ꝑ
dit oẽs actus non ſolũ legales, ſed ẽt oĩa priuilegia & be
neficia a lege inducta tex. in § pen ĩ fi. ĩ Auth de priuile
gijs dotis hæreti. muli. nõ præſtan. ſed iuſpa. eſt ali. & ca
nonibus inductũ, ergo debet excõicatus ſaltẽ illius ad-
miniſtratione carere, licẽt poſſint illud ædificãdo acqre
re. ¶ Subdit etiã: na videmus aliquos qui pñt iuſpa. acq-
rere. & tñ illud non pñt exercere: puta qñ plures inæqua
liter dotãt vnã eccleſiã, ſi eſt ſufficienter dotata habent
iuſpa. & adminiſtrationẽ, ſic qui modicũ dedit ſic qui
multũ gl. not. 63. diſt. in ſumma, ſi verò inſufficiẽter, tũc
eis interdicitur adminiſtratio, donec ↄpetenter dotent,
licet ſint pſoni. glo in c. quicũque. el 2. 16. q. 7. quã ſequif
Abb. in c. 3. de eccle. ædifi. ¶ Et licẽt Pau. ponat hoc di-
ctũ, tñ ex ſe nõ eſt verũ vt diximus ſupra. in 3. q. prin. in 5.
art. hoc non poſſe ꝓcedere, niſi ſint patronæ ẽt ex fun-
8 datione & ↄſtructione vt ibi diximus. ¶ † Subdit ẽt Pau.
excõicatũ poſſe teſtare de ſuis bonis Gemini. in d. c. de-
cernimus. de ſenten. excommu. li. 6. ergo & eccleſiam
fundare & iuſpa. acquirere, licẽt ſit ſuſpenſa adminiſtra
tio, donec abſoluaf ſicut dicimus de eo qui non põt in-
ſtitui, niſi abſolutione obtenta. §. generalẽ. in Auth. vt
cũ de appella. cogn. Hoſt. in ti. de ſenten. excõmu. §. qs
ſit eius effectus ¶ Et ſi quæratur (dicit ipſe) quid ꝓderit
ꝙ habeat iuſpa. ſine adminiſtratione: reſpondetur mul
tũ, nã ceſſante excõmunicatiõe poterit exercere: quod
non poſſet, ſi non haberet iuſpa. cũ illud nõ præſumaf
in aliquo, ſed ſpectat ad diœceſanũ collatio, ſi alias non
apparet cui iuſpa. cõpetat ſm Inno. in c. cum venerabi-
lis. de excep. & in c. regẽda 10. q. 1. vt in proximo præce-
denti articulo diximus, & ita reſidet ibi Pau. ¶ Et idẽ ſen
ſit ipſe Pau in d. 3. parte in 6. q. j. cauſæ. dũ ibi dicit, excõi-
catu dici large hæreticũ, & ideo quæ ibi ↄcludit in hẽti-
co fundãte eccleſiã nõ hñt locũ in excõicato, nec ĩ alijs
largo mõ hæreticis appellatis. vt proxime ẽt nos dice-
mus, & idẽ tenet Pau in d. 3. parte in 2. q. 2. cauſæ. & in 7.
parte in 2. & 3. q. vbi quærit, an excõicato ↄpetat iuſpa.
& cõcludit vt proxime diximus. ¶ Eſt tñ aduertendũ ꝙ
prædicta nõ procedãt ĩ excõicato ꝓpter hæreſim: nec
in excõicatis quia credentes, receptatores, defenſores,
vel fautores hæreticorũ: & in excõicatione perſeuerãti
bus per annũ. iuxta. §. credẽtes in c. excõicamus, de hæ-
re. & ĩ ſciſmaticis hęreſim hñtibus, quia iſti cũ ſint hære
tici nõ acquirunt iuſpa. vt diximus ſupra in 4. 5. & 6. art.
¶ Nec omnibus prædictis obſtat, qđ dictũ fuit pro parte
negatiua. ſ. excõicatos dici hæreticos. per tex. in d. ca. ꝙ
aũt hi. 4 q. j. quia rñdeť illos nõ eſſe vere hæreticos, ſed
largiſſime ſumptos, & aliud eſt eſſe hæreticũ: quia ex-
cõicatus & aliud eſt eſſe excõicatũ: quia hæreticus, nã
primi tñ ſunt ſimplices excõicati, & ex quo ſunt extra
eccleſiã, donec abſoluanf largiſſime dicuntur hæretici,
& ita loquitur tex. in d. c. quod aũt. ¶ Secundi verò ſunt
vere hẽtici, & ex quo hæretici, ideo excõicati & magis
odioſi ſicut in ſimili dicimus de ſymonia, quia ꝓhibita:
& de prohibita, quia ſymonia, magis. n. eſt vltimũ q̃ pri
mũ, vt habef in gl. no. in c. ex parte el 2. de offi. deleg. &
hãc ſolutionẽ, licet non ita declaratam vr tenere Pau.
6 vt ſupra retulimus. in d. 10. q. 2. cauſæ. ¶ † Venio ad ter-
tiũ qđ ſupra pollicitus ſum facturus, & merito ante fa-
ctũ excõicatus nõ eſt admittendus ad pſonatũ: quia cũ
ſit extra eccleſiã nõ debet admitti ad eã fabricandã, cũ
nõ ſit cũ illo cõicandũ donec abſoluatur. ſed poſtquam
eſt admiſſus vt perſeueret ad bene agendũ, & facilius rẽ
ducaf ad pœnitentiã vt abſoluatur debet admitti ĩ pſo-
10 nũ. ¶ † Et eſt notandũ ꝙ iſta diſtinctio, vt aliquid nõ ꝑ-
mittatur ante factũ, poſt factũ vero permittif, ſæpe ſæ-
pius fit per doc. noſtros pro opini. ↄcordandis, & quia
ſolet dubitari quo intelligatur, vt alias ĩ facto dũ eſſem
Paduæ dubitatũ fuit, hic ipſam declarabo. & pro ↄfirma
tione huius diſt. Io. And. ponã multas ſimiles diſtinctio-
nes adhuc nõ accumulatas. ¶ Et vera dubitatio huius
diſt. eſt ꝙ ante factũ quid nõ permittif, id eſt ſiquis vult
illud facere, quod dubitatur an poſſit, eſt dicendum nõ
debere admitti, cum ita ſit de iure vt nõ debeat admit
ti, ſed poſt factum hoc eſt poſtquã ille fecit illud tale qd
quod de iure nõ poterat eſt dicẽdũ ex quo iã fecit ꝙ te-
neat. Et ita ſi bene aduertatur ſe declarat Io. And. ſupra
dũ dicit excõicatũ ante factũ nõ debere admitti ad iu-
ſpa. & ſubdit ꝙ eps male fecit ei cõſentiendo, ſed poſt fa
ctũ tenebit, licẽt male factum. Et ita iſtã diſt. per plura
verba declarauit excellẽtiſſimus nra tẽpeſtate V. I. mo-
narcha domi. meus in legibus do. Chriſtoforus Alberi-
cus Papien. dũ Paduæ de mane ordinariam iuris ciuilis
legeret in quodã ſuo cõſi. incip. ſuper eo quo q̃rif, an ille
qui iurauit. vbi declarat diſt. Abb. infra adducẽdã in c.
ad noſtrã. de iure iur. licet alias deciſiones infra notan-
11 das nõ adduxerit. ¶ † Confirmatur modò primò dicta
diſtinctio Io. And. & declaratio ſupra facta. per ſimilẽ
diſt. quã fecit Abb. in c. ad noſtrã. el. j in fi. pen. col. & in
prin. fina. col. de iureiur. vbi quærit, an debitor qui iura-
uit ſoluere poſſit cõpenſare, & ſit liberatus a iuramẽto,
& diſtinguit, aut anteq̃ cõpenſauerit de hoc quærif, & ſic
ante factũ & eſſe dicendũ ꝙ nõ, aut poſt factũ. ſ. quia cõ-
pẽſauit, & vt euitem⁹ periuriũ dicem⁹ cõpẽſationẽ loco
ſolutionis haberi. quẽ ibi oẽ ſequunf, & ꝑtertim do. me.
Corſe. in pen. colu. ¶ Secundò adduco Io. And. & do.
An. in c. inter monaſteriũ. de re iud. quos ibi refert do.
Abb. in 3. colum. 17. oppo. dum ibi quæritur, quid ſi re⁹
habet multas dilatorias, nunquid litigando ſuper illis vi
deatur renunciare exceptioni recuſationis iudicis. Et
ibi eſt vna opinio ꝙ ſic, adeo vt neceſſe ſit prius oppone
re exceptionẽ recuſationis. extat alia opinio ↄtraria ſ.
vt poſſit ad illã redire poſt dilatorias oppoſitas, ante tñ
litem conteſtatã Io. An. & do. An. concordant ante fa-
ctũ procedere opi. Tãcre. poſt factũ vero ↄtrariã. ¶ Ter-
tio adduco d. Ant. in c. præterea. el. 2. de appella. quẽ ibi
refert. Abb. in j. col. vbi quærif ſi iudex protulit excõica
tionẽ debitori, niſi ſatisfecerit ſuo creditori infra men-
ſem, ſi creditor ſibi ꝓrogauit terminũ. vñ debitor ei ali-
ter nõ ſatisfecit, an ſit excõicat⁹, & ſũt opi. ↄtrariæ quas
ↄcordat d. Ant vt ante factũ ꝓcedat opinio, ꝙ ſic, poſt
factũ verò opinio, ꝙ nõ. ¶ Quartò adduco Inn. in c. cõ-
ſtitutis. de appella. quẽ ibi refert do. meus Corſe dũ q̃rif
an eligẽs idoneũ peccet ex quo poterat eligere idoneo-
rẽ. Et ſũt opiniones ↄtrariæ quas ↄcordat Inn. ut añ fa-
ctũ ꝓcedat opinio, ꝙ ſic poſt factũ vero opinio, ꝙ nõ, vt
ibi ꝑ eũ. Et dicemus infra in j. 2. par. in 10. q. prin. in 3 art.
vbi

vbi de hoc tractabimus in verſi. ¶ Quintò adduco Ioã. And. in c. nihil. de elc. quẽ ibi refert d. Abb. poſt do. Ant. in 4. col. vbi q̃rit quid ſi curia eſſet vltra mõtes, an vltramontani electi poterũt adminiſtrare ante cõfirmationẽ prout q̃n curia eſt citra montes ſm priuilegiũ illius c. & ibi ſunt duæ cõtrariæ opi. Io. And. cõſuluit cuidã vltramontano, ꝙ ante factũ nõ immiſceat ſe adminiſtrationi, ſed poſt factũ dicit pœnã locũ non habere, & ſubdit: ſæpe. n. vnũ conſulimus ante factũ, cuius contrariũ ꝯſulimus poſt factũ additque tene mente hũc modũ cõſulendi cũ diſpoſitio pœnalis eſt dubia vt ibi p eũ, & ex his verbis Io. And. magis clare apparet noſtra declaratio de qua ſupra ad hãc diſt. ¶ Sextò adduco Bal. ĩ l. obſeruandũ. ff. de iudi. quẽ refert do. meus Cor. in c. 3. in pen. col. in ſ. fallen. de reſcrip. q̃ritur. n. ibi, an iudex debeat dari ad inſtantiã alterius partis & ſit reg. ꝙ nõ rõne ſuſpitionis per d. l. obſeruandũ. Bald. vero ibi cã limitat p̃t procedere ante factum, poſt factum vero dicit non habere locũ. ¶ Septimò adduco do. An. in c. dilectus. in 2. col. in verſi. ſecundo opp. ibi alij extra dicũt. de tẽpo. ordi. nã cũ ibi quæraẽ q̃n eps poſſit diſpẽſare. & dicunt aliqui ꝙ in omnibus ĩ quibus nõ reperitur prohibitio, alij vero ꝙ in omnibus in quibus reperiẽ ꝑmiſſio tertij ſecandũ eũ diſtinxerũt, ꝙ aut ſumus in diſpẽſatione de faciẽdo, & ſic ante factũ, & tũc nõ poteſt, niſi reperiatur ꝑmiſſum, aut ſumus ĩ diſpẽſatione ſuper facto, & ſic poſt factũ, & tũc põt in omnibus in quibus nõ reperiẽ ꝓhibitus. vt ibi per eũ: quã ẽt diſt. ipſe facit ibidẽ quaſi in eadẽ materia parũ inferius in verſi ad ſecũdã. in eadem col. ¶ Octauo adduco Io. And. in c. ſignificauit. in 2. col. de iudæ. quẽ ibi refert Abb. in 2. col. du quæritur an pro redeptione captiuorũ ſit licitũ deferre infidelibus merces prohibitas. & gl. tenebat ꝙ ſic. Inno. vero & Hoſt. ꝙ nõ. Io. And. concordat ante factũ ſequẽdã eſſe opi. glo. poſt factũ vero opi. Inno. & Hoſt. vt ibi p Abb. late. quã etiã diſt. & ꝯcordiã facit Abb. in c. ꝙ olim. in fi. j. not. de iudæ. ¶ Nonò adduco Io. An. in c. cũ ſit de iudæ. quẽ ibi refert do. Abb. ĩ 2. col. in verſi. ad iſtũ tex dũ quæriẽ ibi, an reſtitutio malè ablatorũ poſſit fieri p ſimplicẽ ſacerdotẽ qui audiuit cõfeſſionẽ alicuius hñtis reſtituere, & vna opinio eſt Hoſt. ꝙ nõ alia Arch ꝙ ſic Io. An. ꝯcludit ante factũ tenẽdã eſſe opi. Hoſt. poſt factũ uero opi. Arch. ¶ Decimò adduco do. Abb. in c. 2. in fi. j. not. de delic. pue. vbi colligiẽ ex ꝯſuetudine ciuitatis poſſe exigi pecuniã ſ. delictis. Hoſt. ibi dicit tales cõſuetudines vel ſtatuta impõẽtes, & imponentia pœnã pecuniariã pro delictis nõ valere: quia dãt cãm delinquẽdi. Abb. ꝯcludit cõcordando illũ tex. debere intelligi q̃n ꝯſuetudo erat, vt poſſit exigi ex poſt facto, ſed añ factũ delictũ non debere pecuniã taxari. ¶ Vndecimo adduco Abb. in c. j. ſup gl. j. in fi. de priuile. vbi habetur dignitatẽ epalẽ deberi ꝯcedi dũtaxat maioribus locis, quod dicit Abb. eſſe verũ ante factũ, ſed poſt factũ, bene ẽt habebitur minoribꝰ Et ita videmus hodie in regno vbi oẽ vile oppidũ habet epm, & ſuſtinetur, q̃a poſt factũ. ¶ Duodecimò adduco domi. Goſ de Trano cõciuẽ meũ in capit. nõ nulli in §. ſunt & alij. de reſcri. quem ibi refert domi. Abbꝰ in 3. col. verſi. Goſ. dicit dũ quæriẽ cui incũbat onus, probandi mãdatũ, an dño ſedediſſe aſſerẽti, an vero aduerſario neganti, & opinio Goſ. fuit ꝙ ſi ante impetrationẽ obijciatur de defectu mãdati, debet tũc probari mãdatũ, ſed ex poſtfacto nõ admittiẽ exceptio de qua qualiter procedat ibi plene p Abb. & do. meũ Corſe q̃ dicit opi. Goſ. probari p gl. ibi per eũ allegatã, & eam ſeruari in practica, & ſubdit ipſum Goſ. fuiſſe ſummũ doc. & maximũ practicũ. ¶ Decimotertio adduco gl. in verbo p̃sbyteri. in clemen. j. de priuile q̃ quęrit, an de diœceſani licẽtia religioſi poſſint miniſtrare ſacra laicis. Et erãt duæ opiniones ꝯtrariæ. gl. dicit putare poſt factum excuſare religioſũ a pœnis, q̃a hoc fecit de licẽtia diœceſani, ante factũ vero non de qua vt in d. gl. & ibi plene do. Card. in j. nŏo. in 5. col. in 20. quæſt. ¶ Decimo quartò adduco tex. not. in §. biduũ. ff. q̃n appel. ſit 2. q. 6. capit. biduum. vbi dicitur ſententiam ſub conditione non di cẽdam, ante factum, poſt factum vero tenere, vt etiam ibi gl. j. & 2. allegat ꝯcor. ¶ Decimoquinto adduco Io. de Imo. relatũ a Dñico in c. 2. in penul. col. in verſi. ĩ ea gl. ibi ſatis credo. de reſcrip. li. 6. vbi glo. in verbo quorũ. in uerſ. & dixerunt. quærit an facto reſcripto cũ clauſula, & quidã alij in qualibet citatione illorũ debeant omnia nõia exprimi, quidã dicebãt ſic, quidã vero ſufficere in j. citatione. Io. de Imo. dicit ante factũ bonã eſſe cautelã dicentiũ ꝙ ſic, ſed poſt factũ de iure ſatis poſſe defendi opinionẽ aliã, vt ibi per eum. ¶ Decimoſexto adduco eũdẽ Imo. ĩ c. vnico. de poſtu. p̃ꝛla. li. 6. quẽ ibi refert Dom. in pen. col. in verſ. aliã differẽtiã ponit vbi ponunẽ differentiæ inter electionẽ & poſtulationẽ. Hoſt. dicit in poſtulatione non requiri formã c. quia propter. de elec. in electione vero ſic. Inno. tenet cõtrariũ, imò ẽt in poſtulatione requiri, imò concordat ante factum procedere opi. Inno. poſt factum vero opi. Hoſt. vt ibi late per Domi. ¶ Decimoſeptimò adduco eũdẽ Imo. in c. cupientes. in §. hac generali. quẽ ibi refert Dom. poſt principiũ vltimæ col de elec. lib. 6. ſuper gl. in verbo ex tũc. quæ gl. quęrit, an tẽpus de quo in illo tex. infra q̃d eſt, petenda cõfirmatio electionis. iuxta diſpo. illius §. hac generali currat poſt lapſum mẽſem infra quem debet iter arripere ad apoſtolicã ſedem, ut ibi diſponitur, an vero incipiat currere poſt iter arreptũ. & glo. ibi tenet poſt mẽſem, & nõ poſt iter arreptũ. quia alias ſequeret abſurdũ. de quo ĩ ea Ioã. de fantu. tenet cõtrariũ. ꝙ imo poſt iter arreptũ. Imo. dicit ibi opi. Io. de fantu. habere locũ poſt factũ; opi. vero gl ante factũ. ¶ Decimooctauò adduco Io. An. in c. procurator. de elec. in 6. relatũ ibi a Dom. in princ. 2. col. vbi quæritur, an ꝓcurator datus iuxta formã c. vt circa. de elec li. 6. debeat iurare ẽt ĩ aĩam ꝓpriã, & Arc. ibi tenet ꝙ nõ, ſed ſufficere in aĩam cõſtituentũ, alij tenent cõtrariũ. f. ꝙ in aĩam conſtituẽtiũ. & ſuã Io. An. dicit añ factũ procedere opi. diẽtiũ: ꝙ ẽt in ſuã: ſed poſt factũ piũ eſſe tenere cũ Arc. de quo art. ibi plene per Domi. ¶ Decimonono adduco Domi. in c. j. in §. fi. in col. fi. de ſenten. excõ. in 6. vbi eſt q. generalis carmelitarũ præcepit dicẽdo, præcipio vobis p̃ſentibus & abſentibus in virtute ſanctæ obedĩẽtiæ, & ſub pœna excõicationis ipſo facto, ne aliquis veſtrũ cuiquã extraneo hoc reuelet. nec iſtud fecit in ſcriptis, impoſuit tñ ſocio ſuo q̃ ſolitus erat acta ſua ſcribere, vt hoc ſcriberet q̃riẽ an incurrat pęnã, de q̃ta in d. c. j. appoſitã inferẽtis excõicationẽ ſine ſcriptis. Et dicit gl. ſub verbo cãm ibi tenere, ꝙ nõ alij ꝯtra ipſe dicit poſt factũ ꝓcedere gl. añ factũ vero tutius eſſe tenere opinionẽ cõtrariã. ¶ Vigeſimo adduco Io. de Ana in rub. de his qui filii. occi quẽ refert & ſequiẽ d. Fel. ĩ c. quæ ĩ eccleſiarũ. ĩpri. 3. col. de ꝯſt. vbi q̃riẽ, an filius occidẽs patrẽ bannitũ iuuet ſtatuto diſponẽte poſſe impune bannitũ occidi. Et multi doct. quos ibi refert domi. Fel. tenẽt ꝙ nõ iuuet: alij vero tenẽt contrariũ. Ana. cõcordat ante factũ procedere opi. dicentiũ non iuuari. ſed ſi caſus acciderit, & ſic poſt factũ tenẽdam eſſe opinionem cõtrariam, quod eſt summopere notãdũ. ¶ Vigeſimoprimò adduco Abb. in ca. per venerabilẽ. ſuper gl. in verbo poſtulatur. poſt prin. fina. col de elect. vbi quæriẽ, an per nũciũ poſſit quis abſolui. Et ſunt duæ opiniones cõtrariæ. ipſe cõcordat ante factũ ꝓcedere opi. negatiuã: poſt factũ vero affirmatiuam. ¶ Vigeſimoſecundò adduco Io. de Imo. in c. fina. de elec. li. 6. ſuper gl. in uerbo inanes. quem ibi refert & ſequitur Dom. in fi. antepen. col. nam ibi quæritur: an cõfirmatio electionis habeat vim diffinitiuæ, uel interlocutoriæ. Et diſtinguitur ut ibi per doct. & præcipue Io. And. qui inter alia membra ponit unũ, aut ſuperior quærit ſolẽniter de meritis perſonæ electi. & forma electionis, & tũc ꝯfirmatio habet vim diffinitiuæ ſm eũ. ¶ Lap. Abb. ut eũ ibidẽ refert Domi. hoc mẽbrũ limitat uerũ, ut habeat uim diffinitiuæ quo ad cõfirmantem & confirmatum. ſed quo ad tertiũ appellãtem vẽ hñe uim ĩterloquutoriæ, adeo ꝙ nõ poſſet appellari ſine expreſſione cauſæ, & etiã retractari poſſit, ut interloquutoria. aliqui uero tenẽt indiſtincte cũ Io. An. Io. uero de

Imo.dicit ante factū tenendam opi. Lapi : quia tuti⁹ eſt
in appellatione exprimere cauſam : poſt factū vero di-
cit.opi.Io.An. fore verā: vt talis ꝯfirmatio tractet, vt diſ
finitiua, & ſic reputetur quo ad ſolēnia reqſita in appel-
latione, & quo ad effectus appellationis vt ibi p eū.¶ Vi
geſimotertiò adduco Abb.in c.veniens. de cogna.ſpiri
tu.vbi quæritur.an cōpaternitas.& ſic cognatio ſpiritua
lis poſſit cōtrahi per curatorē.Et Io. An.retulit qḋ ſi,alij
verò contra, Abb.cōcordat opiniones; vt ante factum
procedat opinio Io. An.poſt factū vero opinio ꝯtraria.
¶ Vigeſimoquartò adduco Domi.l.c.ſ.poſt pri.ſi. col.
de præben.in 6.vbi quærit qñ epſcō abſens, ad hoc vt el⁹
vicarius generalis poſſit ꝯferre beneficia q̃ vacarunt in
curia, & ex lapſu menſis, iuxta tenorē ꝯſtitutionis ē de-
uoluta collatio ad ipſum ordinariū; an requiratur vt ip-
ſe vicarius generalis habeat ſpecialē cōmiſſionē cōferē
di beneficia quæ vacarēt in curia & eorum collatio ex
lapſu mēſis, vel ex alia cā eſt deuoluta ad ipſum ordina-
riū: an vero ſufficiat ſpeciale mandatū de ꝯferēdis, bñfi-
ciis; abſq; qḋ fiat mētio ſpecialis de vacātibus in curia, &
deuolutis ad ordinariū. gl. fina. ibi tenet ſufficere ſpāle
mādatū ad cōferendū beneficia. Arc.verò oppoſitū. Et
ſic faciēdā eſſe metionē de beneficijs vacātibus in curia
Io. An ibi relat⁹ a Domi.cōcordat ante factū eſſe tenē-
dā opi. Arc. ad minorē cautelam poſt factum vero te
nēdā eſſe opi.gl.vt actus valeat, vt ibi per eū.¶ Adduco
vigeſimoquintò quod diximus ſupra i 5.q prin.in 19. art.
in fi.vbi dubitatū de cōſtruēte altare, vtrū poſſit cōpel-
li pro miſſis celebrandis in eo, & diſtinximus, vt ante fa
ctum poſſit cōpelli, poſt factū uero non, vt ibi.¶ Addu-
co vigeſimoſextò, id, quòd diximus ſupra in 5.q.prin.in
7.art.in verſi.tu cōſidera circa hunc ſextum modū. nā
ibi quærit, an dos eccleſiæ poſſit conſtitui delegatione,
& diximus ante factū non, poſt factū vero ſic.¶ Addu-
co vigeſimoſeptimò quod dicemus infra poſt doct. in
j.parte.2.lib.in 9.q.prin. 18.arti.in verſi.ſed quāuis præ-
dicta ante factū, & poſtea in ver.qḋ dicendem tunc cō
cluſimus vbi quæritur an etiam occultus ſodomita cle-
ricus peractā pœnitentiam ſit priuatus executione ordi
nis ipſo iure, & concludebatur ante factum qḋ ſic, poſt
factū vero non Et iſta ſufficiant pro nunc.

¶ Vndecimus artic.7.q.prin.j.partis.j.Libri.

1 *Excommunicatus non poteſt exercere iuſpatro. ante abſolutionē,*
tamen habet iuſpa.etiam illa durante ſed abſolutione interueniē
te recuperat adminiſtrationem.
2 *Sciſmaticus cōuerſus ad vnionem eccleſiæ poteſt eligi in epiſcopū.*
3 *Excommunicatus vel alius ſuſpenſus poſt abſolutionem recupe-*
rat omnia iura ſua.
4 *Iudæus conuerſus ad fidem, an & quando recuperat iuſpa.*
5 *Iudæus baptiZatus perdit bona acquiſita ex vſuris.*
6 *Iudæorum bona in dubio præſumuntur illicita.*
7 *Hæreticus conuerſus ad fidem non recuperat iuſpa. Et quæ ſit ra-*
tio nume 9.
8 *Hæretici credentes & eorum fautores receptatores & defenſo-*
res ad fidem conuerſi, an & quando recuperent iuſpa.
10 *Caſus vbi ſi hæreticus reputetur catholicus in vita ſua, & quan-*
docunque poſt eius mortem hæreſis detegatur, bona ipſius auo-
cātur ab hæredibus per fiſcū: niſi ab eis ſint per 40.annos poſſeſſa.

Quæro vndecimò, an ſi iſtæ pſonæ qbus prohibi-
tum eſt pp infidelitatē, vel aliqḋ crimen ædifica
re eccleſiā, & per ꝯñs acquirere iuſpa. infidelita
te vel aliquo crimine ceſſante, & ſic fuerint cōuerſę, poſ
ſint recuperare iuſpa.eccleſiæ fundatæ per eos ipſis exi
ſtentibus in hæreſi vel crimine. Iſtā.q.format Pau i hoc
tract.in 7.parte in 2.q.& dicit illam ſpecialiter tactā nō
reperire. tamen credere qḋ infidelitate, vel crimine ceſ-
ſante pp quam, & quod prohibentur acquirere iuſpat.
1 poterit illud ius illi ꝯpetere, ſm videmus: †quia licet ex-
cōicatus non poſſit exercere iuſpa.ante abſolutionē, tñ
habet iuſpa.etiam illa durante, ſed abſolutione interue
niente recuperat adminiſtrationem c. decernimus de
2 ſenten.excō.li.6.& ibi Gem.¶ † Adducit etiā ad idem
videri tex.in c.quia diligentia.de elec.vbi ſciſmaticus q
reuerſus eſt ad vnionem eccleſię pōt eligi in epm, & ibi
mādat Papa talē debere ꝯfirmari, & ibi dicit Abb. poſt
Hoſt.peccatorē qui pœnitentiā egit non deſpici a Deo,
imò gaudiū eſſe Angelis ſuper vno peccatore pœniten
tiā agēte. Luc.15.c.tñ quo ad eccleſiā militantē pp noto
riū peccatū inhabilitari, vt nō poſſit eligi, niſi cū diſpen-
ſatione, vt ibi. Et in c.quia circa.de biga.cap. ſi. de tem-
po.ordi.ergo eodem mō, & fortiori poterit ipſis com-
petere iuſpa.cū non hoc ita reperiatur eis interdictū p
talia crimina, ſicut adminiſtratio diuinorū d.c. ſi. quod
multum dicit facere a cōtrario, vult.n.qḋ peracta pœni
tēti integrā vel pro parte, præter reū ſanguinis poſſe ad
miniſtrare, qñ non ſunt notoria crimina, vel in iudicio
nō cōprobata, ergo ſi eſſent notoria & facta pœniten-
tia vel crimine depoſito p ſacramentū, vt in d.c.qa dili
gentia poſſent tales adminiſtrare & ſic poſſet eis iuſpa.
3 ꝯpetere.¶ † Adducit ēt pro hac ſententia facere illud
quod dixit gl.in no. & fi.in d.c.qa diligentia. quæ vult ex
illo tex.cōicatos uel alios ſuſpenſos, poſt abſolutionem
recuperare oīa ſua iura.p c.nos ſanctorū 15.q.6.cū ſeq.c.
iuratos c.beatus in fi.3.q.4.cū alijs allegatis in gl. ¶ Sub
dit poſtea ſpāliter reperiſſe Io. An.tangētē ibi de hæreti
co ꝯuerſo, an recuperat iuſpa.& dicere qḋ ſic. ſm Io. &
Vincē.p c.dñs.per totum.& maximè circa finē vbi vr̃ q;
cunq; pro criminibus ſuis dignę Deo pœnitētiā egerit
auctoritate Gregorij, Auguſtini, Hieronymi, & Iſidori
gradū priſtinę dignitatis obtinere pñt: per quod ita ſana
tū eſt, vt in priſtinū reſtitueretur, perinde habendū eſt,
quaſi nunquā morboſum fuerit.l.3.§.ſi deportatus pro-
nus reſtitutus ſit bonorū poſſeſſionē ꝯtra tabulas liber-
torū habebit.ff.de bo.liber.l.ſine.in prin.ff. de interpatr.
iſtā opinio.dicit poſuiſſe Io.gloſatorē.26.q.6.& gl.in ver
bo ord.al.in c.ab exordio 35 diſt.¶ Limita tñ prædicta,
qñ ſententia non eſſet lata cōtra eos iuriſpa. priuatiua,
qa tūc reſtituti recuperarent iuſpatr. c.de illa de diuor.
vbi mulier q̃ a viro diuertit propter hæreſim iudicio ec-
cleſiæ nō cogitur amplius redire; quòd pcedit, vbi mu-
lier vellet intrare monaſterium c.ſi.eum ibi no.de con-
uer.coniuga.¶ Procedit Pau.hanc limitationem decla
rare Abb.in d.c.quia diligētia.in fi.ſi ſententia & publi
catio bonorū ex tali crimine eſt facta ab hoīe vel a iure
non recuperat bona reſtitutus per pœnitentiam, qa ſe-
mel cōmiſſum nō retractaṫ c.vergētis, & c. pen. de hęr,
l.cōmiſſa ff.de publi.niſi princeps inſtitueret tales ad p
pria bona priſtina; ſi aūt publicatio bonorū nō ē facta;
ſed pdidit qs ſolū exercitiū ex tali crimine, vt i excōica
to, ſciſmatico, & ſimilib. nūc iſti integre abſoluti recuperāt
bona ſua. & p ꝯñs iuſpa.ex quo p pœnitētiā & abſolonē
reuertunṫ ad vnionē, & ita intelligit d.c.qa qḋ p ſciſma p
lat⁹ nō pdidit ius priuatū, ſed ſolū exercitiū ſtat i ſuſpēſo
qḋ poſtea reuertaṫ abſolone ſequuta, & remittit ſed ad
dicta p eū 19.par. i 20.q.vbi tractat, an & qñ iuſpa.trāſfe
4 raṫ ex delicto. Et ita reſidet d.Pau.ubi ſ. ¶ †. Tu ꝯſidera
circa pmiſſa, qḋ ſi loqmur de iudæo erit qo quā ego ſubo
riti feci i mea prima cōpilatione huius tract. poſt ſupra
ſcriptū art.de iudæis, an ſi iudæ⁹ ꝯſtruēs eccleſiā ꝯuertaṫ
ad fidē, illo caſu acqrat iuſpa.i illa eccleſia. & licèt tunc
hāc q.nō inuenitſē, tñ ſubdiſtinxi, pue pximè dicā, motus
illa rōne, quia iudæi hñt dñia rerū ſuarū, vt p Inn. i c.qḋ
ſup his.de uoto.& ibi oēs, & Abb.i c.de terris.d decimis.
ſupra i 3.art.i 5.motiuo partis negatiuæ: ſi hēt rerū dñia:
ergo diſtinguēdū ē i ꝯuerſo a iudaiſmo, & ſic i neophi-
to, qḋ aut bona de qb.ꝯſtruxerat & dotauerat eccleſiā,
5 † erāt acqſita ex vſuris; & nullo pacto ēt ꝯuerſus acqrat
iuſpa.i illa, cū bona ppria ēt q̃ domi hñt ita acquiſita (ſi
iudæ⁹ baptizaṫ) pdit & debēt diſtribui pauperibus.iuxta
no.p Abb.& doc.i c.iudæi.el 2.de iudęis.& ſic vr̃ dicēdū
cū ipſa eccľa ſit ędificata, cēſeaṫ loco pauperis, & erit
6 libera.¶ † Et idē dicēdū putarē i dubio ſi dubitaṫ, an ſint
licite acqſita, uel ne quia reputabunṫ illicita, cū ut pluri
mū illicite habeāt & acqrāt iudæi, ut dicūt doc.i d. c.iu
dæi. Et iſti caſus ſunt clari.¶ Aut iudæus cōſtruxit ec-
cleſiā uel dotauit ex bonis licite acquiſitis de qbus pōt
diſpo-

diſponere.vt pēr doct.in d.cap.iudæi.Et tunc aut ipſe iu
dæus conuertitur ſtatim eccleſia conſtructa, vel cū illa
conſtruitur, ante tñ ꝙ ordinarius aliquē in ea inſtituat,
& ſic pro libera eā acceperit, vel ſi bene in ea aliquis ñ
fuerit inſtitutus, ante tñ cōſecrationē, & tūc poſſet dici
conuerſum poſſe illius effici p̄ronū accedēte conſenſu
diœceſani, nā cū antequā illa vere ſit in eccleſia ꝯuerſa,
& in eccleſiā reducta & ꝯſecrata, vel anteq̄ per aliū mo
dū q̄ p̄ntationis eccleſiæ ſit prouiſum, iudæus ille ſit cō-
uerſus quo caſu poterit eſſe p̄ronus per maximè qñ eſt
cōuerſus añ cōſecrationē: quia tunc vere non dr̄ eccle-
ſia.c.eccleſia.de immu.eccleſia, quia añ cōſecrationē
& poſt ſemꝑ habuit dñiū rerū ſuarū licite acquiſitarū
merito pōt effici p̄ronus, & idē dicerē in pagano & ſar-
raceno cōuerſis. ¶ Aut iudæus, paganus, vel ſarracen⁹,
eſt cōuerſus eccleſiæ, vel ēt ante, poſtquā tñ ipſam ec-
cleſiā in ſuā merā diſpoſitionē ordinarius aſſumpſit, &
tūc nullo modo recuperabit iuſpa. illius cū eccleſia libe
ra no poſſit effici ſerua ſm Bald.in c.ſignificauit.de teſti
bus.in notabi.& pro hoc facit id quod diximus ſupra ī
2.q.prin.in 4.art in verſi.ſi aūt.cū verſ.ſeq.ibi.Et pro iſta
mea ꝯſideratione faciunt ēt quæ diximus ſupra in 6. q.
prin.in j.art ꝙ in eccleſia iam fundata maximè cōſecra
ta ēi per ſuperuenientē dotem iuſpa.non acquiritur. Et
ꝓ p̄dictis ſupra in illo mēbro de bonis licite acquiſitis, fa
cit tex.in c.eā te.& ibi oēs: maximè Fel.ī 8.col.de reſcri.
7 ¶ † Aut loquimur de hæretico, & tunc dicedū eſt, ꝙ etiā
ſi conuertatur nō acquirit iuſpa.in eccleſia fundata eo
exiſtēte ī hæreſi nec diſtinguimus in eo, vt in iudæo de
bonis licite vel illicite acq̄ſitis: quia iudæus habebat do
minū rei rerū ſuarū, vt proximè diximus, hæreticus ve-
ro nō, vt p̄dicta poſuimus ſupra in 4. arti. ¶ Et idē dice-
rē in credētibus, fautoribus, receptatoribus, & in apoſta-
tis, qñ prædicti ſunt vere hæretici. vt in diſtinctionibus
quas poſuimus ſupra in eorū art.& hoc vult Pau. in hæ
8 retico.vt proxime retulimus. ¶ † Aut loquimur de cre-
dētibus, fautoribus, receptatoribus, & defenſoribus hæ
reticorū, q in nō ſunt vere hæretici. & idē in apoſtatis, ñ
vere hæreticis, in excōicatis nō tñ induratis, & hæreti-
cis effectis in famibus, & hmōi, & iſti ex fundatione, ꝯ-
ſtructione, & dotatione eccleſiæ acquirunt iuſpa.ſed ca
rēt exercitio illius donec ꝑmanſerint in delicto. vt ple-
ne diximus ſupra in 5.6 7.8.& 10.art. Cū verò ſe a deli-
cto amouerint, ſtatim recuperant etiam exercitiū ipſi⁹
iuriſp.& ita intelligunt prima dicta Pau.ſupra allegata.
& ita ēt intelligerē dicta ipſius Pau.in d.eius trac.ī 3.par
te, in 2.q.2.cauſæ.ſæpius ī ſupra allega. art. reprehēſis &
declaratis ex quo in d.2.q.dixerat, ꝙ prædicti iudæi, hæ-
retici & ſimiles carēt tm̄ exercitio iuriſpa.nō debet. n.
eius dictū ita ſimpliciter intelligi, ſed vt ſupra in præſcri
ptis art.declarauimus.& in iſta diſtinctione diximⁱ. Et
idē tenet Pau.in d.3.parte in 7.q.j.cauſæ.vbi ēt loquiē de
ſymoniaco vt in ꝓximo articulo dicet, vt ſit idē qđ in
excōicato ¶ Adde ēt p̄dictis quæ ponit do. Roc. in hoc
trac.in verbo ꝯpetēs alicui.in 10.q. qui allegat Arch. in
c.quicūq; fidelū.16.q.7.volētē hæreticū redeūtē ad fidē
recuperat iuſpa.adducit tñ in cōtrariū gl.in cap. maxi-
mū.j.q.7.dicentē hæreticū reuerſum ad fidē recupera-
re iuſpa.qñ ſententia cōtra eū lata nō erat de amiſſiōe
iuriſpa.ſecus ſi erat ſententia de amiſſione iuriſpat. quā
concluſionē d.gl.dicit tenere ēt Arc.quē ibi refert. & ſe
quitur Gemi.in 2.col.in c.vnico.hoc ti.li. 6. & ſubdit d.
Abb.aliter loqui in capit.quia diligentia . in fi. de elect.
9 † qui indiſtincte dicit hæreticū reuerſum ad fidē nō re-
cuperare iuſpa nec alia bona, & ponere rōnē, qa vbi p̄-
ceſſit bonorum publicatio ab hoīe vel a iure nō recupe
rat quis bona ꝑ pœnitentiā, quia ſemel cōmiſſum ñ re-
tractaē.ſed bona hæretici ipſo iure & facto a lege sūt pu
blicata c.cum ſecundū leges.& Abb.in c. vergentis. de
10 hære.& plus ſubdit. † ꝙ ēt ſi hæreticus reputetur catho
licus in vita ſua quandocūque detegatur hæreſis poſt ei⁹
mortē poterunt illius bona per fiſcū ab hæredibus ad-
uocari, niſi ipſi hæredes illa ꝑ 40.annos bona fide poſſe
derint.tex.ī c.2.ī fi.de p̄ſcrip.lib.6.& cōcludit Roch.ve-
riorē ꝯcluſionē gl.q̄ Abb. ¶ Tu aduertē ꝙ hic adducta
ꝑ d.Roc.loquunē de iurepa quod iam habebat hæreti-
ci in aliquibus eccleſiis, & illis fuerūt priuat ꝑꝑ ſuperue
nientem hæreſim, ſi poſtea ꝯuertant de hæreſi ad fide,
an iura pat.recuperēt. Et hic nō ē caſus nr̄, ſed de eo tra
ctabimus infra vt remiſſiue diximus ſupra in prin 4.art.
Caſus aūt noſter eſt qñ hæreticus in hæreſi exiſtēs ædifi-
cauit vel dotauit eccleſiā.quo tp̄e non potuit acquirere
dictū iuſpa.in eis.vt cōcluſimus in d.4.art.q̄d ſi poſtmo-
dū fuerit ꝯuerſus ad fidem, an id quod non potuit acqui
rerē in illa eccleſia ꝑꝑ eius hæreſim prout ex tunc, ſaltē
acq̄rat prout ex nūc in illis eccleſijs, & cōcludēdū eſt ꝙ
no.vt ſupra concluſimus.quia nō habet nec recuperat
dñiū rerū, ſecus tñ eſt in alijs infidelibus vt ſupra dixim⁹.
Et pro hoc ēt facit rō.Abb.de qua proxime, licet loqua
tur in alio caſu, quia quātū ad illius rōnem vr̄ idē. vnde
concludendū eſt in hæretico ꝯuerſo vt ſupra & modo
cōcluſimus ꝙ etiā cōuerſus non acquirat iuſpa: in eccle
ſia fundata ꝑ eū in hæreſi exiſtēte, in alijs vero infidelib.
eſt cōcludendū & diſtinguēdū vt ſupra. In cæteris vero
fidelibus tñ, ſed criminoſis eſt dicendū, vt diximus de ex-
cōicato, vt ceſſante delicto recuperet exercitiū iuriſpa.
quia reuera illo erat priuat⁹. Et qui ſunt iſti criminoſi di
cetur late infra in j.2.lib.in j.quæſt.princi per totū dum
tractabimus qui non p̄nt p̄ſentare rōne alicuius delicti.

¶ Duodecimus articulus.7.q.prin.j. partis j.Libri.

1 *Symoniacus an acquirat iuſpatronat.& nu.4.& 5.*
2 *Symoniacus dicitur hæreticus.*
3 *Symonia dicitur hæreſis cæteris damnabilior.*

QVæro duodecimò, an ſymoniacus ex fundatio-
ne eccleſiæ & alijs cauſis acq̄ret iuſpa. Et certe
hic artic debebat pæcedere antecedētē, nihilo
minus, quia reperi Pau.poſtea illum tractantē de eo, nūc
1 quæro. † Et dico Pau.de eo quæſiuiſſe in hoc tracta.in 7.
parte, qui dicit hunc.art.ſpāliter non reperijſſe tractatū,
tñ arbitraē poſſe dici ſymoniaco nō cōpetere hoc ius,
quia ſicut ipſe dixit in eodē tract.in 3.parte in 6. quæſt.
j. cauſæ. hæreticū ex ædificatiōe eccleſiæ nō acquirere
2 iuſpa.vt ēt nos diximus ſupra in 4.art.huius.q. † eodem
modo nec ſymoniacus cū dicaē hæreticus, vt ꝑ Hoſt.in
3 ti.de hære.§.j. † imo dicitur hæreſis.ſymonia, & eorum
cæteris damnabilior.c.eos.j.q.j.c.ſiquis pecunia.79.diſt.
c.quotiens . & ſeq. imo qñ quis eſt infamatus de ſymo-
nia deponiē a diuinis.ſicut hæreticus.vt ꝑ Abb.in c. ac-
cuſatū.in fi.de ſymo.niſi ſe purget.c.de hoc.de ſymo.eo
dē modo laicus deberet excōicari & per ꝯñs nō cōpete
re illi iuſpa.nec ep̄s poſſet cū eo diſpenſare cum dicatur
maius delictū delicto homicidij c.miror c.minus dicā.
50.diſ.c.ſicut ſymoniaca.de ſymo.& declarat hoc Pau.
4 intelligendū de ſymoniaco conuicto, ſicut ēt dicimus
de excōicato cōuincto vt dicit haberi in c.ad abolēdā.
in prin.& per totū de hæred. Et quia equiparaē excōica
to dicit Pau.eodē mō, ſicut excōicato, ſic & ſymoniaco
iuſpa.non ꝯpetere, ſaltē quo ad exercitiū, quaſi dicat ꝙ
quo ad proprietatem ſic vt ipſe Pau.dixit in 3. quæſtio.
d.7.par.& ī 3.parte in decima quæſtio.j.cauſæ. & nos la
te diximus ſupra in 10.art.præſentis quæſt. Non obſtat
modo, ꝙ ſymonia dicatur hæreſis, ſeu ſpecies hæreſis,
quia hoc eſt verum largo modo loquendo.vt ꝑ Hoſt.ī
ti.de hæreti.§.j.verſi.ſed ſtricto mō. & illud quod nos
diximus hæreticū non acquirere iuſpa.intelligiē de ſtri
cte hæretico & vere vt patet ex his quæ diximus ſupra ī
5 præceden.q.princ.in 4.5.6.& 7.articu. † Et ita etiam ego
concluderē ſymoniacū ex cōſtruſtione eccleſiæ & alijs
cauſis acquirere iuſpa.ex quo chriſtianus, ꝑ ſæpe allega
ta iura, cap.nobis.hoc tit.generaliter loquens.per c. qui
cūque.c.piæ mentis.& cap.frigentius.16.q.7. verū ꝙ ca
rebit eius exercitio donec perſteterit ī ſymonia de qua
fuerit conuictus, & ita dicerē de alijs criminoſis, vt pro
xime diximus in præceden.artic.vt acquirat iuſpa. ſed
careāt illius exercitio crimine durante. Et ſic ex iſta cō
cluſiōe fiat deciſio ad omnia alia crimina, & ideo omit
timus cuiuslibet alterius criminis diſcuſſionem.

¶ Decimus tertius artic .7. q.prin.j. partis.j. Libri.

1 *Meretrix eſt capax iuriſpa.*
2 *Patientes defectum natalium non videntur capaces ſpiritualiũ.*
3 *Illegitime natus non includitur in diſpoſitione legali quantum ad commodum & honores.*
4 *Illegitime natus eſt capax iuriſpa.& nu.6.*
5 *Non ſequitur quis eſt incapax ſpiritualium: ergo iuriſpa.*

QVæro decimotertiò, an illegitime natus acquirere poſſit iuſpa.& ſic illud ei cõpetere. D.Roc. in hoc tract.in verbo competens alicui.in 2.q. prin.quærit de hoc in genere, an illegitime nato competat iuſpa. & ſic tam ex fundatione & alijs cauſis, quàm ex ſucceſſione implicando iſta duo ſimul quæ ego ſeparatim tractabo. Hic.n.ſolũ videbimus, an ex fundatione & alijs cauſis illegitime natus acquirat iuſpa.de alio verò an illegitime natus ſuccedat in iurepa.tractabim⁹ infra in materia ſucceſſionis, in 2.parte huiꝰ.j.libri. in 2.q. prin in 26.art.hic igiť deducã adducta per d.Roc.facientia ad hunc caſum. ¶ Et pro parte affirmatiua, ꝙ iuſpa. cõpetat illegitime nato ex fundatiõe & alijs cauſis dicit facere: quia iura generaliter loquuntur, & cõcedunt iuſ pat. fundatoribus ecclẽſiarũ cap.filijs.16.q.7.c.3.& c.nobis.hoc ti.& per ꝯñs ita vť cõcedere illegitime natis, ſicut & alijs. ¶ Secundò dicit facere: quia iura concedunt iuſpa.omnibus chriſtianis.vt ſæpe ſupra diximus in hac q.in 2.7.8.10.& 11.præcedẽti art per cap.piæ mẽtis.& c. frigẽtius.16.quæſt 7.ergo videtur, ꝙ ſi illegitim⁹ ſit chriſtianus nihil ſibi obſtare poſſit quò effici pronus. ¶ Tertio pro iſta parte dicit facere: quia ſi tales illegitimi ñ poſſint effici patroni eccleſiarũ per eos fundatarum retraherenť a fundatione ipſarũ eccleſiarũ. Et ppterea hoc nõ eſt dicendũ, vt in ſimili decidit gl.in verbo pſentari. in c.cũ dilectus.hoc ti ¶ Quartò adducit, ꝙ ſi excõicat⁹ eſt capax iuriſpa.vt diximus ſupra in 10.art. ergo a fortiori debet eſſe capax illiꝰ illegitime natꝰ q nullã habet
1 cẽſurã ¶ † Quinto adducit ſi meretrix eſt capax iuriſpa.
vt ipſe concluſit in d.verbo cõpetẽs alicui.in j.q.in verſ.
ſed hic ſuboritur quæſtio. Et nos dicemus infra in pximè ſeq.q.prin.in 10.art.multo fortius debet dici eſſe ca
2 pax ipſius iuriſpa.illegitime natus. ¶ † Poſtea ipſe dom.
Roc.dicit pro parte negatiua facere, quia illi q patiunť defectũ natalium, nõ videntur capaces ſpiritualium c.j. de fili.presby.lib.6.c.j.& 2.eod.tit.in antiquis.c.cũ in cũctis.in prin.vbi gl.& c.innotuit.de elec.ergo nec ẽt erũt capaces ꝯnexorũ, put eſt iuſpa c.qro.de iudi.tales.n.sũt odibiles canonibus & legibꝰ.c.niſi cũ pridẽ.§.nõ tñ.de renuncia.l vulgo, ff.de ſtatu.homi.cũ ſiml. Et melius pbať in c.ſi gẽs anglorũ.56.diſt.vbi dicitur tales nõ eſſe ĩ bello fortes, nõ in fide ſtabiles, nõ honorabiles hominibus, nec Deo amabiles. Scđò pro iſta parte dicit facere: qa eſſe pronũ eccleſiæ ẽ qđdã ꝓrogatiua, & ꝓeminentia, & honor, vt dicit pbari in diffinitione iuriſpa. & firmare Bal.in cõſ.ſuo.323.Incip.præmittẽdũ eſt in 3.vol.
vñ ſpurijs vel illegitime natus nõ debet ꝯgruere iuſpat: qa vt inquit Bal.vbi ſupra turpe eſt in eccleſia dei hre talẽ ſupra verticẽ. & in loco honeſto inhoneſtas aduocare pſonas.l.ſi qua in publicis.C.de ſpectaculis. li.11. ¶ Et ſubdit Roc.iſtas duas rõnes militare ẽt in legitimatis p
3 principẽ. ¶ † Tertiò pro iſta parte dicit facere deſionem
gl in clem.j.in verbo liberi.de baptiſmo, dicẽtẽ illegitime natos nõ includi in diſpoſitione legali quãtũ ad cõmodũ & honores, ergo licèt canones cõcedẽt laicis iuſpa.non tñ videnť includere illegitimos, cũ iuſpa. ſit honor vt ſupra dictũ eſt. ¶ Poſtea ipſe do.Roc.adducit alia ſimilia cõcludẽtia in ſucceſſione iuriſpa.& in legitimatis.de quibus dicemus infra in 2.parte huius lib.in 2.qſt. prin.cũ tractabimus qualiter iuſpa.transferatur ſucceſſiõe. ¶ Ex omnibus tamẽ ipſius dictis poterit formari quarta ratio, ſicut illegitimi nõ poſſunt ſuccedere in iurepatro.vt dicetur infra in d.2.quæſt.princ in 26.articu. eodem modo & multo magis ædificãdo illegitimus eccleſiam nõ debet poſſe acquirere iuſpa. ¶ † Demum ip
4 ſe Roc.dicit in hoc puncto diu ancipitem fuiſſe propter
fundamenta hinc inde vrgentia, tandẽ omnibus rectè conſideratis videri ſibi dicendum illegitimũ eſſe capacẽ iuriſpa.nedũ in cõſequentiam, qñ ſuccedit in hæreditate vel alia vniuerſitate, ſed ẽt principaliter. ſ. quando ei donaretur vel legaretur iuſpat.vel ipſe eccleſiam ſeu capellã fundaret, & nedũ qñ eſt legitimatus, ſed etiã ſi nõ ſit legitimatus, & cũ maximè moueret tex.in d.c.piæ mẽtis.& in d.c.frigẽtius.16.q.7.vbi dř *omni Chriſtiano iuſpa. competere poſſe* ergo ſi illegitimi ſunt chriſtiani erũt capaces iuriſpa. ¶ Secundò adducit id quod voluit Ioã.And. in c.nobis.hoc ti.illũ qui pfitetur religionem & mrimoniũ contrahere põt. Et ſimilia agere poterit ẽt eſſe pronus.hinc ibidẽ do.Ant.in 2.col.illũ qui põt audire verbũ Dei ĩ eccleſia & orare poterit & ẽt eccleſiã conſtruere, cũ laudabile ſit domũ Dei erigere, cũ igitur hæc poſſit facere illegitimus, ergo & eſſe pronus. ¶ Adducit ẽt quod voluit do.Præpo.in c.lege.in pen. col. 10. diſt. volentẽ quẽlibet laicũ chriſtianũ admitti ad iuſpa. ¶ Et demũ adducit quod ſupra diximus de meretrice, & de excõicato. ¶ Ad cõtraria ſupra formata reſpondet iuſpa. principaliter cõcedi laicis in fauorẽ eccleſiarũ, vt eccleſiæ cõſtruãtur, quia laici prætextu iuriſpa. facilius inducũtur ad eccleſiarũ fundatione.c.3.hoc ti.non curatur ergo, ꝙ perſona acquirens iuſpatro. ſit illegitima vel alias vilis, dũmodo ſit chriſtiana. ¶ Et ſi diceres amice ſpiritualia ſunt principaliter in fauorẽ & honorẽ diuini
5 cultus introducta. † Et tñ illegitimus eſt incapax illorũ
vt ſupra probatum eſt ego reſpondeo, dicit ipſe, nõ eſſe bonã conſequentiã quis eſt incapax ſpiritualiũ, ergo eſt incapax iuriſpa.vt no.in c.quãto.de iudi.& probatur in toto hoc ti. vel aliter dicit poſſe reſpõderi, ꝙ diuerſa rõ reformat pactum. rõnes.n.quare illegitimus repellitur a ſpiritualibus i.ab ordinibus & beneficijs quæ referunť per d.Ant.de But.in c.pñtiũ.& in c.lueras.de fili. presb. non militant in iurepa. ¶ Tertiò reſpõdet nõ eſſe fauorẽ eccleſiarũ vel honorẽ diuini cultus beneficia conferri illegitimis, vel illegitimos ordinari, ſed bñ eſt fauor & honor eccleſiarũ, eccleſias de nouo ſundari.d.c.3. hoc ti.& ex quo hæc opinio eſt fauorabilis eccleſiæ, ergo tenenda.arg.l.ſunt perſonæ. ff.de relig.& ſump.fune. Nã ſi illegitimi retraherentur a fundatiõe eccleſiarũ ſi nõ acquirerẽt iuſpa. tãto minus eccleſiæ fundarenť & minuereť illius fauor arg.eius quod dicit gl.mag.ĩ fi.in c.cũ dilectus.hoc tit.& propterea tex.in d.c.frigẽtius & in d.c. piæ mentis.dixit ꝙ omni chriſtiano iuſpa.cõpetere põt.
¶ Et an iuſpa.ſit fauorabile eccleſijs vel patronus dixi
6 mus late ſupra in j.q.prin.in vlti.articulo circa prædicta
non eſt inſiſtendum, quia reuera cùm illegitimus ẽ chriſtianus, non eſt dubitandum eum poſſe ædificare eccleſias & ædificando acquirere iuſpatro.cap nobis.hoc ti. difficultas enim erit, an illegitimus ſuccedat in iurepa. Et quid in legitimatis per principem ſecularem, de quibus dicetur infra in 2.parte huius lib. in d.2.quæſt. prin. in 29.& 30.art.

¶ Decimus quartus art.7.q.prin.j.partis.j.Libri.

1 *Pupillus poteſt acquirere iuſpa.cum conſenſu epiſcopi ex fundatione datione & alijs duabus cauſis.& nu.3.*
2 *Infans non ſeptennis non poteſt præſentare.*
4 *Qualiter poſſit euenire quòd pupillus in infantili ætate poſſit fundare, conſtruere, & dotare eccleſiam.*
5 *Pubes minor poteſt acquirere iuſpatr.cum poſſit fundare, conſtruere, & dotare ſine iudicis decreto.*

MInime decimoquarto loco dubitandum eſt de eo quod quærit dominus Roch.in verbo com-
1 petens alicui, in 3 quæſtio. † an iuſpatro. competat pupillo vel infanti, quia cũ ſint chriſtiani ſunt capaces huius iuris, vt proximè dictum eſt. nec in eis cadit crimen aliquod, de quibus in præcedentibus artic. propter quod efficeretur incapax huius iuris. ¶ Dicit ergo Roch.iſtam quæſtio.tetigiſſe Archid. in c. decer-
2 nimus.in princ.16.quæſt.7.& cõcludiſſe ꝙ ſic. † Fatetur
tamen infantem nõ ſeptennẽ nõ poſſe pntare, ſed eius
tutor,

tutor. & idē concludere Abb. in c. fi. in fi de ꝯceſ. pbē. &
hoc ſentire idē Abb. in c. j. hoc tit. & Io. And. in c. ex eo.
de elec. lib. 6. & hoc ēt ꝯſuluiſſe do. Ant. in ꝯſ. 29. viſis pũ
ćto & quęſitis in fi. & tenuiſſe Lapũ in ſua alleg. incip. p̄
ſentatus. in prin & in alleg. 75. caſus talis in pen. colũ. &
Bald. in ꝯſi. 165. incip. ordinatio teſtamenti. in 4. volu. &
ibidem ſubijcere ꝙ licèt iuſp. hoſpitalis competat impu
beribus & pupillis. tamē ſecus eſt in regimine ipſius ho
ſpitalis: quia non committitur niſi diſcretis & idoneis.
pro quo dicto allego tex. in c. indecorũ de æta. & quali.
& ꝯcludit Roc. hanc concluſionem nõ habere dubita-
tionem, & ideo circa eam nõ inſiſtendũ. ¶ Tu aduerte
ꝙ ſi nos loquimur an pupill⁹ vel īfans ſuccedat ī iurep.
eccłæ, quod pater vel alius habebat, & nulli dubiũ eſt
ꝙ ſic, ſi erit hæres, & idē ſi erit donatarius, legatarius, vł
hmõi, cùm iſti ſint modis transferendi iuſpa. vt volunt
oēs doc. in hac rub. & eſt gl. ordi. in c. piæ mentis. 16. q.
7. & nos dicemus infra in 2. q. prin. in 33. arti. & ſecunda
parte ſecundi lib. cum pluribus ſequentibus qõnibus &
art. ¶ Quis tamen in hoc iurepa. pupilli vel infantis præ
ſentabit, pupillus ne, an vel tutor, & qũo ꝯcurrant, & ꝙ
in iurepa. infantis p̄ſentabit ſolus tutor, dicetur latè ītra
in j. parte ſecundi lib. in 2. q. princ. in pluribus articulis.
Et quid dicendũ ſi iuriſpatro. cõpetat, vniuerſitati vł ci
uitati, an pupillus, vel tutor p̄ſentet? dicemus ſimiliter
in ſecunda parte ſecũdi lib. in 2. q. prin. in 13. arti. & iſtæ
non ſunt materiæ nr̄æ modò, ſed de eis dicemus vbi ꝓ.
3 xime. ¶ † Articulus nr̄ eſt an pupillus vel infans ex fun-
datione ꝯſtructione, vel dotatione eccleſiæ acquirat iu-
ſpa. & in iure nõ eſt difficultas quin acquirere poſſit: qa
cũ ſit Chriſtianus, nulli dubiũ eſt prædicta exercendo,
acquirere poſſe iuſpa. de ꝯſenſu tamen epiſcopi p c no-
4 bis. hoc tit. † dubiũ eſt in facto qũo poſſit occurrere hic
caſus ꝙ pupillus in ætate impuberi vel infantili exiſten
te poſſit eccleſiam fundare, ꝯſtruere, & dotare, cũ non
poſſit de ſuis bonis diſponere, & ſi diceres faciet tutor,
minime tutor hoc facere poteſt in detrimentum pupil
li niſi tutela finita pupillus ratum haberet. & non eſt du
bium ꝙ tunc procederet difficultas articuli noſtri etiã
de facto, & pro hoc faciunt q̃ diximus ſupra in 3. q. prin.
in 19. art dum ibi tractabimus, ſi ex pecunia aliena fun
daui eccleſiam in fundo proprio, quis erit p̄ronus illius.
& quid ſi pecunia fuit eccleſiæ, pupilli, vel alterius priui
legiati. ¶ Vel poterimus figurare caſum ꝙ pater vel ali⁹
teſtator mandauerit ecclam ędificari vel dotari p hære
dē, & hæres eēt impubes, vel infans. & tũc benemerito
tutor hoc exequeref. & certe hoc caſu nõ eſſem⁹ in ter
minis noſtris, quia pupillus vel infans veniret ī hoc pa-
tronam, potius ex ſucceſſione quàm ex perſona ꝓpria
argu. eorũ quæ notantur in c. j. hoc titu. & poterit colli-
gi ex dictis ſupra in 3. q. prin. in 22. 24. & 25. art. & in 4. q.
prin. in 7. 11. 12. 13. & 14. art. ¶ Vel poſſemus dicere ca-
ſum articuli noſtri poſſe euenire de facto ꝙ deus ſuſcita
uerit ſpiritũ pupilli vel infantis ad fundandũ & dotan-
dum eccleſiã, ut ſuſcitauit ſpiritum Danielis in iudicio
5 Suſannæ. ¶ † De pubere minore m̄ non eſt difficultas ī
iure nec in facto: quia poteſt de bonis ſuis ædificare &
dotare eccleſiã ſine decreto iudicis, vt latè diximus ſu-
pra in 5. q. prin. in 3. art. & ſic eſſemus in diſcuſſione per
ſonarum capaciũ vel incapaciũ ad acquirendum iuſp.
ex aliquo defectu vel non defectu perſonæ vere, quia
ex prædictis poterint decidi millies ſimiles deciſiones.

¶ Decimus quintus art. 7. q. prin. j. partis. j. Libri.

1 *Vniuerſitas vel alia perſona ficta nõ continetur nomine perſona.*
2 *Statutum loquens de vna perſona non includit perſonam repre-
ſentatam puta vniuerſitatem.*
3 *Clauſula & quidam alij non comprehendit vniuerſitatem.*
4 *Vniuerſitas dicitur perſona potentior.*
5 *Perſona ficta puta vniuerſitas, ciuitas, capitulum, collegium po-
teſt acquirere iuſpa cum limitatione.*
6 *Vniuerſitas poteſt habere bona.*
7 *Præſentatio large modo dicitur electio.*
8 *Dictio, ſi quis, vel ſi qua, comprehendit perſonam fictam in fauo-
rabilibus.*
9 *Eccleſia fundata, vel conſtructa, vel dotata, ab vniuerſitate, vel
aliqua perſona ficta eleemoſinaliter eſt libera.*
10 *Quod commune eſt, meum eſt.*
11 *Legatum factum de ſeruis ſuis intelligitur etiam de ſeruis com-
munibus.*
12 *Iuſpatr. eccleſia fundata, conſtructa, vel dotata, ab vniuerſitate
vel aliqua perſona fictam competit vniuerſitati vti vniuerſita-
ti & non ſingulariter omnibus.*
13 *Actor vniuerſitatis non cogitur defendere ſingulos, ſed vniuerſi-
tatem tantum.*
14 *Vniuerſitati quod debetur, vel ipſa alijs debet, non ſingulis debe-
tur vel ſinguli debent.*
15 *Statua in ciuitate poſita non ſunt ciuium. ſed ciuitatis.*
16 *Seruus municipum poteſt contra eos torqueri.*
17 *Singulariter de vniuerſitate admittuntur in teſtes pro vniuer-
ſitate.*
18 *Iniuria alicui illata ab aliquo vel aliquib. non dicitur illata ab
vniuerſitate, nec vniuerſitas dicitur delinquent.*
19 *Clericus iurans ſubiectionem epiſcopo & capitulo, non eſt ſubie-
ctus ſingularibus de capitulo.*
20 *Intellectus & declaratio verborum Ioan. Cald. conſi. 9.*

DVbitãdũ eſt mõ. 15. loco de perſonis fictis; an ſint
capaces iuriſpa. & ſic an vniuerſitatis, ciuitas, capi-
tulũ. collegiũ, ſi ſolum dat, conſtruit, vel dotat ec-
cleſiam, acquirat iuſpa. in illa. ¶ Et primo videtur dicen
dum ꝙ huiuſmodi perſonæ fictæ non ſunt capaces iu-
ris huius omnia enim iura ſimilia denotantia perſonã
particularem prout eſt tex. in c. nobis. hoc tit. & in c. q-
cunq;. cũ concor. 16 q. 7. ſed ſic eſt ꝙ iura loquentia de
aliquo vel aliqua pſona, ſeu de aliquibus particularibus
non cõprehendunt vniuerſitatem, ergo vniuerſitas nõ
includitur in illis, ſi nõ includif ſequif ꝙ vniuerſitas nõ
poterit acquirere iuſpat. & ſic de ciuitate capitulo, & ſi
milibus, cũ nõ ſint comprehenſa in edictis de iurepatr.
¶ Minor huius noſtri motiui. ſ. ꝙ iura loquentia de ali-
qua pſona non cõprehendãt perſonam fictã, probatur
per id quod dixit Bald. in c. j § conuenticulas. in 2. no.
1 de pace iura. fir. † ꝙ noīe perſonæ nõ cõtinef ciuitas vł
alia perſona ficta. per illũ tex. & per l. fi. C. de eroga. mi-
li. anno. lib. 12. vnde dixit Butr. in c. graue. de pben. in 4.
2 nota. † ꝙ ſtatutũ pœnale loquens de vna perſona non
includit perſonã repræſentatã. puta vniuerſitatē. hinc
dixit Archi. in c. 2. de reſcri. lib. 6. ſup verbo tres vel qua
3 tuor clauſulæ † & quoſdã alios non cõprehendere vni-
uerſitatē. ſequitur ibi Io. And. in prin. in 3. col. & do. ibi-
dem ſimiliter in 3. col. & plura iſtã minorem probãtia
accumulantur p do. Fel. in c. eam te. in 11. col. in verſ. ſe-
cunda declaratio. de reſcri. quæ hic tranſcribere nolui
4 ¶ † Secũdò adducitur pro iſta parte negatiua, nam vni-
uerſitas eſt de potentioribus perſonis, quia multa hēt
priuilegia, ut in titulis reſtitu. in integ. & cum potentio
ribus aliquid agere eſt periculum. argu. c. potuit. cũ ſua
materia. de locato, ergo cũ illa non eſt aliquid agendũ,
ſed ſi iuſpat. acquireret in eccleſia, eſſet aliquid actũ cũ
ea, vt infra apparebit in 3. huius operis. in qua tractabif
(Deo duce) quid ſpectat ad patronum. ergo ita ſimiliter
5 erit prohibita ſe immiſceri in iurepat. † tamen contraria
opinio eſt verior, & communis. ſcilicet vniuerſitate eē
capacem iuriſpa. & illud acquirere. quam opinio. in pri
mis tenuit Hugo antiquus doctor. in c. piæ mentis. in
glo. j. iuxta princ. 16. q. 7. quam refert. & ſequitur Archi.
in c. ſi plures. eadem cauſa & quæſtio. in c. vnico in j. co
lum. in verſ. illud autem diligenter nota hoc titul. lib. 6.
iſtam etiam opi. tenet Ioan. And in d. c. vnico. in 2 col.
in verſ. demum ad prius dicta referendo Archi. vbi ſu-
pra. firmat etiam hanc opi. Do. in c. venio. in 2 column.
in verſicu. quid ſi vniuerſitas. ſequendo Archi. & Ioan.
And. ubi ſupra. ſequitur etiam do. Cardi. in clemen plu
res. in § fin. in 3. q. in vlt. colum. hoc titu. roboratur ſimi
liter iſta opinio ex auctoritate Ioan. Cald. in conſi. 9. po
pulus. decimo ſi vniuerſitas. vndecimo an ſi maior
pars vniuerſitatis. fol. 61. & ſimiliter videtur tenere
Abb. in

Abb.in conſi.76.in vol.2.& eã præſupponit do.Gay.in repe.c.fi.de elec.lib.6.poſt medium.44.col.cũ dicit maiorẽ partem vniuerſitatis debere conuenire in præſẽtiã do.& hoc idẽ ſequutus facit ibidem poſt prin.47.col.& Pau.de Ci.ĩ hoc trac.ĩ 3.par.in 17.q.primæ cauſæ. & in 8.parte in 11.qõ.& do.Roc.in hoc trac.in verbo cõpetẽtes alicui.in 5.6.& 7.q in quibus locis prędicti oẽs conſulentes repetentes & tractantes præſupponũt,& tenẽt vniuerſitate,& ſic corpus fictũ poſſe habere iuſpatro.& idẽ præſupponit do.Roc.in d.verbo cõpetens alicui.in 11.q.loquendo de collegio.& ſimiliter in 12.qõ.& iſta ẽ omniũ communis ſententia.¶ Et licèt prædicti docto. pro iſta opi.aliquid non allegent. ſed illam ſimpliciter præſupponant veram, tamen pro ea primo adduco.
6 † nã negari non poteſt vniuerſitatem poſſe hrẽ bona & res, vt eſt text.in l.j §.qbus.& quaſi p totum tit. ff.qđ cuiuſq; vbi.no.& ibi Bald & idẽ in c. ut per totũ. de his quæ fiunt à maio.parte capi.ſed ſic ẽ ꝙ habere iuſpa.eſt hrẽ res.& dicitᷓ quaſi de pr̃imonio.vt uoluit Io.And. in reg.quod alicui.ad fi.de reg.iur.lib.6.relatus a Io.Cal.in d.conſ.9.ante fi.de iurepa.& habetur quaſi per totũ hũc tit.ex quo tranſit cum bonis & hæreditatibus.iuxta no. in c.j.in c.ex literis.& in cle.plures hoc tit.& doc.ĩ hac rub:& dicemus infra latius in modis transferẽdi iuſpa. ergo poterit vniuerſitas illud acquirere & habere p antedicta
7 ¶ † Secundo pro iſta parte adducitur.nam præſentatio largo modo dicitur electio.vt eſt tex.in c.2.ibi eligere.vt Abb.oẽs hoc tit.ſed ſic eſt ꝙ electio magis cõgrue fit per vniuerſitatẽ Capitulo vel collegio,ut ẽ tex. in c.j.& quaſi per totum.de elec.ergo iuſpa.cadit in vniuerſitate.¶ Tertiò firmatur iſta veritas.nã patroni antequam accedant ad præſentandũ debent inter ſe præſentãdum,idoneũ inuenire & eligere, licet per dictam electionẽ nullum ius acquiratur præſentando,ut dicit Abb.in d c 2.& in c.3 ſm ibi nota hoc titu ſed ſic eſt ꝙ electio prædicta magis congrue fit (ut diximus) per vniuerſitatẽ,capitulum,vel collegium,quàm per particularem.cũ melius aliquid ĩuenitur,ſi per plures perquiratᷓ. integrũ enim eſt iudicium quod plurimorum ſentẽtia confirmatur.c. prudentiã § illa quippe. de offic deleg. quod autẽ à pluribus ſapientibus quæritur facilius inuenitur.c.de quib.20.diſt.& per ampliores hoĩes perfectiſſima veritas reuelatur.l.vlti.ad fi C.de fidei cõ.24. di. c. extra ꝯſcientia. cum alijs per mod. in dictis locis alleg. igitur capitulũ,collegium,vniuerſitas,& hominum copia melius poterũt idoneũ eligere & præſentare rectorem,quã ſingularis.ergo facilius admittẽda ſunt,& fortius ad iuriſpa. acqſitionẽ.¶ Quarto pro iſta ꝯcluſione adducitur,nã iuriſpa.eccleſiarum eſt inductum ad iſtar iuriſpa.libertorũ.ut dicit Arch.in c.piæ mentis.16.q.7. cum diffinit vtrũq; iuſpa.& de vno arguitur ad aliud.vt ibi do.& diximus ſupra in diffi.iuriſpa. in deſcriptione illius quã ibi poſui,ſed ſic eſt ꝙ iuſpat.libertorum cadit in vniuerſitate, & illud vniuerſitas acquirit ex manumiſſione ſeruorũ c.qui manumittitur.alias eſt.§.c. epiſcopus qui mancipiũ.12.q.2.l.ſed & ſi hac.§. qui manumittitur.ff.de in ius uoc.l.intãtum.§ vniuerſitas.in fi. ff. de rerũ diui.cum ibi alleg.ergo & ſimilit modo iuſpatr. eccłæ debet poſſe,cadere in vniuerſitate ſeu collegio.
8 ¶ † Quinto & vltimo pro nũc validatᷓ iſta opi. ex regula per quam argumentũ ſupra factum pro parte negatiua retorquetur cõtra eã,nam nos habemus vniuerſitatem ſeu collegiũ cum corpus ſit fictum & repreſentatũ cõprehendi in diſpoſitione cõcepta per verbum ſiquis vel ſi qua,in fauorabilibus tñ illa reg. colligitur ex text. c.nouit.de his quæ fi.a p̃la.quã ibi firmãt Pet.,de Anch. & Imo.& Abb.& do.me.Cor.ĩ ſuo repertorio ad Abb. ĩ verbo vniuerſitas.ĩ 2.col.in verſi. vniuerſitas cũ corpꝰ & facit p ea tex.ĩ l.ſi municipes ff qđ cuiuſ. vni.no.vbi not. Bald. vniuerſitatẽ haberi loco ſingularis perſonæ. & pleniſſime probatᷓ reg.prædicta per multa ſimilia copioſe ordinata per do.Fel in c.cã te,in 12.col. in verſic. quarta declaratio.de reſcrip.ſed diſpoſitio de iurepa.acquirẽ.do eſt ꝯcepta per verbum ſiquis vel quicunque, vt in dictis iuribꝰ.ſ.c.nobis hoc tit.& c quicũque 16.q.7. & iuſpa.eſt eã fauorabilis & gratioſa.c.3.hoc ti. & diximus ſ.in j.q.prin.in 4.art.ergo cõprehẽdetᷓ vniuerſitas, & ſic erit capax iuriſpa.& poterit illud acquirere.¶ Nõ obſtãt mõ ſupra in ꝯtrariũ adducta quia loquuntᷓ ĩ materia odioſa in qua diſpoſitio cõcepta per ſingularitatẽ non trahetᷓ ad vniuerſitatẽ,ut patet in locis ſ̃. allega. & ita loquitᷓ do.Fel in c.cã te in 11.& 12. col.in 2. & 4. declaratione.¶ Minime obſtat ſm ꝙ vniuerſitas dicatur perſona potẽs,nã non reperitur in materia iuriſpa. potentes repelli a iurepa.imò magis admitti.contrariũ verò ꝓcedit in emphyteuſi ne ob potentiã emphyteutæ non ſoluatᷓ canon.imò quanto magis potentes ſunt patroni,tanto magis ſunt priuilegiati, dicitᷓ enim ꝙ Papa nũquã intelligitur præiudicare iuriſpa.regio, niſi de eo faciat ſpecialem mentionẽ ut infra dicetᷓ in 3.ſecũdi lib. in 9.q.prin.in 3.art.ſimiliter etiam magis in propoſito dicit do.Fel in d.c.eam te.in 12.col.in 4.declara.in verſ. ex quo puto forte ꝙ vniuerſitas patrona ita acquirit iuſpa.& quia potens, ita eſt priuilegiata ꝙ ſi derogatio eſt facta a Papa iuripa.laicorũ, non ĩtelligitur derogatum iuripa.collegii.ſeu vniuerſitatis, de quo infra dicetur in d.3.ſecundi lib.in 9.q.prin.in 34.art. & pro iſta ſolutiõe facit ratio.nã quantò patronus eſt potentior,tantò magis eccleſiam quã defendere habet defendet.16. q.7. c.
9 filijs cũ vulg.¶ † Sed eſt ad vnũ aduertendũ ꝙ concluſio ſupra formata habet locũ cũ eccleſia eſt fundata,cõſtructa,vel dotata,a ciuitate populo plebe.vniuerſitate. capitulo,vel collegio,ratione cõmunitatis, & eius noĩe ſecus ſi per populũ eleemoſinaliter & ſingulariter non ꝓ parte vniuerſitatis,ſed oblationũ particulariũ, & p ſingula res de vniuerſitate:quia tunc non eſſet iuſpat. vniuerſitatis nec ſingulorũ,ſed eccleſia erit libera, ex quo ex eleemoſinis fabricata iſtã modificationẽ ad concluſionẽ noſtrã ꝓbãt Hugo. Archi. Io. And. & do. in locis ſ̃.alleg.dũ Hugo,& Arch. dicũt rõnẽ cõis vel vniuerſitatis.ergo non alia rõe.& Io.And.dum dictum Archi. refert. & dũ dicit non ſinguli ſed corpus. quaſi dicat, ꝙ ſi ſinguli,puta eleemoſinaliter,ſecus quos domi.refert & ſequitᷓ ꝓ qua ſententia facit, nam dans aliquid eccleſiæ, eleemoſinaliter & ut benefactor non acquirit iuſpa.de quo diximus ſupra in 6.q prin.in j. art. igitur ſi eccleſia conſtituatur non communitas nomine,ciuitas,vniuerſitas,populus,vel collegiũ non acquireret iuſpat. per ſupra dicta.& ita alias in facto me conſulente per curiam Reuerendi Generalis Vicarij Tran. fuit iudicatũ dum erat quæſtio inter vniuerſitatem ciuitatis Andriæ aſſerentem ſe patronam ex totali reædificatione, & quoſdam antiquos p̃ronos venerandæ eccleſiæ S. Marię Annunciatæ.d.ciuitatis aſſerentes reædificationẽ dictæ eccleſiæ fuiſſe factam per rectorem illius cũ eleemoſinis particulariũ, ex quo eccła ꝓpter bella fuerat deſtructa & remanſerat fundus cũ fundamentis,& dos, & per dictam curiam i cauſa appellationis fuit iudicatũ primos p̃ronos remanere p̃ronos rõne fundi & dotis, nec non & primæ ꝯſtructionis:quia ob cõmoditatẽ ciuitatis deſtructa fuerat ꝓpter bella, & merito p eos fuit reædificata, & q̃a ex eleemoſinis non acquiſiuerunt iuſpa. per ſupraſcripta,& ſic remanent primi p̃oni. p ea quæ late diximus ſ̃.ĩ 6.q.prin.in 4.arti.¶ Et plus dicerẽ in caſu Andrienſi ꝙ ſi vniuerſitas Andrienſis rõne cõitatis reædificaſſet,quia ad hoc cõpelli poterat, ex quo ipſi deſtruxerũt pp eorũ vtilitate,pp bella ꝙ non acquirãt iuſpa.per ea quæ diximus ſ̃.in 4.q.prin.in 6 artic.& in 5. q. prin.in 20.art.¶ Eſt etiã circa iſtum articulum ad aliud aduertendum,nam licèt vniuerſitas acquirat iuſpa.per ſupradicta,tamen dubitatur an per vniuerſitatẽ acquiratur iuſpa.ita ut debeatur ſingulariter omnib. an verò tantum vniuerſitati,ut vniuerſitati,circa quod inuenimus Io.Cald.in d.conſi.9. populum volentem iuſpatr. iſto caſu deberi vniuerſitati ſ. ſingulariter omnibus de vniuerſitate, & hoc tenentẽ in duobus locis prælibati ꝯſilij.primò ibi dum dicit, eſt tamen vtroque caſu uox præſentationis iuris ſingularis.& ibi ante fin.dũ dicit ꝙ

autem

autẽ hoc ius præſentãdi dicaẽ quaſi patrimoniale cuili
bet de vniuerſitate &c. ¶ Pro qua parte facit id qđ dicit
Bar in l.ſicut.ff.qđ cuiuſq; vni.noie in prin. in verſi.q̃rit
gl.qd ſi vniuerſitas diſſoluaẽ.& in l ſi ĩ fi.pe.col. & prin
fi.col.ff.de colle.illi.ꝙ ſi vniuerſitas diſſoluaẽ in totũ qli
bet de vniuerſitate aufert partẽ ſuam de eo qđ eſt in cõ
muni.ut ibi per eum. ergo bona vniuerſitatis ſunt ſin
10 gulorũ. ¶ † Facit etiam pro iſta parte quia qđ cõe eſt,
meũ eſt ut.ff de ritu nup.l.illud. & q iurat ſuũ nõ eẽ iura
11 bit etiã cõe non eſſe.ff.de verbo.ſign.pupillus.§.vlti.† &
cũ quis legat ſeruos ſuos, tã illi q ex toto ſui ſunt, quam
qui ex parte, intelliguntẽ legati.l.ſi quis ſeruos. ff. de leg.
3.ergo eodẽ mõ dicendũ eſt ut iuſpa.quod eſt cõmune
inter omnes de vniuerſitate ſit ſingulorum per ſupradi
12 cta.¶ † Tamen in hoc ꝯtrariã partẽ tenuẽt præfati doc
tores Hugo.Archi.Io.And.& do. in locis ſupra alleg. di
centes ꝙ ſi eccleſia a ciuitate populo plebe vel collegio
a ratione cõiatis vel vniuerſitatis & non vt a ſingulis
cõſtruitur fundatur uel dotetur, nulli eorum ſingulari
ter iuſpa debetur, ſed tantum vniuerſitati, ciuitati, po
pulo, plebi uel collegio in cõi pro qua eorũ ſententia ſo
lum adducunt ſimile de manumiſſo a collegio ꝙ nulli
ſingulariter reuerẽtiã debet, ſed ſingulos in ius vocabit.
allegãt tex.in d.c.qui manumittitur 12.q.2.& in d.l. ſed
ſi hac. ĩ §.qui manumittitur.ff.de in ius vocan. ¶ Ego ꝓ
iſtã veritate primo adduco tex.ĩ c.nulli epõrũ.§.ſi ergo.
12.q.j. ibi *cum de cõi nullus dicat hoc meum* & ſic qđ eſt cõe,
13 non eſt ſingulorũ ¶ † Secundò pro hoc adduco text.in
l. ſi municipes. ff.qđ cuiuſq. vni.nomi.& ibi Bald.Bar. &
doc. ꝙ actor vniuerſitatis cogiẽ defendere vniuerſitatẽ
14 non ſingulos de vniuerſitate. ¶ † Tertiò iſtã partẽ cor
roborat tex.in l.ſicut municipij ĩ §. ſiqd vniuerſitati.ff.
eo.tit. vbi Bald. ꝙ ſicut debetur vniuerſitati ſingulis nõ
debeẽ, nec quod debet uniuerſitas ſinguli debẽt. ¶ Quar
to iſta ueritas clare probatur ꝑ tex.aureũ.in l. in tãtum ĩ
§.uniuerſitatis.ff.de rerum diui.vbi habetur quæ ſunt in
ciuitatibus eſſe uniuerſitatis, & nõ ſingulorũ. & dat exẽ
plum de atrijs ſtadijs & ſiſo. & ſubdit idẽ eſſe de omnib⁹
alijs cõmunibus. & idem dicit ibi de ſeruo, & de liberto
uniuerſitatis ꝙ non intelligantẽ ſingulorũ. & cõcordat
ſe cũ d.§.qui manumittitur. & per illũ tex.ĩ d.l.intãtũ.§.
uniuerſitatis.dicit gl.in d.l.ſicut ff.qđ cuiuſq; vni.no. cre
ditores ſingularis perſonę de vniuerſitate non poſſe po
ni in poſſeſſionẽ partis nemoris vniuerſitatis tanquam
partis tangentis debitori.ut per eum. quia quod eſt uni
uerſitatis nõ eſt ſingulorũ. ¶ Quintò ꝓ hoc facit tex. in
l.j.§.ſi autẽ collegiũ.ff.ad Treb.ubi habeẽ, ꝙ licèt qs nõ
poſſit auctorare in reſtitutione vniuerſitatis ex fideicõ
miſſo ſibi ipſi facienda.ut in præce.§.eiuſdẽ l.fuit quæſi
tum, tñ ſi collegium habet hæreditatẽ alicui reſtituere
de collegio, bene collegium integrum reſtituere pote
rit quãuis ille ſit de collegio, & non dicetur ipſemet re
ſtituere ſibi, quia quod eſt collegij non eſt ſinglorum.
15 ¶ † Sextò adducitur text.in l.ſtatuas.ff.de acq.re. do.in
prin. vbi ſecundũ Trebatiũ ſtatuæ in ciuitate poſitæ ci
16 uium non ſunt, ſed vniuerſitatis. ¶ † Septimò facit tex.
in l.j.§.ſeruum municipũ ff.de quæſt.vbi ſeruus munici
pũ poteſt in caput ciuium torqueri, cũ non ſit illorum
ſeruus, ſed rei publicæ, ut ibi planus eſt tex. ¶ Octauo ꝓ
iſta ꝯcluſione adducitur gl.in verbo ſi ergo.in fin. in d.
c.nulli epiſcoporũ.in §.ſi ergo. 12.q.1. volens id quod ẽ
uniuerſitatis non eẽ alicuius ſingulariter. Nonò adduci
tur alia glo. in c. præſenti. in verbo domus propria. de
ꝓben.lib.6.quæ ſimiliter dicit bona vniuerſitatis (quã
uis dicantur communia) non tñ eſſe ſingulorũ. ¶ Deci
mo adducitur id quod dicit glo. in d.l.in tantũ.in §.uni
uerſitatis.ĩ uerbo veniã.ff.de rerum diui. & Bart. ĩ d. §.
qui manumittitur.In tantũ res vniuerſitatis non eſſe ſin
17 gulorũ † ꝙ ſingulares de vniuerſitate admittuntur in te
ſtes pro vniuerſitate.quod dictũ qualiter procedat & li
mitetur, eſt recurrendũ ad do. meũ Iaſo.in d.§.qui ma-
18 numittiẽ, & ad do.Fel.in c.cum nuncius.de teſti. ¶ † Vn
decimò ꝓ iſta parte facit id quod quotidie diciẽ aliquo
de uniuerſitate inferẽte iniuriam alicui vel delinquẽte

non poſſe dici vniuerſitatem iniuriã intuliſſe nec deli
quiſſe ut eſt gl.in d.l.ſicut.ff. qđ cuiuſq; uni. nomine. &
glo.in l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur Bart.in l.aut facta.
ff.de pœnis.Io.An.in c.felicis.de pœn lib.6.& per Abb.
in c.dilectus.ĩ fi.de ſimo.vbi plura per Ana.& mod. ſed
requiritur ꝙ illud fecerint ad ſonum campanæ colle
gialiter &c.ut ibi per eos ¶ Duodecimò adduciẽ quod
dixit Inno.in c.cum dilectus.de cõſue.& in c.cũ Vinto
nienſis.de elec. ſingulos canonicos non habere publi
cũ officiũ, ſed Capitulũ refert & ſequiẽ Abb.in loco pro
ximè alleg ¶ Decimotertiò & ultimò pro nunc addu
citur id qđ voluit Abb.in c.cũ nõ liceat.de præſcrip.an
19 te fi.3.notabilis.in 2 col. † dũ dicit clericum iurantẽ ſu
biectionẽ epiſcopo & capitulo, iũcta tex.in c. cũ clerici
de verb.ſigni.non eẽ ſubiectum ſingularibus de capitu
lo.refert & ſequitur do.Fel.in d.c.cam te. in 10. colũ. in
uerſ.aliud ſinguli ibi.per iſtam differentiã dixit Abb.in
reſcrip.¶ Iſta plane ꝓcederẽt ſi ad in ꝯtrariũ adducta re
ſponſa accõmodent. vnde omiſſa auctoritate Io.Cald.
quia ad illã vltimo loco reſpondebimus dicimus nõ ob
ſtare id qđ ſ. ſecũdo loco fuit adductũ.ſ doctrinã Bar.in
d.l.ſicut & in d.l.fi.de colle. illi. quẽlibet accipere partẽ
ſuã de bonis collegij illo deſoluto: quia imò illud facit
pro parte noſtra nã Bar.in d.l.fi.in fi.pe.col. dicit ꝙ ſi ali
qs vult recedere ab vniuerſitate nõ ꝙ illa diſſoluet, ſed
ex ſe de bonis illi⁹ nihil habebit niſi id qđ ei cõpetit ex
rõne, & dicit ex ratione nihil ſibi cõpetere, ſed vniuerſi
tati, quia res vniuerſitatis non ſunt ſingulorũ. & allegat
d.l intantũ.& d.§.qui manumittiẽ quæ iura hoc volũt.
¶ Quo vero ad illud ꝙ diſſoluta vniuerſitate quilibet ꝑ
cipiat partẽ ſuam.reſpondeẽ facere ꝯtra partẽ ꝯtrariã:
quia intelligitur quaſi velit ibi Bar. per antedicta ſecus
eſſe antequam diſſoluaẽ. ſed hoc eſſe poſt diſſolutã vni
uerſitatẽ. & ideo fieri diuiſionẽ prædictã: quia ea diſſo
luta non eſt amplius vniuerſitas. ¶ Non obſtat ẽt id qđ
dicitur rem quã habeo in communi dici meã &c. quia
illud verum qñ res eſt communis aliquibus, non tanẽ
ut collegio vel vniuerſitati, ſed ut particularibus de q
ſeiqa quilibet dñs in parte ſua. ſecus tñ eſſet ſi coi fuerit
vt vniuerſitati: quia tunc non dr̃ alicuius. ita clarè con
cordant iura gloſæ in d.c.nulli epiſcoporũ. §.ſi ergo.12.
20 q.j. & in d.c præſenti.de præbe. libr.6. ¶ † Nunc redeun
do ad auctoritatem Io. Cal.in d.conſil 9 dico ſimiliter
nec illam aliquo mõ obſtare: quia ſi bene ipſius docto
ris verba inſpicianẽ, conatur ibi ipſe doc. ꝓbare in iure
pa. vniuerſitatis ad actũ p̃ſentatiõis quẽlibet de vniuer
ſitate admittendũ, & ſic etiã populũ, ut ibi per eum vñ
cũ primo loco dicat vocẽ præſentatoris eſſe iuris ſingu
laris, & cuilibet ſingulariter deberi. & ſecundo loco di
cat ius p̃ſentandi cõpetere cuiq; de uniuerſitate ſin
gulariter, ſubdit pro eius opinione tenenda. ſ. quemli
bet de populo ad præſentandum admitti, non tñ dicit
iuſp. competere cuilibet ſingulariter, ſed ius præſentan
di ſeu uox præſentationis. & tunc ſuccedit id qđ dicitur
per Inno. ĩ c. irrefragabili.in prin. dẽ offi.ordi. ꝙ licèt ca
pitulũ ſit iudex ĩ mã illius text. & iuriſditio ſit penes id
& nõ penes ſingulos canonicos. de nullo tñ. illorũ dici
põt hic eſt iudex uel ꝯiudex, tñ uerba reſonantia actũ
dici põt de eis, unde diciẽ electionẽ eſſe penes capitulũ
& non penes ſingulos, & tñ ſinguli eligunt. hinc dicit
Floria.de ſan.pe.in repe. l. ciuitas.in 4. col. ibi. ſed reſpõ
de. ff. ſi cert. peta. eſſe extollendum hunc modum lo
quendi: ut uerba reſonantia in factum concernant per
ſonas de uniuerſitate, ut ĩ caſu nr̃o, uox præſentationis
uerba eñi ſonantia ĩ iure, ut electio, præſentatio, ſeu iuſ
patro, concernant uniuerſitatem. ita etiam Innoc. ĩ c.
bonæ el. 2.de poſtu.præla. ſuper verbo temere recedit.
& ibi Butr. in pe.col. ibi no.glo. dicit actum conſiſtẽtẽ
circa merum factum, ut eſt recipere in canonicũ illum
quẽ Papa creauit poſſe expediri per canonicos non col
legialiter. ſeqtur prædicta glorioſe do. Fel. alia adducen
do ĩ c. irrefragabili. ĩ princ. ſecundæ col. de offic. ord. er
go ita ĩ caſu noſtro Ioan. Cal. potuit loqui quo ad actũ
facti. ſcilicet præſentationis, qui eſt apud quemlibet
ſingula-

ſingulariter, nō aūt quo ad iuſpa. cū ſit actus iuris. ¶ Et
licèt iſte intellectus ad Io. Cald. ſit ualde bonus ad pri-
mū eius dictū, dū ibi loquit̄ de facto præſentationis ex
quo dicit vocē præſentatoris eſſe penes quemlibet ſin-
gulariter. tñ ad ſecundū dictum ipſius non concludit
ille intellectus, cùm ibi proprie dicat de iure præſentan
di, dum dicit ante finē. φ aūt ius præſentandi dicat̄ qua-
ſi patrimoniale cuilibet de uniuerſitate loquitur de ve-
ro iure & non de facto; vnde ſolutio ſupra data non cō
cludit in hoc ¶ Et ſic nō pōt aliter reſponderi niſi φ ē ex
præcedentibus & ſequētibus patet mentē ipſius docto
ris fuiſſe loqui de actu pſentationis, licèt aliter dixerit
non erit ad illud reſpondendum, ſed eius verba fore in
terpretanda ius præſentandi, hoc eſt actus præſentatio
nis, ut concordet cum alijs doctoribus, & cum cōmu-
ni opinione ut ſupra patet. & ſic eſt bene notanda iſta
ſolutio. nec non & doctrina Inno. & Flor. ac Fel. ubi ſu-
pra. q̄a eſt optima intelligentia & ſeruiet ad multa. ſed
circa ea vnum ē, qđ me turbat. nā illi vr̄ obſtare tex. i d.
c. q manumittit̄. petere. n. veniā a ſingulis de vniuerſita-
te ſonat in factū, & nō in ius. & tñ vult ibi tex. illud non
deberi ſingulariter oībus cogitandū eſt ergo pro ſolu-
tione. ¶ Et licèt poſſet dari vna ſolutio prædictā doctri-
nā Inno. & aliorū loqui de facto. quod tñ collegialiter
fit, put eſt eligere, pſentare &c. dictū verò c. qui manu-
mittit̄. loquitur de facto quod non fit collegialiter, &
iō ſecus, & ita reſtringeretur prædictorū doc doctrina.
¶ Tamē hoc eſt cōtra doc. Butri. de recep. canonicorū
quæ pōt fieri non collegialiter, vnde poſſet dari & ſecū-
da ſolutio ut doctrina doc. loquat̄ de facto, explicandō
per illos de collegio. & quātum ad illud factū eſt penes
ſingulos c. verò, qui manumittitur. loquitur de actu &
facto explicando per aliū ipſi vniuerſitati. qđ ſi eſſet pe
nes ſingulos, eēt quædā infinitas: & iō aliter dicitur eſſ
non ſit libertos ſingulorū, ſed ipſius vniuerſitatis tātū;
cogita tñ bene circa hunc paſſum, quia prædicta ſunt
intacta a doc. ¶ Et licèt Pau. de Cita. hāc q. formet ī hoc
trac. in 3 par. in 17. q. primæ cauſæ. tñ ibi concludit cum
communi, & nihil de prædictis ponit nec conſiderat.
¶ Et intellige id quod dicit̄ ſingulariter non φ ſint pſo-
ni ut ſinguli: quia ſunt pſoni ut vniuerſi, ſed iſta ſingula-
ritas attenditur in danda voce vel actu explicādo. nam
quilibet dat uocē vel actum explicat, ſed tñ in commu
ni, & conueniendo cum alijs, vt infra in ſecunda parte
ſecundi libri in 2. q. princ. in 8 & 9 artic. dicemus. & per
iſta hic articulus videt̄ plene explanatus. & multo ma-
gis iūctis illis quæ dicemus infra in proximo alleg. loco
¶ Ex omnibus ſuprascriptis in hac 7. q. princ. & eius ar
ticulis fiat ꝯcluſio, edictū de int. pa. eſſe prohibitoriū, vt
oēs ex fundatione, conſtructione & dotatione acquire
re poſſint iuſpa. qui nō ſunt ſpecifice a iure prohibiti. p
ea quæ diximus ſupra in hac 7. q. prin. quaſi per totum.
& præſertim in j. art. ¶ Amplia primò hanc cōcluſionē
intantū pcedere φ etiā mulieres ex fundatione & alijs
cauſis acquirunt iuſpa. eccleſiæ, vt indueant̄ ad earū cō
ſtructionē, ſicut laici maſculi, maximè cùm videantur
magis deuotæ. iuxta illud itercede p deuoto fœmineo
ſexu. per q̄ diximus ſupra in 2. art. ¶ Reſtringe hanc am
plia. ut non procedat quo ad ius proceſſionis, quia mu-
lieri patronæ venienti ad eccleſiā non obuiabunt pſ-
byteri proceſſionaliter ſicut pſono maſculo: quia vide
retur inconueniēs φ clerici obuiarentur mulieri. p ea q̄
diximus ſupra in d. 2. art. in j. motiuo partis negatiuæ.
¶ Reſtringerē tamen iſtam reſtrictionem pcedere niſi
eſſet patrona mulier illuſtris ſeu in aliqua dignitate ꝯſti
tuta q̄a illi bene poterūt obuiare clerici proceſſionali-
ter arg. notatorū in d. c. dilecti. de arbi. & in d. c. ſignifi-
cauit. de reſcrip. & vr̄ tex. in c. fin. de ꝯceſ. præben. & di-
ximus ſupra in d. 2. art. in 6. motiuo partis negatiuæ, & ī
reſponſione ad illud ¶ Amplia ſecundò dictā cōcluſio
nem intantū procedere, φ etiam illegitime natus, dū-
modo ſit Chriſtianus, ex fundatione & alijs cauſis acq-
rit iuſpa. per ea q̄ diximus ſupra in 13. art. ¶ Amplia ter
tio dictam concluſionem intātum procedere, φ pupil
lus vel infans ex fundatione eccleſiæ & alijs cauſis acq-
rere pōt iuſpa. & quō hoc poſſit eſſe, diximus ſupra in
14. art. Reſtringe hanc ampliationē pcedere quoad ip-
ſum iuſpa. ſed quo ad infantē exercitiū pſtationis fiat p
tutorē & nō p eū. per ea q̄ diximus. i d. 14. art. ¶ Amplia
quartò dictā concluſionē intantum procedere, φ non
ſolū perſonæ veræ poterūt acquirere iuſpa. ex fundatio
ne & alijs cauſis, ſed etiā pſonæ fictæ & repreſentatę, p-
vt eſt ciuitas, populus, vniuerſitas, capitulū, collegium,
& ſimilia. per ea quæ diximus ſupra in 15. art. ¶ Reſtrin
ge mō illā ampliationem procedere ſi eccleſia fuit fun
data cōſtructa, vel dotata: ut a communi & vniuerſita
te & non ut a ſingulis. q̄a ſi fuerūt pdicta facta eleemoſi
naliter, & vt a ſingulis, nec vniuerſitas, nec ipſi ſingula-
res erūt pſoni. p ea q̄ diximus ſupra in d. 15. art. in verſi.
ſed eſt ad vnū aduertendum. ¶ Reſtringe ſecundò di-
ctā amplia. procedere φ vniuerſitas acquirit iuſpa. ut ip-
ſi vniuerſitati tantū iuſpa. debeatur. nō autem vt debea
tur oībus de vniuerſitate ſingulariter p plene ſupra ad
ducta in d. 15. arti. i verſ. eſt etiam circa iſtum articulum
¶ Declara modò primò iſtā reſtrictionem procedere
quo ad ipſum iuſpa. & præſentandi, ut nō debeat̄ omni
bus ſingulariter, ſed ipſi vniuerſitati tantū, ſed quo ad
actū præſentationis, & ſic factum vocis dandæ bene cō
petit omnibus ſingulariter. per ea q̄ diximus in d. 15. art.
in verſ. nunc condeſcendo propter conſilium Io. Cald.
iuncto cū doctrina Inn. & Flor. in locis ibi alleg. ¶ De-
clara ſecundò ipſam reſtrictionem cū pcedēti declara-
tione pcedere quo ad actū pſentationis, & uocis dādæ,
& ſic quo ad factum explicatum per ipſos de vniuerſi-
tate, vel collegio, vt illud factū cōpetat omnibus ſingu-
lariter, ſed quo ad factum explicandū, non tamē p illos
de vniuerſitate, ſed per alios rectorē & ſimiles, puta φ
ad factū proceſſiuus loci & alimētorum præſtationis
non cōpetet omnibus de vniuerſitate ſingulariter, ſed
tātū ipſi vniuerſitati ſicut & illa quæ ſonant in ius pul
timā mēā ſo. per c. qui manumittitur, quam poſuimus
ſupra in d. 15. art. uerſus fi. ¶ Amplia quintò dictam cō-
cluſionē intantum procedere, φ etiam ſimoniacus exi-
ſtens ex cōſtructione eccleſiæ & alijs cauſis acquiret iuſ
pa. vt diximus ſupra in 12. art. ¶ Reſtringe hāc amplia.
procedere quo ad acquiſitionē iuriſpa. non tamē quo
ad illius exercitiū, quia donec a ſimonia abſoluatur nō
poterit præſentare ut diximus in d. 12. arti. & cuā in ſta-
arti & ſignanter ſtatim ante uerſiculū, adde ēt pdictis;
¶ Amplia ſexto dictā concluſionem intātum procede
re, φ ēt excōmunicatus dū ē in excōmunicatiōe ſi fun-
dat, ꝯſtruat, vel dotat eccleſiā, acquiret iuſpa. ut dixim⁹
ſupra in 10. art. Extende iſtā ampl. intantum eſſe veram
ut etiā procedat quamuis excōicatus dicatur hęreticus
quia non eſt vere hęreticus ſed latiſſime, & iō hæretic⁹
quia excommunicatus ut diximus in d. 10. arti. in verſ.
nec omnibus pdictis obſtat. ¶ Reſtringe primo hācam
pliationē procedere poſt factum, nam excommunica-
tus tunc acquiret iuſp. ante factū verò non, ſecūdū dić.
Io. An. cōprobatam ex pluribus ſimilib. in d. 10. artic.
¶ Reſtringe ſecundò dictā ampliationē procedere quo
ad eſſe patronū, q̄a excōicatus poterit eſſe patronus; ſed
quo ad exercitiū iuriſpa. puta quo ad præſentationis a-
ctum & alia exercitiā nō pcedit ampli. quia nō poterit
excommunicatus illa exercere donec abſoluat̄. ut dixi
mus ſupra in 10 & 11. art. & latius dicemus infra ij. par
te ſecundi lib. in 2. q. in 2. artic. ¶ Reſtringe tertio dictā
ampliationē procedere quo excommunicatos qui di-
cunt̄ hæretici, quia excommunicati ſed nō procedere
quo ad excōmunicatos qui dicuntur excommunicati
quia hæretici: quia ut hæretici cenſebunt̄. ut diximus in
d. 10. art. in verſ. nec omnibus prædictis obſtat. & ſupra
late in 4. art. ¶ Reſtringe quarto dictam ampliationē p
cedere in ſimpliciter excōmunicatis, ut ſupra, ſed in ex
cōmunicatis quia defenſores credētes receptatores vel
fautores hæreticorū & p annū i excommunicatione p
ſiſtentibus nō pcedit ampliatio, ut diximus in d. 10. art.
in verſ. eſt tamen aduertendum. & latius ſupra in 5. art.

¶ Amplia

¶ Amplia ſextò dictã concluſionem in tantum proce-
dere, ꝙ ẽt īfamis infamia iuris vel facti dũ mõ ſit Chri
ſtianus ex ꝯſtructione eccleſiæ & alijs cauſis acquiret
iuſp. vt diximus ſupra in 8. art. ¶ Reſtringe hãc amplia.
ꝓcedere quo ad iuſpa. & ſic ꝙ infamis efficietur patro-
nus, nõ tamẽ quo ad illius exercitium, quia infamis nõ
admittẽ ad præſentandum. per ea quæ diximus ĩ d. 8.
art. & etiam in 11. ¶ Amplia 7. dictam concluſionem in
tantũ procedere, ꝙ etiam apoſtata ex fundatione eccle
ſiæ & alijs cauſis acquirat iuſpat. per ea q̃ diximus ſupra
in 7. art. ¶ Reſtringe hanc ampliationem procedere in
apoſtata qui tamen non ſit hæreticus: quia ſi eſſet apo-
ſtata tali apoſtaſia quæ faceret illum hæreticũ, cenſebiẽ
de eo ſicut de hæretico, & ſic non acquiret iuſpat. ꝑ ea
q̃ diximus in d. 7. art. & ſupra in 4. art. ¶ Reſtringe ſecũ-
dò hanc ampliationem in apoſtata non hæretico pro-
cedere quo ad iuſpa. ut illud acquirat, nõ autem quo ad
exercitiũ eius quia durante apoſtaſia non poterit præ-
ſentare quãuis apoſtaſia non ſit hæretica. per ea quæ di-
ximus in d. 7. art. & habetur etiã in 11. articu. ¶ Amplia
octauò dictã concluſionem in tantum procedere, ꝙ ẽt
ſciſmaticus, dũ exiſtit in ſciſmate ex fundatione eccl̃æ
& alijs cauſis acquirit iuſpa. ꝑ ea quæ diximus ſupra ĩ 6.
art. ¶ Reſtringe primò hanc amplia. cũ plura ſint gene
ra ſciſmaticorũ procedere in ſciſmatico alijs ſciſmati-
bus q̃ illa quæ facit ſciſmaticũ hæreticum, quia cum ſit
hæreticus non poterit acquirere iuſpa. per ea quæ dixi-
mus ſ. in d. 6. art. & etiam in 5. arti ¶ Reſtringe ſecundo
hanc ampliationẽ procedere in ſciſmaticis non hæreti
cis quo ad iuſpatronatus, quia illud acquirunt, ſecꝰ quo
ad illius exercitiũ: quia ſi ex ſciſmate excõmunicatus
erit vel alias infamis non poterit pręſentare. per ea q̃ di
ximus in d. 6. art. & faciunt etiã dicta in 11. art. ¶ Limita
mõ primò dictam concluſionem, ut quilibet admittaẽ
in acquiſitione iuriſpa. procedere in Chriſtianis, vt qua
ſi ĩ oĩbus articulis ſupra ſcriptis eſt dictum. ſecus tamen
ẽ ĩ infidelibus puta iudæo pagano ſarraceno & ſimilib.
quia licèt fundauerint, ꝯſtruxerint, vel dotauerint de fa
cto aliquam eccleſiam, non acquirent iuſpat. in ea, per
ea quæ late diximus ſupra in 3. art. ¶ Extẽde primò hãc
limitationẽ procedere etiam ſi poſt ædificationem &
conſtructionẽ ille ĩfidelis eſſet conuerſus ad fidẽ. præſer
tim poſtquã ordinarius in ea incepit ĩſtituere & aliquẽ
inſtituit. per ea q̃ diximus ſupra in 11. art. in verſ. tu con-
ſidera. ¶ Extende ſecundò etiã ſi infidelis eſſet ꝯuerſus
ante conſecrationẽ & aliquam inſtitutionem de ea fa-
ctam, ſi illa eccleſia erat conſtructa de bonis illicitè ac
quiſitis quia adhuc nõ erit pſonus, nec recuperabit iuſ-
pa. in d. 11. art in d. verſ. tu conſidera. ¶ Extende tertiò
dictã limitationẽ procedere, ẽt ſi infidelis eſſet ꝯuerſus
ante ꝯſecrationẽ, & inſtitutionem, & eſſet dubiũ an eſ-
ſet ꝯſtructa de bonis licite vel illicite acquiſitis, cũ ĩ du-
bio debeant pſumi illicitẽ acquiſita, maxime in iudæo,
cũ ſic vt plurimũ ſint acquiſita, vnde infidelis habebit
ꝓbare ꝑ inditia ſaltem & coniecturas ꝙ licitè illa acqui
ſiuerit. per ea quæ diximus in d. 11. art. in verſ. & idẽ di-
cendũ putarẽ. ¶ Reſtringe mõ iſtam limitationem quã
do iudæus vel aliàs ĩfidelis eſt ꝯuerſus ante ꝯſecrationẽ
vel inſtitutionẽ alicui de illa per ordinariũ factam, quia
tunc iudæus conuerſus bene erit patronus, ſi ex bonis
licite acquiſitis ꝯſtruxit. ut diximus. ſupra ĩ 11. art. ĩ verſ.
aut iudæus conſtruxit & ſeq. ¶ Limita ſecundò dictam
concluſionem procedere in fidelibus ut ſupra Chriſtia
nis, nõ aũt in hęretico licèt baptizato. quia ſi ipſe exiſtẽs
in hæreſi fundauit ꝯſtruxit vel dotauit eccleſiã nõ acq̃-
ret iuſpa. in ea, ꝑ ea q̃ diximus ſupra in 4. art. ¶ Extende
hanc limitationẽ procedere, ẽt ſi poſtquã fabricauit ec-
cleſiã receſſit ab hæreſi & eſt ꝯuerſus ad fidem, nam ad
huc non recuperabit iuſpa. eccleſiæ fundatæ tẽpore hæ
reſis nulla facta diſtinctione an delictis acquiſitis vel il-
licite ut diſtinximus in iudæo & infideli, cũ hæreticꝰ nõ
habuerit dominiũ rerum ſuarum, alij ĩfideles verò ſic.
per ea quæ diximus ſupra in dicto 4. art. verſus finẽ, in
verſ. qd autẽ in hæretico. & in 11. art. in verſic. aut loqui
mur de hæretico. & in verſ. adde etiã prædictis uſq; ad
finẽ. ¶ Intellige ſane hanc extenſionẽ ut hæreticus cõ-
uerſus non recuperet iuſpa. quod proueniebat ex cã fa-
cta puta fundatione vel conſtructione: quia ſi poſtea fa
cta ꝯuerſione eã dotauit ex dotatione acquiret iuſpa. vt
diximus in d. 4. art. in verſ. ego in iſto paſſu. ¶ Reſtringe
mõ primò iſtam ſecundam limitationem procedere
tantũ in hæretico & in eccleſia fundata eo exiſten. ĩ hæ
reſi, ſed ſi hæreticus conuertatur, & poſt cõuerſionẽ fa
bricet eccleſiã, det ſolum, vel dotet bene acquiret iuſp.
& hæc eſt extẽſio ad proximam declarationẽ. per ea q̃
diximus in d. 4. art. in uerſic. ego in iſto paſſu. & ſequen.
¶ Reſtringe ſecundò dictã ſecundam limitationem tã
tum procedere in vero. hæretico & ſententiato: q̃a lata
ſententia ædificando vel dotando eccleſiã nõ acquirit
iuſpa. ſed in hæretico occulto bene habebiẽ pro patro
no. ſed cũ declarabitur hæreticus, apparebit etiam ꝙ ñ
acquiſiuerit iuſpa ut (Deo duce) dicemus infra in tertio
libro in 8. q. in 2. art. dum tractabimus q̃n patronus hæ-
reticus priuatur iure patro. ¶ Limita tertio dictã cõclu-
ſionem procedere in Chriſtiano, ut ſupra, & nõ in infi-
deli & hęretico, imò nec in creditoribus, defenſoribus,
fautoribus, ſeu receptatoribus hæreticorũ: quia dum in
prædictis exiſtunt ex fundatione eccleſiæ & alijs cauſis
nõ poſſunt acquirere iuſpa. ut diximus ſ. in 5. art. ¶ Re-
ſtringe hanc limitationẽ procedere in credentibus, de-
fenſoribus, fautoribus. & receptatoribus hæreticorũ,
q̃n ſunt uere hæretici, quia ꝑ annum non eos pęnituit,
ſecus in prædictis infra annũ. de quibus dicẽdũ eſt, ut de
ex cõmunicatis. ſ. ꝙ acquirunt iuſpat. quo ad proprieta-
tẽ non quo ad exercitium. ut ſupra. in 10. art. per ea quæ
diximus in d. 5. art. ¶ Extende dictam tertiã limitationẽ
ut procedat etiã ſi credentes, defenſores, fautores & re-
ceptatores hæreticorũ poſt annum perſeuerãtes: quia
hæretici ſunt cenſendi, eſſent conuerſi a dicta hæreſi:
quia adhuc nõ recuperabũt iuſp. eccleſiarum quas fun-
dauerant tẽpore quo erant credẽtes fautores &c. & ſic
hæretici per ea quæ diximus in 11. art in uerſic. & idem
dicerẽ in credentibus. ¶ Extende prædictas tres limita
tiones in tantũ procedere ꝙ iudei, pagani, ſarraceni. hæ
retici, credentes &c. & alias infideles, fundando, ꝯſtruẽ
do, vel dotando eccleſiã non acquirunt iuſp. ꝙ tales ec-
cleſiæ nõ erũt pſonatæ alicuius, ſed liberæ ſub ordina-
rij poteſtate. per dicta ſupra in 9. arti. & per iſta ſit expe-
dita iſta. 7. q. prin. cum ſuis articulis.

¶ Octaua principalis. q. j. partis j. Libri

1 *Eccleſia matrix ſeu parrochialis non dicitur patrona eccleſia ſi-*
tuata intra eius parochiam niſi dederit fundum conſtruxerit
vel dotauerit de bonis & fructibus ſuis & dotem aſſignauerit
tempore conſtructionis, & non quod ſint oblationes pro dote, &
iſta opinio eſt in obſeruantia nu. 1 4. 5. 6.
3 *Dicta doctorem intelliguntur ſecundum iura quæ allegant.*
7 *Eccleſia matrix & parrochialis dicens ſe patronam alicuius ec-*
cleſia, nõ ex eo quia fundata ſit intra eius limites, ſed ex priui
legio ſeu præſcriptione quia præſcripſit in ea iuſpa. erit patrona.

Quia ſupra vidimus de illis perſonis veris & fictis
de q̃bꝰ dubitabaẽ an eſſent capaces iuriſpa. & poſ
ſent illud acquirere ex aliqua qualitate vel defe-
ctu perſonæ, nunc eſt videndũ de quibuſdã de quibus
dubitatur an poſſint acquirere iuſpa. non ex aliqua ſua
qualitate vel defectu: quia bene ex ſe eſſent capaces quo
ad acquiſitionẽ iuriſpatr. ſaltem, ſed dubitatur an pote-
rũt acquirere iuſpa. ex defectu rei, puta fundi nõ ſui, cõ-
ſtructionis factæ ex pecunia nõ ſua, dotatione facta ex
reb non ſuis. & ſic an ex prædictis acquiraẽ ſibi vel alijs
vel nulli iuſpa. maximè cũ iſta ꝑueniſſent ex illicite acq̃
ſitis. ¶ Et iõ primo magis ĩ ſpecie q̃ritur an eccleſia ma-
trix ſeu patrochialis acquirat iuſpa. in eccleſia vel capel
la fundata ĩtra patrochiã ſuã ex ea cauſà, quia in patro-
chia fundata eſt, & ſic non ꝙ dederit aliquid de ſuo. &
circa hunc articulũ doctores ſunt varij. ¶ Et pro parte
ꝙ eccleſia matrix vel parrochialis acquirat iuſpa. in il-
la eccle-

la eccl'a, vel capella fundata infra eius limites, ita q̄ re-
ctor ipſius habeat præſentare presbyterū in illis. adduci
tur primò tex. in c. qñ. 24. diſt. in verbo repreſentare. vbi
colligiť argumentū per Archi. in prin. & ibidem p Præ
po. in 3. notabili q̄ ad repreſentationē archipresbyteri
vel alterius prælati, clericus præbendatus ab epiſcopo ē
inſtituendus, quia in eccleſia intra alterius limites poſi
ta ponit epiſcopus miniſtrū, ſed rector matricis eccl'æ
habet eū repreſentare. ita Arch. ibi. per illū text. ergo ſi
presbyter matricis vel parrochialis eccleſiæ in eccl'a in
tra eius parrochiā ædificata præſentat clericum ibi inſti
tuēdū, ſequiť eccleſiā matricē eſſe p̄ronā: q̄a p̄ſentare ī
ſtituēdū pertinet ad p̄ronū. c. nobis. & per totum hunc
tit. ¶ Et iſtā partem tenuit Inn. in c. cum venerabilis. &
ibi Hoſt. poſt eū in ultimis verbis. de excep. dū dicit epi
ſcopū ponere clericū in eccleſijs. dummodo non ſit in
parrochia alterius. quaſi velit tunc præſentationē ſpe-
ctare ad plebanū matricis eccleſiæ, qui tamen de hoc ni-
hil allegat. ¶ Hoc idē tenet Archi. in c. plures. 16. q. j. dū
dicit dubitari q̄ ſunt aliquæ eccleſiæ plebanæ q̄ habent
capellas ſub ſe, in quibus inſtituunť clerici perpetui per
illarū rectores, ex quo dicto ſubdendo colligit argumē
tū, ex quo aliqua capella eſt ſita in parrochia alteri⁹ ple
bis, eo ipſo præſumitur ſubiacere dictæ plebi quo ad in-
ſtitutionē & alia. niſi probeť ɔtrariū. allegat c. ſi.m. de ſi-
mona. & adducit ſimile de eccl'a ſita ī diœceſi ep̄i allegā
do c. oēs baſilicæ. 16. q. 7. tenet ēt iſtā opi. idē Archi. in c.
null⁹. ī ſi. primæ col. 16. q. 7. vbi dicit in eccleſia intra ter-
minos alterius poſita ep̄m nō ponere miniſtrū, ſed re-
ctorē matricis eccl'æ habere eū repreſentare. alleg. ī ar-
gu. d. c. quando. 24. diſtin. niſi ſi negligens fuerit. quia tūc
ep̄s ponet ipſum. allegat ad hoc. c. 3. §. j. de eccle. ædifi-
can. ¶ Eandē concluſionem firmauit idem Archi. in c.
regenda. 10. qō. j. vbi dicit in eccl'ijs archipresbyteri vel
presbyterorū neminem inſtitui abſque ipſorū præſēta-
tione adducendo ſimile de ordinandis p̄ſentādis ab eo-
rū presbyteris. d. c. quādo. 24. diſt. & ſimiliter de pœnitē-
tibus præſentandis ab eorū presbyteris. c. in capite qua-
drageſimæ 50. diſt. ¶ Adduciť ēt p iſta par. tex. in d. c. 3.
de eccle. ædifi. vbi aperte paret rectorē eccleſiæ matricis
rōne ſuæ parrochiæ hr̄e iuſpa. in eccleſia fundata intra
eius limites, per quē tex. etiā motus Archi. in c. j. de cap.
mo. lib. 6. ante mediū dixit, allegando Inno. in d. c. cum
venerabilis. in fi. de exce. q̄ ſi eccl'a eſt intra terminos al-
terius poſita nō ponet ep̄s ibi miniſtrū, ſed rector ma-
tricis eccleſiæ habet eū præſentare, & ſi negligens fue-
rit ponet ibi epiſcopus. pro quo dicto dicit facere, quia
talis rector vr̄ eſſe patronus ratione parrochiæ. & alle-
gat d. c. 3. per quem tex. magis in ſpecie loquitur ut ibi.
¶ Idem formaliter ibi ſequitur Ioā. An. adducendo di-
ctā rationem Archi. ¶ Sequitur etiam ibi do. adducēdo
Archi. & eius rationem per d. c. 3. & allegando Inn. &
Hoſt. in d. c. cū venerabilis. ¶ Hāc eandē ſententiā tenet
Lap. Abb. in c. j. ne cle. vel mona. lib. 6. quē ibi refert do.
in verſ. quod ius habeant. vbi dicit illū text. benefacere
ad probandum vt eo ipſo quo eccleſia eſt ſita in pleba-
natu ſeu parrochia alterius, probatur ei ſubiecta. & alle
ga c. plures, 16. q. j. ¶ Firmat etiā opi do. in ſumma 21.
diſt. vbi limitat reg. c. oēs baſilicæ. 16. q. 7. prouiſionē ec-
cleſiarū ſpectare ad ordinarium. vt non procedat quan
do eccleſiæ ſunt ſitæ ī parrochia alterius eccleſiæ: quia
tūc p̄ſentatio pertinet ad rectorē matricis eccleſiæ, & ī
ſtitutio ad ordinariū. alleg. ad hoc Io. And. in c. cū inter.
de excep. ſed voluit allegare Io. And. in d. c. cū venerabi
lis. in 8. col. de excep. ¶ Hoc etiā voluit idem Domi. in
d. c. quādo. 24. diſt. in 2. col. ſimpliciter ſequēdo Archi. &
ſimiliter ibi ſequitur Archi. d. Præpo. licet ſe remittat
ad dicta per eū in c. cleros. 21. diſtin. & tñ ibi nihil dixit.
¶ Sequiť etiam illam partē ſummadirectorij iuris hoc
tit. §. 3. dū dicit, & ſi intra limites alicuius noua eccleſia
ɔſtruatur, rector illius eccleſiæ cum patrono præſenta
bit. & allegat. d. c. 3. ¶ † Et licèt prędicti doc. videantur
1 ita ɔcludere. tamen contraria pars eſt verior. ſ. eccl'am
matricē non eſſe patronam eccleſiæ fundatæ intra eius

parrochiā ex eo tātùm. quia fundata in eius parrochia
niſi dederit fundū, conſtruxerit, vel dotauerit. ¶ Quam
opi. tenet ī primis do. Abb. ī d. c. 3. ī 3. col. de eccl. ædifi.
& moueť ipſe primò ex vno: quia non eſt tex. ī iure qui
loquať propriè directè de hac materia præter d. c. 3. ſu-
per quo pōt fundari opinio ſupraſcripta, quia alia iura
ſupra allegata, ut de ſe patet, inducuntur in argumentū
a langioribus partibus per lōga ſimilia. ſed ille tex. ñ p-
bat ſimpliciter intentionē prædictorum doc. ſed loquiť
qñ eccleſia antiqua contulit de ſuo eccleſiæ nouiter cō
ſtructæ. ſi autem eccleſia antiqua nil de ſuo contuliſſet
non fuiſſet p̄ronata, ergo nullo iure probatur q̄ ſolum
rōne parrochię efficieť patrona. & ideo dicit ipſe dicta
doctorum eſſe reſtringēda in caſu d. c. 3. & non aliter.
¶ Secundo loco adducit pro iſta ſua opi. in argu. tex. ī c.
2. de eccle. ædifi. vbi eccl'a noua fundať infra parrochiā
alterius. & tamē nō ex hoc prima eccleſia eſt patrona,
quod quidē eſt, quia ut in tex. apparet nihil de ſuo illi cō
tulit. ¶ Adducit & 3. rationem, nā iuſpa. acquiriť altero
de tribus modis, fundatione. ɔſtructione, aut dotatio-
ne. gl. in c. piæ mentis. 16. q. 7. ſed ex eo ſolū q̄ eccl'a fun-
data ſit intra limites parrochiæ, eccleſia antiqua nō po-
nit fundū q̄a nō habet proprietatē illius loci. non ſum-
ptus ɔſtructionis, nec dotem; ergo nō acquirit iuſpa. Et
iſtud argumentū eſt inconuincibile. poſtremò Abb. di
cit facere c. 3. hoc ti. ¶ Firmať etiam iſta concluſio, q̄a ſi
aliter diceremus ſequeretur abſurdū nam ex quo tota
diœceſis, & prouincia, & quaſi totus mundus ſunt diui-
ſæ ſeu diuiſus per parrochias & plebes, ſequereť q̄ non
eſſet eccleſia quę ſaltem rōne parrochiæ non eſſet p̄ro-
nata, & quaſi nulla repetireť libera niſi illa quæ fieret p
epiſcopū in loco ſibi immediatè ſubiectū, & hoc eēt ni
miū reſtringere libertates eccleſiarum. ¶ Sequereť etiā
q̄ cū ædificantes eccleſias illas ædificent ſimiliter in ali
quo ex ſupradictis locis, non eſſe in mūdo, nec fieri poſ
ſe eccleſia q̄ nō eēt p̄ronata eccl'ę parrochialis. & ſic q̄
nulla reperireť ſimpliciter p̄ronata laicorū, vnde ſemp
iurapa. eſſent mixta. ſ. clericorū & laicorū: quia rector
eccleſiæ antiquæ rōne illius eccleſiæ haberet iuſpat: &
hoc eſſet ɔtra omnia iura mundi. ¶ Et iſtud ultimū ab-
ſurdū probatur ad oculū, nam habens ædificare eccle-
ſiā; ex quo mundus eſt diuiſus per parrochias haberet
ædificare intra aliquā parrochiam, vel ī remanēte par
te ep̄i, & ſicut parrochia ſeu eccleſia matrix, ita & epi-
ſcopus rōne ſuæ eccleſiæ haberet iuſp: & fortiori rōne
& tamen hoc eſt falſum: q̄a reperiunt iurapa. & clerico-
rū tantùm, & laicorum tantū, & mixtim clericorū &
laicorū ex donatione facta per laicos patronos eccl'ijs.
ut late diximus ſupra in j. q. princ. in 5. 6. 7. 8. 9. & 10. art.
ergo nullo mō tenenda opinio prædicta, prout nec ho
2 die in obſeruantia habetur. ¶ † Iſtā etiam veram & cō-
munem opinionē tenuit idem Abb. in d. c. cum venera
bilis. in 11. col. in verſ. tertiò nota q̄ ſi eccleſia. de excep.
vbi dicit iſtum cōmunem errorem doctorum dicētiū
ex eo ſolo q̄ eccleſia ſit ſita in parochia acquiri iuſpa. il-
lius parrochiæ eccleſiæ matrici, proceſſiſſe pp d. c. 3.
non aduertentes ibi eccleſiam matricē dediſſe de ſuo.
¶ Iſtā etiam opinionē tenuit idē Abb. in c. cum eccleſia
uulnerana. ante fi. pen. colū. de elec. ¶ Et Lap. allega. 67.
quoddā monaſteriū. in 4. col. in verſ. quæro quis præſen
tabit. ¶ Et idē Abb. in c. j. in 2. col. de cap. mona. & in c.
ex parte ſupra. in fi. primi notabilis de reſcrip. ¶ Tenuit
ēt do. Goff. de Trano ɔciuis meus ī ſūma de c. mo. poſt
prin. ¶ Et Butri. in d. c. 3. de eccle. ædifi. quē refert Abb. ī
d. c. cū venerabilis. de excep. ¶ Sequitur etiā iſtam opi-
nionem do. Card. in cōſi. 65. thema tale eſt plebs ſanctę
Mariæ & c. redemptoris noſtri ac glorioſiſſimæ & c. in j.
col. dicentē tex. in d. c. 3. intelligendum procedere quā
do de redditibus debitis eccl'æ matrici fuerit fundata
eccl'a ſeu capella. & iſtud dicit ēt ibi Inno. notate, & ſic
debere intelligi gl. Inn. ī c. cū venerabilis. ad fi. de exce.
& Archi. in c. vnico. de cap. mona. lib. 6. & ibi reſpōdet
ad c. fi. de offi. archipre. ſi adduceret in ɔtrariū q̄ ibi ſo-
la ſolicitudo datur archipresbytero non auctoritas vel
iuriſ-

iuriſdictio. & alleg. Fede. in conſi. infra allegando. ¶ Idē
etiā tenet Fede. de Senis in conſ. 227. aliàs. 234. ſuper pri
mo puncto ad fi. ubi optime firmat p̄dicta. & ibi intelli
git Inno. in d. c. cū venerabilis. vt ſupra eſt dictum. ple-
bem non eſſe patronā nouæ eccleſiæ niſi aliquid de ſuo
daret. p tex. d. c. 3. qui ita debet intelligi. ¶ Iſtā etiā opi.
tenet do. Car. in c. cū venerabilis a quo do. Abb. iſta in
telligentiā accepit ad d. c. 3. licèt ante do. Car. ita etiam
dixerit Inn. in c. 2. de c. mona. vbi reprehendit aliter te-
nentes dicēdo neſcimus vbi habeāt hoc. ¶ Hāc eādem
ſententiā firmat do. Car. in cle j. in prin. in 8. col. ī verſ.
ſolut pro declaratione q. primò vidēdū eſt. de ſup. neg.
prælat. vbi probat ad epiſcopū non ſolum ſpectare inſti
tutionē actotizabilem de qua in c. cum ſatis. de offi. Ar
chi. ſed etiam collatiuā. ¶ Reſpōdet ad d. c. 3. ecclam ibi
ſeu plebem de his quæ debebat eccleſia dediſſe partem dotis & iō
fuiſſe patronū, & ſic non ſufficere ſimpliciter eſſe ī ter-
ritorio: quia non habet eccla, nec plebs, ꝓprietatē fun
di. & ideo per hoc non effici patronam ſecundum eū.
¶ Iſtam etiam opi. tenet do. Fel. in d. c. cum venerabilis
in 11. col. in verſ. ſed aduerte. de excep. vbi dicit iſtā par
tem eſſe veriorē, ꝙ ſi eccleſia matrix nihil cōtribuit ec-
ccle ædificatæ intra eius fines, non erit illius p̄rona. &
dicit ita ītelligi d. c. 3. ¶ Nec dicit obſtare ſi diceret̄ obla
tiones futuras eſſe loco dotis, quia adhoc vt quis ſit pa-
tronus requiritur aſſignatio dotis tempore fundatiōis,
non poſt. gl. in c. piæ mētis. quaſi in medio. 16. q. 7. nā ſi
bene inſpiciat̄ tex. in d. c. 3. ibi eſt data dos de redditibꝰ
illius uillæ, & ſic tēpore fundationis. & iſta pars tanquā
rōnibus, & iuribus fulcita videt̄ verior & communior.
¶ Quā etiam confirmo nouiter vltra cōfirmationē ſu
pra factā de abſurditatibus per me adductis. per id quod
dicitur epiſcopū intra limites alterius diœce. ędificantē
eccleſiā habere iuſpa. & ius p̄ſentandi in ea epiſcopū ve
rò illius diœce. ſolū habere ius inſtituēdi præſentatum
per epiſcopū fundantem, ut dicit Abb. in c. ſignificaſti.
poſt Inn. & in c. p̄terea. el. j. in j. notabi. hoc tit. & infra di
cet̄ in proximo art. & tamen ibi epiſcopus illius diœce
ſis non acquirit iuſpat. nec p̄ſentat vnà cū epiſcopo fun-
dante, ſed tantum inſtituit. ergo eodē modo, nec plebs,
ſeu matrix eccleſia. & iſtā opi. videmus quotidie obſer-
uari. ¶ Et poſtea reperi Gay. in repe. c. fi. de elec. lib. 6. in
44. col. tenētē hāc opi. & dānantē ꝯtrariā. & Pau. de Ci.
in hoc trac. in 4 parte. in 32. q. primæ cauſæ. in fin. 3. col.
& in princ. ſeq. ſequutum fuiſſe Abb. vbi ſupra quicquid
aliud dixerint. & reperi etiā hoc tenentē do. Roc. ī hoc
trac. in verbo eccleſiā fundauit. in 11. qō. volentem poſt
Fel. vbi ſupra ꝙ habens iuriſdictionē in aliquo loco per
hoc non erit patronus cū coſtruente, quod dictum fa-
cit etiā pro ſeq. art. ¶ Nec obſtant auctoritates ſupra in
ꝯtrarium adductę: quia ſimpliciter loquunt̄. & ſic intelligi
debent qn̄ eccleſia matrix eſt patrona eccleſiæ inferio-
ris, quia tunc ex quo patrona præſentabit rectorē, & pa
trona non poterit eſſe niſi aliquā ex illis tribus cauſis fe
cerit. ut ſupra prout fuit in caſu d. c. 3. Et ideo p̄dicti do-
cto. dū dicūt rectorē matricis eccleſiæ præſentare recto
rē ī eccla inferiori debent intelligi eorū verba tanquā
prolata à iuriū fontibus. ſ. quando ſunt patronæ, & tūc
ſunt patronæ quando dederunt fundū, ꝯſtruxerunt, ſeu
dotarunt, & iō non ſunt cōtrarij, ſed bene intellecti ad
inuicē concordant. & ita prædictos doc. intelligit dom.
Abb. in d. c. 3. dū dicit ꝙ ſimpliciter loquuntur do. Car.
in d. ꝯſi 65. & Fede. in d. conſi. 127. alias. 234. & do. Car.
in d. c. cū venerabilis. & do. An. in d. c. 3. & do. Inn. in d.
c. 2. de cap. mona. & do. Fel. in d. c. cū uenerabilis. in 11.
col. in verſ. ſed aduerte. ¶ Et ꝙ aliter dicti doc. intelligi
non poſſint, facit. nā ſi eorū dicta bene inſpiciantur, ꝓ
illis non allegant aliqua iura, niſi d. c. quoniā. 24. diſt. qui
tex. nullo modo facit, cùm loquatur de præſentatione
quæ fit per rectorē eccleſiæ matricis ordinandi ad ordi
nes epiſcopo &c. quod eſt nimiū diuerſum a caſu nr̄o.
cùm illud habeat facere ratione illius officij & curæ.
¶ Et tex. in d. c. in capite quadrageſimæ. 50 diſt. et loqui
tur de rectore habēte p̄ſentare publice pęnitētes &c. &
ſic multū diſtat a remotis. ¶ Similiter tex. c. fi. de ī offi.
arch. nihil ꝓbat, ut ſupra dixit d. Car. ¶ Solū ergo rema
net tex. allegatus per eos in d. c. 3. per quē tex. originali-
ter moti ſunt doc. ſi ergo ille ſolus tex. ꝯcludēs allegat̄
3 p. doc. † eorū dicta debēt intelligi ſm iura q̄ allegant, &
ſic ſecundum illum tex. vulgata doc. Io. An. in c. cū nū-
tius de teſti. & Bar. in l. non ſolū. §. ſed liberationis ver-
ba. ff. de liber. leg. vnde cū tex. d. c. 3. intelligatur ſecūdū
cōmunem opinionē quādo eccleſia matrix aliquid de-
dit, quia dotauit vel quid aliud fecit, per quod eſt effecta
patrona, ergo & eodem modo debent intelligi dicta p̄
dictorū doc. maxime qa ſi aliter intelligerentur Inn.
eſſet ſibi contrarius, ut ſupra patet. quod nō eſt dicēdū
de tanto patre. Et ꝙ prędicti doc. ſint moti per d. c. 3. po
tius quam per alia iura ultra quā hoc dicat Abb. in d. c.
3. dū dicit non eſſe alium tex. in iſta materia quàm d. c.
3. & in d. c. cū venerabilis. dicit d. c. 3. fuiſſe cauſam erro
ris doctorum &c. tamen clare apparet. nam nullus de
p̄dictis doc. magis clare loquitur ꝙ rōne parrochiæ ac
quirat̄ iuſpat. Cum alij loquant̄ de præſentatione, & ſic
p̄ſupponūt eccleſiam patronā. quam doct. ſequunt̄ Ar-
chi. & poſt eū Io. An. & Dom. c. j. de cap. mona. lib. 6. &
Lap Abb. & poſt eū Do. ī c. j. ne clerici vel mona. lib. 6.
dū vtunt̄ illis uerbis rōne parrochiæ ſeu plebanatus, &
ſic volūt iuſpa. acquiri per matricē eccleſiā, ex eo quia
noua eccla ē fundata intra parrochiā. & tn̄ dicti doc. ad
prædicta dicendum & probandum allegant d. c. 3. licèt
Lap. videat̄ etiam moueri per d. c. j. ne cle vel mona.
dum dicit capellas ſub ſe habentes. nam per hoc quod
4 ſit ſub eccla, nō ſequitur ergo patronata. ¶ † Verū dice
rē ꝙ ſi eſt eccleſia fundata intra parrochiā in fundo ec-
cleſię matricis, cuius fundi proprietatē ipſa eccleſia ma
trix habebat. bene tunc rōne fundi erit patrona vnà cū
conſtruente & dotante per dicta Abb. in d. c. 3. & alio
rum ſupra allegatorū. & maxime do. Fel. in d. c cum ve
nerabilis. poſt prin. 12. col. & in pluribꝰ verſiculis ſequē.
5 de excep. facit tex. iuncta gl. j. in c. j. 26. q 5. ¶ † Et idem di
cendū ſi eccleſia matrix ꝯſtruxerit vel dotauerit de bo-
nis & fructibus ſuis. p tex. in d. c. 3. & ita procedāt dicta
6 docto. ſuperius allegata. † & hoc dote data tempore cō
ſtructionis, & non ꝙ ſint oblationes pro dote q̄ fiūt ab
hominibus illius plebis illi eccleſiæ nouæ: quia nō acq
rer ex hoc iuſpa. per aureum dictum do. Fel. vbi ſupra.
de quo dicto & alijs dictis eius circa hoc, an quotidianę
diſtributiones & oblationes dari poſſint in dotē, vide
q̄ latè diximus ſupra in quinta q. prin. in 21. art. in verſi.
7 circa dictū Vincen. ¶ † Aduerte etiam circa hūc articu
lū, ꝙ ſi eccleſia parrochialis & matrix diceret ſe p̄ronā
alicuius eccleſiæ non ex eo quia fundata intra eius limi
tes, ſed ex priuilegio ſeu præſcriptione, qa p̄ſcripſit ī eis
iuſp. ſeu ius p̄ſentādi, bene erit p̄rona, per dicta do. Car.
in cle. j. in prin. in 8. col. & ſeq. in verſ. ſol. pro declaratio
ne q. primò videndū eſt de ſup. negli. præla. & diceműſ
fra in 10. & 11. q prin. in illarū articulis. & per hæc ſit ex-
peditus p̄ſens primus articulus. ¶ Et an inuito plebano
intra eius fines poſſit eccleſia fundari, uide ſupra in ter
tia q. princip. in 15. arti.

¶ Secundus art. 8. q. prin j. partis j. Libri

1 *Epiſcopus nō erit patronus eccleſia fundata ī eius diœceſi eo quia in eius diœceſi fundata niſi aliquid contulerit ſ. dando fundum, vel conſtruendo, vel dotando.*
2 *Epiſcopus ædificās eccleſiam in aliena diœceſi habebit iuſp. in ea.*
3 *Epiſcopus habebit iuſpat. etiam ſibi donatum in eccleſia ſita in aliena diœceſi.*
4 *piſcopus ædificans eccleſiam in ſua diœceſi, ſi voluerit erit patronus, ſi fundat, conſtruit, vel dotat de ſuo.*
5 *Epiſcopus fundans eccleſiam ſiue in ſua. ſiue in aliena diœceſi de fructibus eccleſiæ, non erit ipſe patronus ſed eccleſia epiſcopalis, idem ſi donaretur ſibi ratione eccleſiæ.*

QVarto modò ſecundò an epiſcopus habeat iuſ
pa. in eccleſijs fundatis in eius diœc. ex eo quia
ſunt fundatæ in ſua diœce. & quid ſi ædificat ec-
cleſiam

1 cleſiã, in aliena diœce. an habeat in illa iuſpa. † & primũ
membrum huius articuli latè eſt deciſum in proximo
præceden. art. ut ex eo ꝙ eccleſia ſit fundata intra limi-
tes parrochiç alicuius, non per hoc eccleſia matrix erit
p̃rona niſi aliquid ꝯtulerit, ut ibi concluſimus, ita nec
epiſcopus erit patronus eccľæ fundatæ ĩtra limites ſuæ
diœc. ex eo quia fundata intra eius limites niſi aliqd cõ
tulerit: quia omnia dicta ibi in matrici eccľa habent lo
cũ & in epiſcopo, & ſequerẽtur abſurditates quas dedu
ximus in d. ꝓximo præcedenti art. in verſ. firmatur etiã
iſta ꝯcluſio. vbi etiã de epiſcopo. & facit etiã ratio quã
poſuimus ibidem in verſ. quam etiam confirmo. & cir
2 ca hoc non eſt inſiſtendũ ¶ † Et ideo tranſeo ad ſecun-
dũ membrũ articuli. & dico ꝙ ſi epiſcopus ædificat ec-
cleſiã in aliena diœce. habebit in iuſpatro. & de hoc eſt
tex. ad literã in c. p. incipit, ſi quis epiſcoporum. 16. q. 3.
& ibi oẽs tex. ſecundum primam lectu. in c. ſignificaſti.
& ibi Inn. Io. An. Car. Buiri. Abb. & Imo. hoc tit. Abb.
in c. p̃terea. el j. in j. nota. eo. tit. Gof. de Trano in sũma
huius tit. in fi. pen. col. in verſ. itẽ notandum eſt ꝙ ſi eṗs.
& Hoſt. ſimiliter in ipſa ſumma in §. ex quibus. in verſ.
quid ſi eṗs. in j. col. & do. Fel. in c. cũ venerabilis. ante fi.
10. col. in j. amplia. de excep. Gay. ĩ repe. c. fi. de elec. libr.
6. ĩ 21. & in fi. 43. & poſt prin. 44. col. Firma. ĩ trac. de epi-
ſcopo in 4. lib. ĩ 2. par. in 47. q. & Pau de Cita. in hoc trac.
in 6 par in 51. q. tertij art. & iſta eſt veritas: quia in alie-
na diœce. eſt ſicut priuatus, & ideo acquirit iuſpat. fun-
dãdo eccleſiã ut & alij. ¶ Quam autem prærogatiuam
habeat epiſcopus in d. ſuo iurep. dicetur infra in prima
3 ſecundi libri in 7. q. prin. in 24. art † & idem dicẽdum ſi
iuſpa. alicuius eccľæ exiſtẽtis in diœceſi aliena donarẽt
epiſcopo, ipſe epiſcopus habebit illud iuſpa. in d. eccľa
ſita in aliena diœce. ſecundũ alium intellectũ d. c. ſigni
ficaſti. hoc tit. quẽ ponit Pau. de Cita. vbi ſupra. in verſi.
4 3. mõ intelligit. ¶ † Et idem dicendum ſi ædificaret ec-
cleſiã diœceſi ſua: qa ſi voluerit erit patronata, ex quo
tunc daret de ſuo. puta quia fundaret, ꝯſtrueret, vel do
taret iuxta d. c. 3. de eccle ædifi. vt latè diximus in p̃ced.
art. de eccleſia matrici. quia idẽ militet ĩ epiſcopo, ut in
primo membro huius art. proxime diximus. an autem
vnico actu p̃ſentabit, & inſtituet, dicetur in ſecũda par
5 te in ſuo loco. ¶ † Et eſt aduertẽdũ, ꝙ ſiue epiſcopus fun
dat eccleſiã ĩ aliena diœceſi ſiue in ſua de fructibus ec-
cleſiæ, tunc iuſpa. erit eccľæ epiſcopalis, & non hæredũ.
& idẽ ſi donarẽt ſibi ratione eccleſiæ. prout dicit Abb.
in d. c. ſignificaſti. in notabilibus. iuxta ea quæ latè dice-
mus infra in iſta q. in 7. artic.

¶ Tertius art. 8. q. prin. j. partis. j. Libri.

1 *Legatus etiam de latere non acquirit iuſpa. in eccleſiis & be neficijs fundatis infra limites ſuæ legationis.*

ET ex prædictis patet deciſio tertij articuli, qui ẽ an
legato de latere competat iuſpa. in eccleſijs funda
tis intra limites ſuæ delegatæ iuriſdictionis, & ne-
minem inueni iſtã q. formantem niſi ſolum Pau. de Ci
ta. eam formantem in d. præſenti tracta. in 7. parte 19.
q. qui cũ quæſiuiſſet, an legato de latere competat iuſp.
declarauit eius q. ſubdendo. id eſt an poſſit iuriſpa. bene
ficium conferre. Et iſta declaratio q. multum differt ab
ipſo quæſito, ut de ſe patet. & ſic tranſit ad declarationẽ
p̃dictã tractando, an legatus a latere poſſit ꝯferre benefi
ciũ patronatum, quæ nõ eſt modo materia noſtra, ſed
de ea plene tractabimus infra in 3. ſecundi libri operis.
ſed ne videamur illũ articulũ inaniter pertranſire, di-
1 cas † legatũ etiã de latere non acquirere iuſpat. in eccle-
ſijs & beneficijs fundatis intra limites ſuæ legationis, p
iura & rationes ſupra adductas in proximo præceden
ti. primo art. & præſertim in verſ. firmaẽ etiam iſta con
cluſio & in verſ. quã etiam cõfirmo, vt etiam diximus
de epiſcopo in primo membro proximi præcc. artic. &
certe hoc quæſitũ non erat formandum ſed qa inueni
illud formatũ p Pau. (licèt ab eo ſtatum diſceſſerim) nõ
lui prætereire illud. & iſta p ipſius deciſione ſufficienti.

¶ Quartus art. 8. q. prin. j. partis j. Libri.

1 *Diſputare de poteſtate pontificis eſt ponere os in cælum, & eſt ſpecies ſacrilegij.*

2 *Pontifex non dicitur patronus eccleſiæ, eo quia fundata in eius iuriſdictione.*

3 *Pontifex poteſt dici habere iuſpa. in eccleſia ratione ſupremi dominij quod habet in vniuerſa eccleſia. & nu. 6.*

4 *Pontifex poteſt prouidere de eccleſia patronata ſine præſentatione patroni cui voluerit.*

5 *Pontifex poteſt diſpenſare ad placitum & etiam diſponere ſupra ius de his quæ ſunt iuris poſitiui.*

MInime eſt dubitandum de deciſione quarti arti-
culi, an Papa in eccleſijs fundatis per totũ mun-
dum habeat iuſpa. Et iſtam quæſtionem etiam
format Pau. in hoc trac. in 7. pat. in 8. q. qui declarat ei⁹.
q. tandem, an Papa poſſit præiudicare patronis de qua
etiã erimus dicturi infra in 3. ſecundi libri. in 9. q. princ.
1 ubi ẽ locus ſuus. & redũndo ad Pau. in hac q. dicit. † di-
ſputare de poteſtate Papæ, eſſe os ponere in cçlũ, & eſſe
ſpecies ſacrilegij. ut dicit Imperator in l. 2. C. de crimi. ſa
cri. iõ breuiter dicit, ꝙ licèt Papæ non cõpetat iuſpa. ex
2 cauſis fundationis, conſtructionis, dotationis &c. † Et
ſic nec ex illa cauſa ꝙ eccleſiæ ſint fundatæ in eius iuriſ-
dictione, quia ſequerẽt abſurdũ ꝙ non reperitur eccľa
libera nec patronata laicorũ tantũm. ut diximus ſupra
3 in primo arti. in verſi. firmatur etiã iſta concluſio. † ta-
men Papa habet iuſpa. ratione ſupremi dominij, quod
habet in vniuerſa eccleſia. vt dicit ſe dixiſſe ĩ6. parte in
3. art. q. 31. & Abb. ĩ d. c. 3. in j. notabi. hoc tit. vbi aſſignat
rationẽ: quia iuſpa. eſt inductum ex gratia vel tolleran
tia eccleſiæ, cũ ex fundatione eccleſiæ, & alijs cauſis nõ
poſſent laici iuſpat. acquirere, cũ ſit ſpiritualibus anne-
4 xum. c. quanto. de iudi. vnde dicit Abb velle. † Papam
poſſe ꝓuidere de eccleſia patronata ſine præſentatione
5 p̃roni cui voluerit. & Pau. † dicit hoc poſſe eſſe, quia in
his quæ ſunt iuris poſitiui poteſt Papa ad placitũ diſpẽ-
ſare, & diſponere etiã ſupra ius. alleg. Io. And. in c. poſtu
laſti. hoc tit. per c. qui peccat. 24. q. 4. & alia ut per eũ pro
ſequendo ibi Pau. materiã ꝙ Papa põt præiudicare pa-
6 tronis. de qua dicemus ubi ſupra. ¶ † Tu conſidera hũc
articulũ male formatũ per Pau. quia Papa licèt habeat
dominiũ eccleſiarum mero iure, & rerum illarũ, ſicut
deus ut diximus ſupra in 5. q prin. in 8. art. in 35. priui-
le. non tamen põt dici partonus: quia nõ deducit eccle
ſiã de nõ eſſe ad eſſe, propter quod patronus dicitur. vt
diximus ſupra in j. q. prin. in 2. art. & in 2. q. prin. in j. art.
& iuſpa. dicitur gratia. quia ſuſtinentur p̃roni in il lo. c.
3. hoc tit. cũ de eo nõ ſint capaces. c. meſſana. c. ſacroſã
cta. de elec. iuncto c. quanto. de iudi. & ideo dicĩ ius gra
tioſum, ſecundum Barba. in d. c. quanto. & diximus ſ.
in diffinitione iuriſpa. & ſic dicitur cõpetere p̃ronis ex
gratia, & non ex iure, vt latè diximus ſupra in j. q. prin.
in 4. art. ubi etiã tractauimus, dato ꝙ ex gratia dicatur
quo ad laicos, ex quo illo erãt ĩcapaces. an dicaẽ ex gra
tia quo ad clericos ex quo illo ſunt capaces, ut per totũ
titu. de elec. de inſti. de ꝯceſ. præben. quomodo ergo po
terimus dicere tale ius cõpetere Papæ, qui non deducit
eccleſias de non eſſe ad eſſe? & eccleſiarũ dominium ha-
bet, nõ ex gratia, ſed de mero iure? imò eſt ſupra ius. c.
propoſuit. cũ vulgari. de conceſſio. præben. dicam⁹ er
go Papã habere omne ius in quibuſcunq; beneficijs, &
non reſtringamus eũ ad iuſpa. quia haberet præſentare
ad eccleſias, & ſi præſentaret quis inſtitueret: ideo ridi-
culum eſt hoc quæſitum cum militent contra illud
etiam dicta in præcedentibus articulis.

¶ Quintus art. 8. q. prin. j. partis. j. Libri.

1 *Populus & parrochiani alicuius eccleſiæ non habent iuſpatro. in ea ex eo ſolo quod ſunt parrochiani niſi eccleſiam fundauerint conſtruxerint ſeu dotauerint de ſuo & tunc conſenſu epiſcopi ratione communitatis & non ratione ſingulorum eleemoſinaliter vt benefactores nu 4.*

2 Popu-

4 *Populus non poteſt præſentare rectorem in eius eccleſia, niſi ad eũ*
ſpectet iuſpa. & aa. 3.
5 *Populus ſeu plebs reperta in quaſi poſſeſſione iuriſpa. & præſen-*
tandi, & de alio patrono non apparet, præſumitur ꝙ ipſe popu
lus vel plebs ipſam eccleſiam conſtruxerit.
6 *Eccleſiæ conſtruuntur & nõ naſcuntur. eccleſia aliquando mira*
culoſè reperiuntur fundatæ vt fuit eccleſia diui Hieronymi.

QVæro quintò, an ex quo eccleſia matrix, epũs, le-
gatus, nec Papa, acquirunt iuſpatr in eccleſijs
fundatis intra limites ſuarum iuriſdictionũ ex
illo tm̃, quia ibi fundatæ ſunt: vt in præcedentibus artic.
concluſum eſt plebs, populus, ſeu parrochia acquirat
1 iuſpa. in eius plebe ſeu parrochia. † Et dicendum eſt ꝙ
non acquirat ex eo ſolo: quia in eius parrochia ædifica-
ta eſt eccleſia. prout de hoc tex. in c. querelã. de elec. ibi
per electionem populi ad quem de conſuetudine &c. iuncto tex.
ibi *in quaſi poſſeſſione præſentandi &c* ubi colligitur ꝙ popu
lus ſeu parrochiani alicuius eccleſię non habent iuſpa-
tro. & præſentandi clericum in ea ex eo ſolo ꝙ ſunt par-
rochiani niſi alias ſint p̃roni. puta quia fundauerint, ↄ-
ſtruxerint, vel dotauerint eorum eccleſiam principali-
ter, vt iuſpatro. acquirat. ita colligit ibi Abb. in 4. nota.
in a. col. innuit ergo ibi text. ex eo ſolo. quia parrochia-
ni nõ ſunt patroni earum eccleſiarum niſi aliàs eſſent
patroni. ergo ex eo ſolo nõ acquirunt iuſpatrona. ¶ Vo
luit & hoc Inno. in c. cum venerabilis. in fi. de excep. li-
cèt per Abb allegetur Inn. ex errore in c. cum inter de
excep. vbi dixit aliquos dicere non epiſcopũ, ſed popu-
lum præſentare miniſtrum in eccleſia parrochiali, ſed
dicit ſe non uidere quare hoc dicant, cùm iure non ca-
ueat̃ ſequitur ibi Io And. & oẽs hanc ẽt ſententiam te-
net Archi. in c. nullus. 16. q. 7. ante fi. primę col. ubi dicit.
licet aliqui dicant non epm̃ ↄferre, ſed populũ p̃ſentare
miniſtrũ in eorum eccleſia, m̃ ipſum non videre quare
hoc dicant, cũ iure nõ caueat̃. Et alleg Inn. ubi ſupra.
2 ſubditq; ibidem Archi. † populum non præſentare in
eius eccleſia, niſi forſan ad ipſum ſpectet iuſpa. quia tũc
ſolũ m ipſe populus p̃ntat. & ſic dicit intelligẽdum tex.
in d. c. querelam. & allegat Hoſt. poſt Inn. in d. c. cum ue
nerabilis. ſequit̃ ibi plene Domi. ¶ Iſtã ẽt q. firmat Io.
An. in c. vnico. de c. mona. lib. 9. & ĩ regula ꝙ alicui, de
reg. iur. in mercu. in fi. ¶ Tenet ẽt hanc opi. Abb. ĩ c. cũ
eccleſia vulterrana. in fi. pc. & ĩ prin. fi. col. de elec. & vr̃
tenere ẽt ipſe Abb. in cõſi. 75. inuocato plura ſunt exa-
minanda. in 1. dub. ¶ Voluit ẽt hanc op. do. Car. poſt an
tiquos doc. in cle. plures. in 5. q. in 5. col. hoc tit. Et Abb.
in c. Oſius. in ult. nota. de elec. & in c. 1. in fi. primę col. de
c. mona. & in c. ex parte ſupra, in fi. primi notabilis de
reſcr. & Gay. ĩ repe. c. fi. de elec. li. 6. ante fi. 44. col. ¶ Et
vr̃ ſequi prædicta do. Fel in d. c. cũ venerabilis, in 11. col.
in verſi. ſed aduerte. de excep. unde cũ prætan oẽs doct.
3 † dicant populũ ſeu plebẽ non p̃ſentare rectorẽ in eorũ
eccleſiis niſi alias ſint patroni, ergo ſequitur ꝙ ex ſe. ſ.
ex eo ſolo qa parrochiani nõ erũt p̃roni. ſed ita demũ
erunt patroni, ſi fecerunt ea per quæ iuſpat. acquiritur.
¶ Confirmatur iſta ſentẽtia, p tex. in d. c. 3. de eccle. ædi
fic. ubi nõ reſeruatur iuſpa. populo, ſeu plebi eccleſiæ q̃
nouiter ædificatur, ſed tm̃ conſtruenti & eccleſiæ ma-
trici q̃ de ſuo contulit, de parrochianis aũt nihil dr̃, nec
eis iuſpa. acquiritur. Et ſimiliter adduci põt text. in c. 2.
eod. tit. poſſet ẽt adduci pro iſti veritate motiuũ Abba.
quod fecit contra eccleſiam matricem & abſurditates
quas ego adduxi, de quibus late ſupra in 1. artic. præſen
tis q. quæ multo fortius faciunt in caſu articuli noſtri.
¶ Solidatur ẽt iſta opi. nam ſi eccleſia matrix nõ acqui-
rit iuſpa. ex eo ſolo, quia aliqua eccleſia eſt fundata in-
tra limites parrochiæ eius, ut concluſimus in d. 1. artic.
multomagis ex hoc ſolo, nec plebs. nec populus iuſpa.
4 acquiret. ¶ Eſt bene uerum † ꝙ ſi populus ſeu plebs de
dit fundũ, cõſtruxit vel dotauit eccleſiã de ſuo cũ aliis
requiſitis, puta conſenſu epiſcopi interueniẽte. de quo
in c. nobis. hoc tit. & hoc fecerint ratiõe cõitatis, & nõ
ratione ſingulorum eleemoſinaliter, & ut benefacto-
res. iuxta ea quæ diximus ſupra in proxima q. prin. in ar
tic. ult. in verſ. ſed eſt ad vnũ aduertẽdum, bene poterit
eſſe patronus. prout uoluit Abb. in d. c. querelã, in 41. no
ta. & Arch. ĩ d. c. nullus. 16. q. 7. & alij ſupra allegati. ¶ Eſt
5 bene verum, † ꝙ ſi populus vel plebs reperiatur in quaſi
poſſeſſione ipſius iuriſpa. & iuris prẹſentandi, & de alio
patrono nõ apparet, tunc præſumetur ꝙ ipſe populus
uel plebs ipſam eccleſiã conſtruxerint cum eccleſię nõ
6 naſcantur, ſed conſtruantur. † niſi diuinitus eſſent fun-
datæ, prout fuit eccleſia ſancti Hieronymi patroni no-
ſtri. ut diximus ſup in 1. q. prin. in 4. art. ita Abb. & oẽs ĩ
d. c. querelã, in 4. nota. & Io. And ĩd. reg. ꝙ alicui & Ab
ba in d. conſi. 76. in 2. uol. in 1. dub. & ĩ cõſi. 106. caſus ſu
per quo in 1 col. in uerſi. itẽ & tertio in eodem uol. & ĩ
conſil. 54. caſus contingentia, in 2. col. in 1. uol. ubi oẽs
uolunt prẹſumi pro patronatu plebis, ſeu populi exiſtẽ
tis in quaſi poſſeſſione præſentandi. Et iõ bene dicitur
ſi plebs ſeu populus diceret ſe patronũ ex præſcriptio-
ne deberet admitti ſecundũ quod aliqui doc. colligunt
a contrario ſenſu in d. c. querelam, de cuius dicti ueri ta
te uidebimus infra in 10. q prin huius partis, in 5. articu.
ubi tractabimus an parrochiani poſſint p̃ſcribere iuſp.
in eorum eccleſiis ¶ Et pro ſuprad ictis hic & in 1. artic.
reperi poſtea do. Feli. idem uolentem in hoc tracta. in
uerbo eccleſiam fundauit in 11 q.

¶ Sextus art. 8. q. prin. 1. partis. 1. Libri.

1 *Eccleſia erit patrona capella vel altaris ædificata vel ædificati*
intra eius corpus uel etiam eccleſia capella ſeu altaris ædificata,
uel ædificati in quocunq; fundo eius eccleſia, unà cum ædifican-
te uel dotante de iure, licèt ſecundum Abb. per inaduertentiam
non ſeruatur vel per conſuetudinẽ ſecundum Roc. & au. 3. 4. 5.
2 *Iuſpa. acquiritur fundatione.*
6 *Eccleſia ædificans aliam eccleſiam ſeu capellam in fundo ſuo in*
ſui adiutorium propter populi multitudinem in ipſa eccleſia ædifi
cans habebit maius, quia poterit ibi ponere vicarium, & rector
eccleſia ædificantis erit rector utriuſque.
7 *Si eccleſia alicuius in qua eſt fundata capella ſeu altare, eſt pa-*
tronata alicuius clerici vel laici ratione ſoli nõ ipſa eccleſia ſed
patronus ipſius eccleſia erit patronus capella ibi ædificata.

SVcceſſiue ſextò quęritur, quia ſupra eſt concluſum
eccleſiam matricem, nec plebẽ, ſeu parrochianos
acquirere iuſpa in eccleſia fundata intra limites eo
rum parrochię, niſi aliquid de bonis ſuis dederint ſequi
tur dubitare quid dicendum in capella fundata & do-
tata per clericũ uel laicum intus corpus ipſius eccleſiæ
matricis uel alterius, an ipſa eccleſia in qua eſt fundata
illa capella acquirat iuſpat. in capella prædicta una cũ
conſtruente & dotãte, an uerò ſolus cõſtruens erit p̃ro
nus. ¶ Iſta ẽt q. formauit d. Abb. in d. c. 3. de eccl. ędifi. in
1 3. col. in uerſ. ſed dubitat̃ de qõne. † Et r̃ndet ſe ſemp te-
nuiſſe ẽt eccleſiã, in qua capella ædificata eſt, acq̃rer̃ iuſ
pa. in d. capella cũ quocunq; ædificante. & dotãte, & ip
ſam eccleſiã in p̃ñtando rectorẽ uel capellanũ in d. ca-
pella ↄcurrere cũ dicto p̃rono ædifi. ſeu dotã. qa nõ põt
negari dicit ipſe quin eccleſia antiqua ponat fundũ in
2 ipſa capella nouiter ædificata. † & iõ ex fundatione ac-
quiri iuſpa. c. nobis. hoc tit. & notat̃ in d. c. piæ mentis.
16. q. 7. & ſupra eſt dictũ ex vna ex illis trib. cauſis, quarũ
una eſt ſoli collatio, acquiri iuſpa. & c. unde ſicut eccle-
ſia ibi acquiſiuit iuſp. quia cõtulit redditus illius uillæ ĩ
d. c. 3. ita eccleſia ipſa debet obtinere patronatum, quia
contulit fundũ, & dicit ipſe iſtã quæſtionem hactenus
3 non reperire tactã † & illã notandam, licèt in pleriſq;
locis propter inaduertẽtiam non ſeruetur, & certe ue-
rum dicit, nam uideo Trani in metropolitana eccleſia,
multas capellas ſeu altaria fundatas, & fundata dotatas
ſeu dotata. Et tñ nunquam eccleſia. 1. archiepiſcopus
uel capitulum concurrit cum ipſis nobilibus patronis
in præſentationibus rectorum, in capellis & altaribus
prædictis pp inaduertentiam, ut dixit Abba ubi ſupra.
¶ Et nos ut hẽdes genitoris noſtri duas primarias capel
las in dicta eccleſia habemus unã ſub uocabulo ſancti

manni martyris ciuis. Tran. & epi Funden. cuius corp⁹
Alamaniæ quieſcit. & aliā ſub uocabulo ſancti Iacobi
apoſtoli, in quibus nos ſoli hēdes præſentamus & iuſpa.
habemus. ¶ Iſtam ēt partem tenuit idem Abb. in c. cū
eccleſia uulterana. in penul. col. in verſ. aduerte tamē ꝙ
quandoque ſtatim poſt uerſ. 3. & ultimo caſu de elec. &
mouet per fundamētū ſupra adductum. ſequit ēt iſtam
veritatē frater Angelus in ſua ſumma. in 3.25. & d. Fel.
pulchre in d.c. cum venerabilis. poſt prin. 12. colum. de
excep. & ī uerſ. ſequē. q ꝓ iſta parte allegat Rotā ſextā.
de reb. eccleſię non alienan. & Rotam. 14. hoc titu. in an
tiquis, voluit allegaſſe Rotam. 158. ubi Abb. dicit & 872.
in eccleſia hoc tit. ī antiquis. ¶ Prædicta ēt firmat Gay.
in repe. c. fi. de elec. lib. 6. in 44. colum. & Pau. de Cita. in
hoc tracta. in 3. parte in 32. q. j. cāæ qui hoc dicit eſſe ue
rum tam ī capella, q̄ in altari, & mouet per dictū Abb.
in d.c. 3. nil aliud addēdo ibi, ſi aūt talis capella. & clari⁹
in d. 3. parte in 4. q. 2. cāæ in fi. Et domi. Phili. de Sarta. in
iſta rub. in 3. char. in uerſic. quia ex hoc ibi infert. ¶ Hoc
etiam uult do. Roc. in hoc tracta. in uerbo eccleſiam
fundauit. in 10. q. & in 11. etiam ibidem hoc tangit. & in
verbo ꝯſtruxit in 7. q. qui loquit iam de capellam q̄ de
altari. Et adducit Abb. in d. cap. 3. Et hoc principaliter
ponit ipſe Roc. in uerbo & dotauit in 15. q. ubi ſimiliter
loquitur de capella, & altari, adducēdo Abb. ubi ſupra.
4 ¶ † Et idem do. Roch. in d. uerbo, & dotauit. in fi. j. q. po-
nit notabile uerbum in hac mā credere ualere conſue-
tudinem, ut eccleſia in capella & altaribus non ſit cō-
patrona rōne fundi, ſed præſentatio tantum ſpectet ꝯ-
ſtruentibus uel dotātibus capellam & altare in ipſa ec-
cleſia: quia in prouiſione beneficiorum maxime con-
ſuetudo præfertur iuri comm. c. cum eccleſia uultera-
na. ubi Abb. in vlti. col. de elec. c. fi. de inſti. cum ꝯcordā
tibus. in d. j. q. do. Roc. adducit aliqua quæ poteſt facere
ꝯſuetudo in hmōi caſib. de quibus diximus ſupra in 5.
q. prin. in 15. art. cum tractauimus, an ex ſola dotatione
acquirat iuſpa. Et iō dicerē non ex inaduertentia, ut di-
cit Abb. non obſeruari, ꝙ eccleſia rōne fundi non ſit pa
trona capellæ vel altaris intus eā fundatæ, ſed rōne hu-
5 ius ꝯſuetudinis. ¶ † Dicerem etiam in hoc, ut nō ſolū,
hęc deciſio ꝓcedat ī capella uel altari fundatis intra cor
pus ipſius ecclæ, ſed ēt ſi aliqua capella uel eccleſia eſſet
fundata in quocunque fundo, alias ipſius eccleſiæ, nam
rōne ipſius fundi proprietas erat eccleſiæ, ipſa capella
uel eccleſia erit p̄ronata ipſius primæ eccleſiæ, & ꝯcur-
ret cum ꝯſtruente & dotante, per dictum do. Feli. in d.
c. cum uenerabilis. poſt prin. 12. col. de excep. Et ponit
pulchre do. Roc. in d. verbo eccleſiam dotauit. in 10. q.
& diximus ſupra in j. artic. uerſus ſinem in uerſi. uerū di
6 cetem. ¶ † Aduertendū eſt ēt, ꝙ ſi eccleſia matrix ædifi
cauit aliā eccleſiam ſeu capellā in fundo ſuo in ſui adiu
torium ꝑꝑ populi multitudinē, ipſa eccleſia ædificans
habebit maius ius: q̄a poterit ibi ponere vicariū, & re-
ctor eccleſiæ ędificantis, erit rector utriuſq;. gl. eſt ſingu
laris in c. cā te. de æta. & qualita bene declarata p Abb.
in d.c. cū eccleſia vulterana. in vlti. col. in verſ. adde tū
ad p̄dicta. de elec. ſequit do. Fel. in d.c. cū uenerabilis. in
13. col. in verſi. demum nota tria. de excep. Et idē Feli. in
c. ex parte. in prin. de reſcrip. & Abb. in d.c. 3. in pe. col.
& Lap. alleg. 67. quoddā monaſteriū. in 5. colū. in verſi.
ſed nunquid. Et pulchre prædicta uoluit do. Roc. in ver.
bo ꝯſtruxit. in 7. q. in fi. j. col. & in uerſ. ſeq. qui alleg. ēt in
7 hoc. in c. cā te. ¶ † Aduertendū eſt ēt, ꝙ ſi eccleſia in qua
fundata eſt capella ſeu altare ē p̄ronata alicuius clerici
uel laici, tūc rōne ſoli nō ipſa prima eccleſia erit p̄rona-
ta capellæ, ſed primus p̄ronus ipſius eccleſiæ in qua fun
data eſt capella erit p̄ronus. Fm Rotam. 872. in eccleſia
hoc tit. in antiquis. de cuius dicti ueritate dicemus infra
in j. parte. 2. lib. in 2. q. prin. in 15. art. dū tractabimus q̄s
p̄ntabit p̄ronus primæ eccleſiæ in capella, an rector ip-
ſius eccleſiæ, vbi teneo ꝯtra hoc dictū quicquid dixerat
rota ꝓxime allegata. Et faciunt q̄ diximus ſupra in 3. q.
prin. in 17. art. vbi tractauimus ſi ꝯſtruit capella vel alta
re in eccleſia p̄ronata alicuius, an illius p̄ronī ēt requirā

tur cōſenſus. Vltimo aduerte ad aliud pulchrum dictū
circa hanc materiam, vt prædicta procedant qn̄ capel-
la eſt fundata intus eccleſiam tempore fundationis ec
cleſiæ, uel a tanto tempore, ꝙ ignoretur quis fuerit ip-
ſius capellæ fundator, nam eo caſu ſi eccleſia illa erat pa
tronata, pręſumetur & ipſas capellas eſſe pātronatas, &
fundatas ab ipſo primo fundatore, & p̄rono unā cū ec-
cleſia, unde ſicut eſt p̄ronus eccleſiæ, ita dicetur ēt p̄ro-
nus capellarum ipſe primus p̄ronus, & non ipſa eccle-
ſia. ſi uero eccleſia eſt libera, ita præſumet & capellas eē
liberas, tanquā fundatas unā cum eccleſia. iſta probant
in aurea deciſione Rotæ. 158. vbi Abb. dicit hoc titu. in
antiquis, ex qua primum membrū aperte probatur, ita
& ſm eadem rōne dicitur, de cuius veritate ēt dicetur
vbi ſupra in j. parte. 2. lib. in 2. q. princ. in 15. artic. vbi te-
neo iſta dicta. ¶ Superius ergo dicta procedent in eccle
ſijs & altaribus uoniter cōſtructis: ut ibi dicemus. ¶ An
autem inuito prælato eccleſiæ in illa conſtrui poſſit ca
pella uel altare, & an requiratur illius conſenſus, dixi-
mus ſupra in 3. q. prin in 16. artic.

¶ Septimus art. 2. q. prin. j. partis. j. Libri.

*1 Prelatus vel rector alicuius eccleſiæ conſtruens vel dotans eccle-
ſiam de redditib. ſuæ eccleſiæ nonerit patronus ſed ipſa eccleſia
de cuius redditu eccleſia ædificata vel dotata eſt. & nu. 2.*
*3 Clerici ædificantes eccleſias de redditibus eccleſiæ peccant ſi at-
tribuunt illarum iuſpa patrimonio.*
4 Poſſeſſio acquiſita ex redditibus eccleſiæ, eſt eccleſiæ.
*5 Eps rector vel beneficiatus alicuius debet tantū uiuere de reddi-
tibus eius, & non luxuriari, ſed tantum neceſſaria uitæ percipere.*
*6 Beneficiati ſunt adminiſtratores rerum eccleſiæ nō veri domini,
nam dominium illarum eſt Ieſu Chriſti.*
*7 Empta per prælatum de facultatibus eccleſiæ proprio vel alieno
iure, non propinquorum ſed eccleſiæ ſunt. & nu. 10.*
*8 Acquiſita per prælatum etiam proprio nomine ex facultatibus
eccleſiæ ſunt ipſius eccleſiæ. & nu. 9.*
*11 Prelati acquirendo ſibi vel conſanguineis de redditibus eccleſiæ
committit ſacrilegium & grauiſſimum peccatum.*
*12 Qualiter probabitur eccleſiam capellam vel ſimile ædificatā per
prælatum fuiſſe ædificatam de bonis eccleſiæ.*
*13 Acquiſita per prælatum præſumuntur acquiſita de bonis eccleſiæ
niſi habeat patrimonium.*
14 Acquiſita per uxorem præſumuntur acquiſita de bonis uiri.
*15 Acquiſita per prælatum habentem patrimonialia & beneficia
vel doctrinam, vel artificium, an & quando intelligātur acqui
ſita de bonis eccleſiæ, vel de patrimonio, vel de eius artificio.*
*16 Clericus fundando conſtruendo, & dotando eccleſiam de ſuo ac-
quirit iuſpa. tranſmiſſibile ad hæredes & extraneos ut laicus, &
cenſebitur laicalis patronus.*
*17 Prælatus ſeu clericus habēs patrimonium, & beneficia ædificans
cōſtruens vel dotans eccleſiā, an & quando & qualiter intelli-
gatur illud egiſſe de bonis patrimonialibus vel bonis eccleſiæ.*
18 Succeditur in iure patro per ſtirpes, & non per capita.

QVæro ſeptimò quidam prælatus, vel rector ali-
cuius eccleſiæ, vel alter, de redditibus tamen, &
bonis ipſius eccleſiæ ædificauit aliam eccleſiā,
vel capellam, ſeu altare. Quæritur quis erit patronus p̄-
dictorū, eccleſia prima, an vero ipſe rector, vt priuatus,
adeo ꝙ poſſit illud iuſpatro. vt p̄rimoniale transferre
1 ad ſuos hæredes? Et ratio dubitandi eſt, † quia illi fru-
ctus videbātur rectoris, & ſic de ſuo ædificaſſe ecclam.
¶ Tamen ꝯtrarium eſt ueritas per tex. in c. apoſtolicos.
12. q. 2. in vltimis verbis vbi in fin. dr̄, ꝙ ſi quis conuict⁹
fuerit conſtruxiſſe monaſterium de eccleſiaſticis red-
ditibus, tradet eidem eccleſiæ ipſum monaſterium. &
ibi gl. in verbo ꝯſtruxiſſe. colligit eccleſiā de cuius red-
ditibus alia ædificatur, hēre iuſpa. in ædificata. Et hoc idē
in fina. verbis uult Archid. ibi. & Domi. poſt eū ¶ iſta ēt
veritas probatur per tex. in d.c. 3. de eccle. ædifi. vbi ec-
cleſia cōſtructa de redditib. eccleſiæ matricis eſt patro-
nata illius, de cuius redditibus eſt conſtructa, & rector
tanq̄ rector, nō tanq̄ priuatus p̄ſentabit cū alio patrono
qui dedit

2 qui dedit fundũ vel alia fecit, vt ibi eſt tex. ¶ † Et idõ no-
ta. dicit Abb. ibidem ĩ penu. col. ꝙ ſi rector alicuius ec-
cleſię ꝯſtruxit aliã eccleſiam uel capellã ex redditib. ec-
cleſiæ ſuę non acquirit iuſpa. ſibi, & ꝯſanguineis ſuis, ſed
3 ſue ecclæ. & allegat d. c. apoſtolicos. in fi. iũcta gl. ¶ † Sub
ditq; ibidem Abb. ex hoc credere peccare illos clericos
q ex redditib. eccleſiæ ædificant capellas iuſpa. illarũ at
tribuẽtes pr̃imonio, & uẽdicãtes illud cis, ut priuatis: qa
uſurpant bona eccleſiæ. iſtã ẽt partẽ tenet domi. Card.
in ꝯſ. 122. quidam habens quoddã. in j. col. in uerſi. ꝯtra-
rium puto. vbi ponit ꝑ ꝯſtãti prælatũ de bonis p̃laturi
ꝯſtruentẽ uel dotantem eccleſiã, non ipſum ſingulari-
ter ꝯſideratũ, ſed ipſam p̃laturã iuſpa. acquirere in illa,
allegat dicta iura. ſ. d. c. apoſtolicos. & d. c. 3. ¶ Hanc ean
dem opi ſequit do. Feli. in d. c. venerabilis. poſt prin. 12.
col. de excep. & alleg. gl. in d. c. apoſtolicos. ¶ Quam ẽc
opi. tenuit Gay. in repe. c. fi. de elec. lib. 6. poſt prin. 44.
col. Et alleg. Abb. appellando ipſum Nicolaum in d. c.
3. voluit ẽt Pau. de Cita. in 3. parte in 32. q. j. cãæ. ante fi.
3. col. cui ſolũ allegat Abb. vbi ſupra & plene. in 6. parte
in 3. art. in 51. q. ubi uide: quia multa dicit extrauagãtia.
¶ Sequit p̃dicta do. Phili. de ſara. in iſta rub. in 3. char.
in verſ. ad hoc. tex. iuncta gl. ¶ Hoc idẽ voluit do. Roc.
in hoc tracta. in verbo eccleſiã fundauit. in 6. q. in 2. col.
& in verbo dotauit. in 17. q. vbi quærit, an ſi epiſcopus de
bonis eccleſiæ ſuę aliã eccleſiã dotauit, an acquirat iuſ-
patr. eccleſiæ ſuæ, uel ſibi, & breuiter dicit acquirere ec
cleſiæ cuius erant bona. alleg. Abb in d. c. 3. per illũ tex.
& in ꝯſ. ſuo 57. incip. attingam. circa fi. in j. uol. alleg. d.
c. apoſtolicos. Et Feli. vbi ſupra domin. Card. ĩ ſi ꝯſ. 122.
volentẽ, ꝙ ſi epiſcopi uaſallus dotauit eccleſiã de bonis
feudi, iuſpa non trãſibit ad hæredes ſuos, ſed ad eos ad
quos tranſibit feudũ, quod refert & ſequitur do. Fel. ĩ d.
c. cum uenerabilis in 12. col. ante fi. de quo dicemus in-
fra in ſeq. artic. & dicit facere quod uoluit Io. An. & alij
in c. nobis. ĩ verbo ꝯſtruxit. hoc tit. quod ꝯſiliũ Cal. ego
adduxerã antequã uiderã do. Roc. ¶ Ego pro iſta uera
ꝯcluſione adduco. tex. in c. uobis. in fi. 12. q. 2. vbi habet
quatuor debere fieri partes de bonis ecclæ vt ibi, & de
eo qđ ſuperent emi poſſeſſionẽ. Et ſubdit ibi tex. q̃ vtili
tates reſpiciat cõmunes, cum ĩ caſu nr̃o ſit fabricata ec-
cleſia de redditibus eccleſiæ, vt vere patet, vł fabricata
de eo quod ſupereſt, ergo illa eccleſia nõ dẽt eſſe pſona
priuati, ſed dictæ eccleſiæ principalis vt reſpiciat utilita-
4 tes communes, † nam ſicut poſſeſſio acquiſita ex red-
ditib. eccleſiæ, eſt eccleſiæ, ita & iuſpatr. acquiſitũ ex red
5 ditibus eccleſiæ, debet eſſe eccleſiæ. per illũ tex. ¶ † Secũ
dò ꝯfirma iſtam veritatẽ ex hac ꝯſideratione, nã ep̃s, re
ctor vel aliàs beneficiatus alicuius eccleſię debet tñ vi-
uere de redditib illius. c. cum ſ̃m apoſtolum. de p̃ben.
alia verò aliter diſpenſare. d. c. vobis. 12. q. 2. Hinc ait bea
tus Hieronymus p̃ronus meus, põderando verborũ vi-
uere, licere beneficiato pcipere de beneficio neceſſaria
vitæ, non aũt luxuriari, unde ſubdit ſacerdoti de altari
viuere, nõ luxuriari pmittatẽ. 44. diſt. in prin. & ponitur
luxuria pro oĩ illicita ꝯcupiſcentia. quẽ refert Abb. in d.
c. cum ſ̃m in j. nota. ſubijciendo ex p̃dictis fore notãdũ
ꝯtra beneficiatos ꝯuertẽtes redditus eccleſiæ in vſus in
6 honeſtos, † nam dicti beneficiati ſunt tñ ad miniſtra-
tores rerũ eccleſiæ, non aũt veri dñi: quia dñium illarũ
eſt Ieſu Chriſti ſuo precioſo ſanguine redemptum, &
nõ p̃latorũ, p̃lati. n. ſunt tñ adminiſtratores. d. c. cũ ſ̃m.
& ibi no. Abb. in 5. nota. & eſt tex. in c. cũ ex eo. de elec.
lib. 6. ibi *de patrimonio Ieſu Chriſti ditati* p prælati non de-
bent ditari de p̃imonio Ieſu Chriſti, ſed tantũ viuere,
& licite diſpenſare, & per Inn. in c. cum ſuper. de cã poſ.
& proprie. gl. in c. Carpẽtis. de verbo. ſig. & Abb. in d. c.
cũ ſ̃m. in 5. nota inuehit ꝯtra p̃latos reputantes ſe dños
rerũ ecclæ. Idẽ tenet Domi. in c. vnico. in 2. col. de ſum
ma trini. lib. 6. & in d. c. cum ex eo. & plene per do. Fel. ĩ.
c. ꝯſtitutus. in 9. col. in uerſ. dñium. de reſcrip. & in c. quę
in eccleſiarũ. in 14. col. de ꝯſti. Et pulchre ac plene p do.
Firma. in tracta. de epo. in 4. lib. in 3. parte. in 2. 3. 4. & 5.
q. vnde cupłati & rectores eccleſiarũ non habeant. do-

minium rerum eccleſiæ, ſed tantùm adminiſtratio-
nem, & eccleſiæ eſt ædificata de redditibus ſeu bonis
eccleſiæ ſuæ, qui, & q̃ non ſunt ſui, vel ſuæ, quo poterũt
rectores ſeu p̃lati hr̃e iuſpa. ſi eccleſias nõ ædificarũt de
eorũ propriis bonis? ad hoc. n. vt iuſpa. acquirat, neceſ-
ſe ẽ vt de ꝓprijs facultatib⁹ eccleſia ædificet, ꝯſtruat, vel
dotet, vt eſt tex. in c. quicunq;. 16. q. 7. ſed ex quo bona
fuerunt eccleſiæ, dicet eccleſiã ædificaſſe ſi eccleſiæ ędi
ficauit, ergo ipſa iuſpa acquiſiuit. & non eius rector, vt
7 priuatus, nec ſui hr̃des. ¶ † Tertiò adduco tex. in c. fixũ.
12. q. 5. vbi habet quaſcunq; res emptas p p̃latum de fa-
cultatibus eccleſiæ ꝓprio uel alieno iure, nõ in propin-
quorum ſuorum iura, ſed illius eccleſiæ deuenire debe
re; unde cũ in caſu nr̃o eccleſia ſit ædificata de facultati-
bus eccleſiæ ẽt proprio rectoris noĩe, iuſpa. debet acqui-
ri eccleſiæ. & non rectori, nec hr̃dibus, ſeu propinquis,
8 quamuis proprio, vel illorum noĩe ædificauerit. ¶ † Ad
idẽ & quartò adduco tex. in c. placuit. 12. q. 3. vbi acqui
ſita p p̃latũ ẽt de ꝓprio noĩe ex facultatib. eccleſiæ, ſunt
tñ illius eccleſiæ. & idẽ hr̃ in c. ſeq. & per totã illam q. &
in eadem cã in 4. & 5. q per totũ. ergo & eodem mõ di-
cemus de iurepat. ꝙ non ſit rectoris, uel propinquorũ,
9 ſed eccleſiæ. ¶ † Quinto pro iſta parte adduco tex. in c.
j. de peculio clericorũ. vbi colligit Abb. in 3. nota. res ac
quiſitas per p̃latum ex pecunia eccleſiæ, effici eccleſiæ.
licèt clericus emerit noĩe proprio. ut ibi late per cũ. Et
10 idem vult tex. in c. 3. & in c. inquirendũ. eo. ti. † vbi hr̃
empta per p̃latũ ex emolumentis eccleſiæ, effici ecclæ,
licèt p̃latus emerit noĩe alieno, vnde dicit Abb ibi. in 4.
11 no. † nota ꝙ p̃latus cõmittit ſacrilegiũ, & grauiſſimũ
crimẽ. & acquirẽdo ſibi vel ꝯſanguineis de redditib. ec-
cleſiæ. & idẽ uult tex in c. j. de teſta. ubi Abb. in 4. nota.
colligit acquiſita p p̃latũ de facultatib. eccleſię. eſſe ipſi⁹
ecclæ, & declerat illud ꝓcedere, ſiue ꝓprio, ſiue alieno
noĩe acquiſiuerit, & allegat iura p̃dicta. vnde & idẽ dicẽ
dũ in caſu nr̃o iuſpa. acquiſitũ de facultatib⁹ ecclæ, eſſe
ecclę, ſiue rector ecclam fundauerit proprio noĩe, ſiue
alieno, p ſupra allegata. Et fortificant oĩa p̃dicta p ea q̃
dixit Abb. in c. fi. de pecu. cleri. in tantũ acquiſita p recto
rem de facultatibus eccleſiæ, eſſe eccleſiæ, ꝙ ſi emerit
equum de redditibus ecclæ, erit ipſius eccleſiæ, ut ibi p
eum. ¶ Sextò adduco id quod voluit Abb. in conſi. 94. I.
Chriſti nomine. in q. hr̃dũ. in j. col. in 2. uol. ubi dicit pa-
latium emptum ex redditib⁹ regalibus, ſeu eccleſię oc-
cupatis per ciuitatẽ ſubiectã regi uel eccleſiæ, eẽ ipſius
fiſci, uel eccleſiæ, & non facientis illud, nec ciuitatis, & al
12 legat multa iura, ergo idẽ dicẽdũ in caſu nr̃o ¶ † Reſtat
mõ uidere unũ qualibet ꝓbabit eccleſiã, ſeu capellam
fuiſſe ædificatã, & dotatã de bonis eccleſiæ Et in hoc ẽ
13 dicendũ ſ̃m tex in c. j. de pecu. cler. † oĩa acquiſita per
p̃latum præſumi eſſe acquiſita de bonis eccleſiæ. niſi ha-
14 beat patrimonium. † ſicut & acquiſita per uxorem prę
ſumuntur acquiſita de bonis uiri. l. ẽt. C. de dona. inter
uir. & uxo. ut plene per doc. in d. c. 1. & in d. c. placuit. 12.
q. 3. ubi ẽt gl. & per doc. in c. j de teſta. ubi dixit Abb. in-
tantum præſumi pro eccleſia, ꝙ eccleſia ipſa habet in-
tentionem fundatam de iure communi ſuper omnib⁹
bonis poſſeſſis a prælato defuncto ut ibi per cũ. Et hoc
ẽt uoluit Firma. in d. trac. de epiſcopo, in 4. lib. in 4. par-
15 te in 3. q. ¶ † Quid aũt in prælato uel rectore habẽte &
p̃rimonialia, & beneficia quo dicent acquiſita? & dic ꝙ
& rõne p̃rimonij, & rõne beneficij, tex. eſt in c. j. 12. q. 4.
ubi dr̃, ꝙ ſi prælatus acquiſiuit p̃ſumet pariter acquiſi-
uiſſe ex bonis p̃rimonialibus, & eccleſię, unde debet fie-
ri diuiſio inter eccleſiam, & hr̃dem ſ̃m quantitatẽ patri-
monij, & taxationẽ beneficij, ponendo uictum p̃lati in
parte beneficij, uidelicet ut ex beneficio auferat victus
& ueſtitus p̃lati, & aliæ expenſæ neceſſariæ, & relinquũ
cõputabit ꝓ bñficio, p̃rimoniũ uero ponet integrũ nul
la facta defalcatiõe uict⁹. p ea q̃ dicit Abb. ĩ c. ep̃s. de p̃bẽ.
clericũ non teneri, nec debere militare ſuis ſtipẽdijs, &
idẽ qđ in p̃rimonio diceretur, ſi p̃latus uel rector fuiſſet
doctor, uel exercitiũ ſibi p̃miſſum feciſſet, ex qb. fuiſſet
lucrat⁹: qa hoc lucrũ abſq; defalcatione uictus debet re-

manere pro eo & haberi in ꝯſideratiõe, ſicut & pr̄imonium, de qua diuiſione ē recurrendū ad do. Abb ponēte plenā diſtinctionē in d.c.3. de pecu.cler. & ad Firma. in d.4.lib.in 4.parte in 3.& 4.q.¶ Vnde in caſu nr̄o ē dicendū, ꝙ ſi ꝯſtat eccleſiā eē ꝯſtructā & dotatā de bonis eccl̄e, iuſpa.erit illi⁹ eccleſiæ & nõ rectoris, nec hr̄dum eius, maxime ſi fundus eccl̄æ ſit vt diximus in p̄cedēti artic. & hoc mēbrū eſt clarū. ¶ Si vero dubitat̄, prima facie eſt præſumendū, ꝙ de bonis eccl̄æ ædificauerit & dotauerit, ſi eccl̄a erit diues, & ſi non habuit pr̄imoniū, doctrinam, vel artificium, niſi probetur contrarium. ¶ Si verò habebat pr̄imoniū, doctrinā ſeu artificium, & beneficiū, fiet ut ſupra diuiſio uictum ponēdo in fructibus beneficij, ſemper recurrēdo ad diſtinctionē Abb. in d.c.3. & ad Firma in d.3.q.q. licèt loquant̄ de prophanis acquiſitis, ſimili mõ diſtīguet̄ in iurepat. acquiſito.

16 ¶ † Nā ēt clericus fundādo, ꝯſtruendo, & dotādo eccleſiā de ſuo, & nõ eccl̄æ acquirit iuſpa. tranſmiſſiuum ad hr̄des, & extraneos, ut laicus, & cẽſebit̄ laicalis pr̄onus, vt late dixit Gay. in repe.c.fi. de elec.lib.6. in princ. 44. col. vbi ſubdit laicū habentē illud a clerico non cẽſeri vt clericus, ſed ut laicus pr̄onus. alleg. Franci.j.Cardi. in c.ex literjs. penul.q.hoc tit. qui ēt addit ante fi.d.col. clericū pr̄onum hr̄e pinguius ius q̃ laicū. & hoc in pr̄tatione vt ibi. de quo dicemus infra ſuo loco in 2. parte prin. & ꝙ pr̄onus clericus cenſeat̄ Laicus qñ nõ habet iuſpa. ex eccleſia, ſed ex ſe, uel anteceſſorib. ſuis diximus ſupra in j.q.prin. in 5.q.art, cū quatuor ſeq. ¶ Reperi poſt modū do. Roc. ī hoc trac. in verbo ius in 7.q.prin. 14. colū. ī verſ. 4.q. acceſſoria. ubi dicit ꝙ ſi cõpetit clerico iuſpa. rõne pr̄imonij ſui, cenſebit̄ pr̄onus laicalis, ut proxime diximus. Iō forma q. pone ꝙ clericus fundauerit & dotauerit eccleſiā, & dubitet̄, an de pr̄imonio, an de bonis eccleſię ſuę id fecerit, quō iudicabit̄ illud iuſpa. an eccleſiaſticū uel ſeculare: & certe hæc eſt impropria locutio: qa iuſpa. eccleſia: ſemper dr̄ eē eccleſiaſticū, pr̄oni, vero dnr̄ clerici uel laici, clerici illi q habēt iuſpa. rõne eccleſię, & laici illi q habent rõne pr̄imonij vel alia, nõ tñ ab eccleſia, qa q̃uis ſint clerici dnr̄ laici. vt late diximus ſupra in d.j.q.prin. in 5. artic. Et ſic eſt in caſu do. Roc. qa ex quo clericus habebat pr̄imoniū & beneficiū, ſi eccleſiā fundauit, & dubitet̄ de quibus bonis id fecerit pr̄imonij uel eccleſiæ, merito eſt dubitandū, an ille clericus cẽſeat̄ pr̄onus eccleſiaſticus uel laicus, & ſic an iuſpa. ſit acquiſitum illi eccleſiæ cuius erat beneficiatus, an ipſi⁹ clerici vt pr̄imoniale. ¶ Et reſpõdet iſtā q. tetigiſſe. Io de ligna. in c.dilectus. hoc tit. & illā nõ dediſſe. ¶ Reperijſſe poſtmodū do. Fel in c.ex literis. de ꝯſti. in j. decidētē iudicari iuſpa. eccleſiæ: qa in dubio cenſet̄ clericus illā eccleſiā dotaſſe de bonis beneficiorū: & rõ ſecundū eū eſt, quia clerici licite diſtribuunt fruct⁹ ī tales pios uſus, ſecundū nota. per Inn. in c.epiſcopus. de p̄ben. ¶ Et dicit do. Roc. iſtā rõnem do. Fel. non ꝯcludere. Et ſic credit deciſionem huius q. pendere ab alia q. quam tāgūt doc. Et maxime Abb. in c.3. de pecu. cleri. & in c.cū in officijs. & in c.cū eſſes. de teſta. in 11. col. in verſi. tertiò principaliter quæro, videlicet an acquiſita p̄ clericum cẽſeant̄ acq̄ſita de fructibus eccleſiæ an de fructibus pr̄i-

¶ Septimus art.1.q.prin.ſecundæ partis.1.Libri.

1 *Conſenſus epiſcopi in creatione iuriſpatrona requiritur expreſſus
& non tacitus.*
2 *Conſenſus epiſcopi in translatione iuriſpatro.requiritur expreſſus
& non tacitus, fallit in caſu.nu.5.*
3 *Nemo dat quod non habet.*
4 *Conſenſus ex taciturnitate non præſumitur in caſu odioſo.*

COntingit ſeptimo loco dubitari,an in translatio-
ne iuriſpatro.ſufficiat conſenſus epiſcopi tacitus,
uel requiratur expreſſus.Iſtum articulum genera
liter in omnibus,in quibus requirit̃ conſenſus epiſcopi,
ſufficere conſenſum tacitum tractauimus ſupra in pri-
1 ma parte in 2.q.princ.in 6. articu † magis in ſpecie tñ
loquendo de conſenſu qui requiritur in fundatione ec-
cleſiæ & creatione iuriſpatro. & tenuimus contra do.
Roch.ſcilicet ꝙ in creatione beneficij & iuriſpatro.nõ
ſufficiat conſenſus epiſcopi tacitus,ſed requirat̃ expreſ
ſus.Et reſpondendo ad auctoritatem do.Card.in c.cu-
ra.hoc titu.uolentis ſufficere conſenſum epiſcopi taci-
tũ,dedimus reſponſum illam procedere & loqui in cõ
ſenſu epiſcopi qui requiritur in donatione ſeu transla-
tione iuriſpatro.de uno laico ad aliũ , & ſic tenuimus
in huiuſmodi translatione ſufficere conſenſum epiſco
pi tacitum ſi ſciuerit translationem factã de iurepatro.
& tacuerit , remittendo tamen nos ad hic dicenda , &
hanc partem etiam ꝙ in translatione iuriſpat. ſufficiat
cõſenſus tacitus epiſcopi,uidet̃ tenere do. Roch.in hoc
tracta.in uerbo ꝓ eo ꝙ de diœceſani cõſenſu, in 8.q.dũ
reſpõdet ad motiuum Abb. & dicit ꝙ cõſtruere eccle
ſiam uel acquirere iuſpatro nõ ſit odioſum,& ponit il-
lum acquirere iuſpatro.ex translatione , & cõcludit tã
in conſenſu

in conſenſu qui requirit in fundatione eccleſiæ & crea
tione iuriſpatro. quàm in conſenſu qui requirit in alia
acquiſitione iuſpatro. puta ex tranſlatione ſufficere cō-
ſenſum tacitum epiſcopi. & in tranſlatione ēi do. Gay.
in repeti. c. fi. de electio. li. 6 in ultimis uerbis. in 35. col.
dicit iſtum conſenſum ſufficere tacitū. allegat Franc. id
eſt Cardi. in d. c. cura. in opp. in fi & in c. cum ſæculū, &
2 in c. relatum, in princ. & in c. ſuggeſtum, hoc tit. ¶ † Tu
conſidera ꝙ nec in hoc artic poſſum uidere quomodo
in tranſlatione iuriſpatro. ſufficiat conſenſus epiſcopi
tacitus & non requirat expreſſus. nam nulli dubiū eſt ſi
patronus ſine conſenſu epiſcopi donat iuſpatro. uni, &
poſtea cum conſenſu epi alteri, tenere ſecundam dona
tionē, ut notat in c. illud, in c. cum laici, in c. cura, & in
c. ſuggeſtum. hoc titulo, & ex hoc inter donatione pri
mo facta ſine conſenſu epiſcopi non tenen. remanſiſſe
iuſpat. apud donationē, quia alias non poſſet alteri do-
3 nare, † nemo. n. dat quod non habet. c. daibertum. 7. q.
1. inſuper ſi legatur iuſpatr. alicui, & non interuenit cō
ſenſus epiſcopi ante mortem legantis iuſpatro. tranſit
ad hæredem ſm Calde & Abb. in d. c. illud, & infra in
hac. 1 q. principa. in arti dicetur. ſi. n. ſufficeret talis cō
ſenſus ordinarii prædicta locum habere non poſſent,
quia licèt in prima donatione non interuenerit cōſen-
ſus epiſcopi expreſſus potuit interueniſſe tacitus & ſic
etiam in legato, & ſic nunquam potuiſſe iuſpatr. rema-
nere apud donantem uel apud hæredem legantis ex de
fectu non interuentionis conſenſus epi, quia ſemper pote-
rit dici interueniſſe tacitum. ¶ Niſi diceremus prædicta
poſſe uerificari & locum habere qñ clarum eſt epm nō
habuiſſe notitiam tranſlationis iuriſpatro. & ſic nō poſ
ſe præſumi conſenſus tacitus quod quidem rarum eſſe
poſſet, & ſic eſſet in pectore epiſcopi dicer ſe ſciuiſſe ta-
cite conſenſiſſe & dare materia fraudibus contra c. ſe
des, de reſcrip. vnde ego tenerem omnino requirendū
expreſſū maxime ex rationibus ſupra adductis in quar
to proximo artic. poſt Abb. in d. c. illud, hoc nt. debet. n.
indagare eps qui ſit utilior eccleſiæ donans uel donata-
rius, & an fuerit fictus cōtractus ſub uerbis gratuitis ha
bens effectum oneroſi. & an interuenerit ſimoniæ la-
bes quæ non poterunt indagari cum cōſenſu tacito ſic
præſumpto, & pro hac mea opinione facit motiuum
4 Abb. in c. cura. hoc titu † ꝙ in actu odioſo nō præſumit
conſenſus ex taciturnitate per notata in ea. qui tacet, &
in c. cum iam dudum, de præben. nec obſtat reſponſio
data ad hoc motiuum, per do. Roch. in d. 1. q. ꝙ cōſtrue
re eccleſiam uel acquirere iuſpat. non eſt odioſum, ſed
imò fauorabile, quia dico hoc eſſe uerum ex fundatio-
ne eccleſiæ cōſtructione uel dotatione & acquiſitione
iuriſpatr. ex eis, quia iſta ſunt fauorabilia eccleſiis. & ec
cleſiæ uniuerſali, ut latè diximus ſupra in prima parte
præſentis libri, in 1. q. principa. in ultimo artic. dum trā
ctabimus an iuſpatro. ſit fauorabile uel odioſum eccle
ſiis, ſed in acquiſitione iuriſpatro. ex trāſlatione de uno
laico ad aliū nullo modo poteſt dici fauorabile eccleſię
uniuerſali nec particulari ut de ſe patet, imò potius dā-
noſum mutando patronum ſine indagatione epi, & iō
odioſum ut dixerat Abb. & licèt uideatur fauorabile re
ſpectu ipſius noui patroni iuſpatro. acquirentis, eius fa-
uor non eſt conſideratione, ſed odium uel incommo-
dum eccleſiæ. Et ſic concludo ēt in trāſlatione iuriſpat.
requiri cōſenſum epi expreſſum, quicquid alii dixerint.
5 ¶ † Bene dicerem unum in quo ſaluari poſſent cōtra-
rium tenentes, ꝙ ſi tranſlatum fuerit iuſpatro. in aliquē
ſine conſenſu epiſcopi, & in aliquibus actibus patronis
ſpectantibus epiſcopus ſciens illum donatarium, & ue
lit donatarium illud admittat in iurepatro. nulli dubiū
eſt hoc ſufficere pro conſenſu. & quamuis uideatur ta-
citus mihi uidetur ſatis expreſſus. & pro hoc faciūt quæ
dicētur infra in proximo ſequēti arti. ¶ Et pro hac mea
opinione adduco quod uoluerunt Io. And. in c. nobis,
& ibidem do. Card. in 5. notabili, hoc tit. in huiuſmodi
nō ſufficere petere conſilium, ſed requiri conſenſum.
Et nulli dubium eſt plus eſſe petere conſilium quàm ni
hil dicere; & faciunt omnia quæ diximus ſupra in pri-
ma parte præſentis libri. in d. 1. q. prin. in 6. articu.

¶ Octauus arti 1. q. prin. ſecundæ partis. 1. Libri.

*1 Conſenſus epiſcopi an præſumatur interueniſſe in tranſlatione iu-
riſpatrona. uel eccleſia.*

1 ET ideo octauo loco quero: † an huiuſmodi cōſen
ſus ordinarii qui requiritur in trāſlatione iuriſpa.
uel eccleſiæ in dubio præſumatur interueniſſe in
ipſa trāſlatione. Et breuiter dicendum eſt ꝙ ſi reperitur
donatio uel legatum factum, & donatarium ſeu legata
rium in poſſeſſione ſeu quaſi ipſius iuriſpatro. puta ꝙ
præſentauit ipſe donator uel legatarius & tentus ac re-
putatus eſt in omnibus ut patronus præſumetur cōſen
ſum interueniſſe in ipſa donatione uel legato, non. n.
iudicandum eſſet illum alias permiſſum fuiſſe præſenta
re & alia agere tanto tempore, & ideo dixit Gay. in d.
repetitio. c. fi. de elec. lib. 6. in ultimis uerbis. 35. col. quē
allegauimus in præced artic. in huiuſmodi trāſlationi-
bus iuriſpatrona. ſufficere conſenſum tacitum epiſco-
pi quaſi uoluiſſet dicere ꝙ ſi epiſcopus ſcit trāſlationē
iuriſpa. & patit donatariū uel legatarium illo uti, hoc p
mittēdo uidetur tacitè cōſentire. ¶ Sicut dicimus ꝙ ſi
reperit eccleſia fundata, cōſtructa, & dotata, præſumet
cōſenſum epi illius interueniſſe, ut latè diximus ſupra in
prima parte præſētis libri in 2 q. prin. in 7. art. ubi addu
ximus plura ſimilia, & bene iſtam materiā digerim⁹;
ad quæ ibi dicta me remitto. ¶ Et ultra ea pro prædictis
facit qd dicit Abb. ſaluando glo. in 2. ſolu. in c. cura. hoc
tit. ſi reperit donata eccleſia a laico alicui pio loco, & eſ
ſe decurſum magnum tempus pręſumet cōſenſum epi
in donatione interueniſſe adducit glo. in c. peruenit, de
emptio. & uēdi. vñ idem dicēdū, & in cōſenſu qui requi
ritur in trāſlatione iuriſpat. quæ fit laico, & ita tene in
hoc arti. additis oībus quæ diximus in d. 7. art. 2. q. prin.
proxime præceden. ſecundæ partis huius ſecūdi libri.

¶ Nonus artic. 1. q. prin. ſecundæ partis. 1. Libri.

1 Eccleſia plerunque ſumitur pro iurepa. & nu. 28. remiſſiue.
*2 Donans ſeu legans aliquam eccleſiam pio loco nec detinebat, nec
iuſpa. in ea habebat donatio non tenet, nec legato etiam conſenſu
epiſcopi accedente.*
*3 Confirmans nihil de nouo agit, ſed tantum authorizat in exi-
ſtente.*
*4 Donatio ſeu legatio facta loco religioſo eccleſiæ quam quis tan-
tum detinebat occupatam de facto, quia poteus nec in ea habe-
bat iuſpatro. nec aliquod ius: ualet cum tamen conſenſu epi-
ſcopi.*
*5 Donatio eccleſia facta loco religioſo quam de facto quis tenebat
occupatam etiam reſpectu redditunm cum conſenſu tamen epi-
ſcopi tenet etiam quo ad temporalia. & nu. 9.*
6 Regula nemo poteſt plus iuris &c.
7 Eccleſia non poteſt poſſidere per laicum.
*8 Eccleſia detenta a potente poteſt donari cum conſenſu epiſcopi et
non requiritur conſenſus capituli.*
*10 Donans eccleſiam factam in loco religioſo quam quis detinebat
de facto occupatam habebat in ea iuſpa. tenet cum conſenſu epi
ſcopi, ſecus ſi ſine conſenſu epiſcopi, & tunc non transfertur
iuſpatro.*
11 Regula quod noluit potuit, quod potuit adimplere nequiuit.
*12 Donatio eccleſia facta loco religioſo in qua quis laicus habebat iuſ
patro. & conſtat eum nolle donare iuſpatro. ualet donatio iu-
riſpatro. etiam ſine conſenſu epiſcopi.*
*13 Donatio eccleſia facta loco religioſo in qua quis laicus habebat
iuſpa. & eam non detinebat de facto & conſtabat eum nolle do-
nare iuſpa. etiam cum conſenſu epiſcopi non tenet.*
*14 Donatio eccleſia facta loco religioſo quam quis detinebat de facto
& erat etiam patronus, an & quando teneat, & in quo intelli-
gatur tenere.*
15 Regula ſi non ualet quod ago ut ago &c.
16 Libellus in quo petitur eccleſia inſtituitur & capitur pro iurepa.

17 Regula

17 Regula ut actus potius ualeat quàm pereat.
18 Legans eccleſiam intelligatur legare iuſpa. & nu. 27. remiſſiuè.
19 Declaratio & intelligentia regularum quod uolui poſſit &c ſi non ualet quod ago ut actus potius ualeat &c.
20 Donatio eccleſiæ facta loco religioſo in qua quis habet iuſpatro. & quam alias alteri donauit & ille fuit canonice inſtitutus eccleſia ipſa non uacante an & quando teneat.
21 Donatio eccleſiæ facta loco religioſo in qua quis tantum habebat iuſpatro. ualet quo ad iuſpat. tantum accedente tamen conſenſu epiſcopi.
22 Caſus quando epiſcopus donauit ſimpliciter eccleſiam loco religioſo conſentiente patrono laico uel patronus laicus conſentiente epiſcopo dixiſſet dono tibi talem eccleſiam uidetur donata eccleſia quo ad proprios uſus excepto cathedratico & etiam iuſpatro.
23 Caſus ubi quis laicus fundauit conſtruxit eccleſiam tamen ea nõ conſecrata illam uult concedere loco religioſo. & etiam iuſpatr. an & quando ualeat iſta donatio ſeu conceſſio.
24 Eccleſia nondum conſecrata gaudet priuilegio eccleſiarum.
25 Ratio quare conſenſus epiſcopi requiratur in donatione eccleſiæ detentæ de facto per laicum.
26 Conſenſus ſuperioris non requiritur ubi quis uult donare iuſpatrõ compatrono.

QVæro nonò, an laicus donando, legando, uel cõ
cedendo, eccleſiam, ſeu illam tradendo aliquid
faciat, & quid faciat, & an donata eccleſia laico
requiratur cõſenſus epiſcopi ſi donatur pio loco, & an
uideantur trãſlata temporalia ipſius eccleſiæ uel iuſpa
tro. quod in illa habebat, & an patronus poſſit donare
temporalia eccleſiæ ¶ Iſta quæſtio propter diuerſitatẽ
iurium uidetur nimium intricata, & licèt ſint multi ar
ticuli opus eſt ꝙ omnes ſub uno diſcutiantur pro habẽ
da clara ueritate quamuis doctores ſoleant etiã ſequen
tem articulũ cum iſtis includere, prout facit Abb in c.
illud, hoc titu. placuit mihi pro maiori ordinatione ſic
facere. ¶ Do. Goffr. conciuis meus in ſumma huius tit.
in ultimis uerbis dicit patronum donando tradẽdo &
concedendo eccleſiã uel inſtituendo in ea, quo ad illã
nihil agere, allegat c. ulti. hoc tit. verũtamen dicit ipſe
ſiquis utatur tali ſimplicitate uerborũ, dono tibi eccle-
ſia & concedo, donare intelligit quod habet in ea, vi-
2 delicet iuſpatro allegat c. quod aũt hoc tit. † nã plerun-
que hoc nomen eccleſia pro iure patro. ſupponit, alle-
gat c. ſi plures, & c. nemini. 16. q. vlti. ¶ Glo. modo in d.
c. nemini, recitatis opinionibus dicit unum ſiue ſit ec-
cleſia ſiue iuſpatro. bene poſſe concedi monaſterio, dũ
tñ habeatur conſenſus epi, allegat c. cõſultationibus, de
dona. & d. c. nullus. hoc tit. ſimiliter dicit eccleſiæ ſecu-
lari, allegat c. cum ueniſſent, de reſtitu. ſpolia. & ſic uide
tur uelle ipſam eccleſiã poſſe donari alteri cũ conſenſu
epi quę opinio fuit Io. Theoto. ¶ Superuenit gl. Bernar.
in c. de monachis, de præben. dicẽs in hac materia ꝙ ſi
religioſi habent eccleſias ex conceſſione laici uel cõfir-
matione epi habent tunc temporalia. Adducit in argu-
mentum c. vlt. 15. q. 1. & c. cum & plantare. §. in eccle-
ſiis, de priuile. & ſubdit non accedente conſenſu epiſco
pi nihil ualere conceſſionem laici. alleg. c. quod autẽ.
in fi. c. illud, hoc tit. & quo ad hoc vltimum idem dicit
glo. ſi in fi. in d. c. quod autem. ¶ Glo. vero prima in c. il
lud hoc tit. dicit ꝙ ſi ↄceditur eccleſia prout in illo tex.
ubi latius ſecundum opiniones aliquorum intendebat
dare eccleſiã quo ad proprietatẽ uel in uſus proprios,
hoc facere nõ poterat. allegat tex. in c. paſtoralis, de do-
na. & tex. in c. nouerint. 10. q. 1. & in c. ſic quidã. Et hoc
quia nõ vacabat, & alter eam poſſidebat, quaſi uelit ꝙ
ſi nõ poſſidebat cum conſenſu epi concedi poterat, &
ſubdit ſecus eſſe ſi dediſſet iuſpatro. quia ẽt ſine cõſenſu
epiſcopi tenet donatio. Contrariũ tamẽ in hoc ultimo
dicit ibidẽ in glo. penulti. ſed primum eius dictum ẽt te-
nuit in glo. ultima in c. cura. hoc tit. ¶ Gl. uero in c. nul
lus. hoc tit. dicit ꝙ donãdo eccleſiã uidet̃ donare iuſpa-
tro. quia illã donando quod ſuum eſt donare uidet̃, &
dicit̃ requiri cõſenſus epi. alleg. c. paſtoralis, de dona. &
idem tenet in ſequen. glo. & tenuit gl. penul. in d. c. ↄſul
tationibus. de dona. ¶ Refert poſtmodũ dñm Rochũ
in hoc tract. in uerbo, ipſe uel is a quo cauſam habet, in
21 q. quærentem an ſi patronus dicat, dono eccleſiam,
per hoc cenſeatur donaſſe iuſpatr. quod in ea habebat,
& concludit ꝙ ſic, dummodo cõſenſus epiſcopi inter-
ueniat, & ſic proſequitur hanc ſolam partem huius no
ſtri articuli, & eius dicta dicemus infra cum hoc in ſpe-
cie in ſuo caſu tractabimus. ¶ Et eodem modo quærit
de hac parte Pau. de Cita. in hoc tractatu in 10. q. dum
quærit an transferat̃ iuſpatro. cõceſſione eccleſiæ in al
teram eccleſiam facta, & idẽ Pau. in hoc tract. in 6. par
te in 30. q. tractat de intellectu c. illud, hoc tit. ¶ Ego ue-
rò ut omnia habeantur clara diſtinguam materiã per
caſus qui accidere poterunt, & cuncta comprehendã.
2 ¶ † Primus igitur caſus eſt quando aliquis laicus donat
aliquam eccleſiam quam nec detinebat, nec iuſpatr. in
ea habebat, & tunc eius donatio legatum uel cõceſſio
non eſt in conſideratione etiã ſi conſenſus epiſcopi in-
terçederet, quia nemo dat quod nõ habet. c. daibertũ.
7. q. 1. vnde cũ iſte nihil iuris habebat nil dare poterat,
nec epiſcopi conſenſus aliquid operabitur, quia confir-
mat actum quem ille facit, ſed ille nihil agit, nec cõſen
3 ſus aliqualiter ſuffragabitur, † quia confirmans nihil de
nouo agit, ſed tantum auctorizat rei exiſtenti, & ſic nõ
exiſtenti non prodeſt. c. inter dilectos, de fide inſtr. & p.
totum tit de cõfirma. utili uel inuti. & hic caſus eſt cla-
4 rus. ¶ Secundus † eſt caſus. quando aliquis laicus qui nõ
habebat iuſpat. uel aliquod aliud ius quod de iure poſ-
ſet ſibi competere in eccleſia, ſed tãtùm illam quia eſt
potens de facto detinet occupatam, & iſte eam alicui
loco religioſo donãdo ſine cõſenſu epiſcopi nihil agit,
cum conſenſu tamen donare intelligitur ipſam eccle-
ſiam, & tenet donatio, & non eſt putandum an intelli-
gatur donaſſe iuſpatro. uel aliud ius cum nihil iuris ha-
bebat niſi ſolam detentionem, quia tenebat illã eccle-
ſiã occupatam. arg. ad hoc. c. cũ apoſtolica, de his quæ
fiunt a præla. per auctoritatem ſanctiſſimi patroni mei
Hieronymi introductam ſcribentis ad Damaſum dicẽ
tis, vt ſi aliqñ fuerint a laicis male detẽta quæ diuini iu-
ris eſſe noſcũtur, & in vſus tranſierint monachorũ, epõ
loci præbente conſenſum præſtabunt eis omnia perpe
tua firmitate ſubnixa, cuius uerba habent̃ in c. quoniã
quicquid. 16. diſtinct. & ẽt per auctoritatem latẽ. conci.
12. q. 2. c. ſine exceptione. ubi eſt inhibitum ne qualibet
religioſa perſona eccleſias & decimas de manu laicorũ
ſine cõſenſu epiſcoporũ recipiat, & huiuſmodi auctori
tates ponunt̃ in d. c. cum apoſtolica. Et illam opinionẽ
tenet do. And in d. c. de monachis, de præben. ubi cum
glo. dicit laicum donando eccleſiam uideri donare tẽ-
5 poralia etiam illius ſi dãnat illam, ut ibi per eum, † ſed
eũ ſaluat qñ fieret iſta donatio a laico qui de facto poſſi
debat totam eccleſiã ẽt reſpectu redditũ, & eã poſtmo
dum cõtulit loco religioſo de conſenſu epi, quia tũc vi
det̃ donationẽ tenere & intelligit̃ etiam quo ad tempo
ralia, & dicit ſic loqui c. ultimũ. 15. q. 1. & d. c. cũ apoſto-
lica, allegatum in glo. unde pro caſu noſtro habemus
in terminis auctoritatem dñi An. ſed dñs Abb in d. c. de
monachis, poſt medium penul. col de præben. damnat
6 hoc dictũ do. And. † quia ex quo nemo poteſt plus iu-
ris & c. regula nemo poteſt. de reg. iur. lib. 6. & iſte deti-
nens nullum ius habeat cum ſit occupator, nihil ualet
donatio. ¶ Ad iura uero allegata per ipſum reſpõdet, il
la loqui qñ laici habent decimas cũ titulo, prout eſt ti-
tulus feudalis, ut in d. c. cum apoſtolica. ſed iſte detinẽs
nullum habet titulũ. ¶ Damnat etiam ex alio, quia di-
cta iura habent locum qñ non poterat donatio uerifi-
cari niſi quo ad totum ius prout erat ibi decimarũ, ſed
in caſu ſuo dicit ipſe poterat uerificari quo ad iuſpatro.
¶ Iſta tamen reſponſio non militat in caſu noſtro cũ
formauerimus caſum in donãte qui nõ habebat iuſpa.
¶ Sed tenendo opinionem noſtram in caſu noſtro re-
ſpondebimus ad dicta per Abb. nã licèt ſit uera regula
nemo poteſt plus iuris &c. tamen hoc procedit in caſu

oſtron

noſtro ob potentiam detinentium, quia cũ non poſſet
eccleſia aliter abſtrahi a manibus eorum, & incõgruũ
ſit eccleſiam eſſe in eorum poſſe, hoc permittit̃ a iure.
vnde dat quod habet, ſ. detentionem remittendo eccle
ſiam quam occupatam & de facto tenebat, & ab eo ha
beri non poterat, & ſic in hoc uerificabit̃ cum in alio
uerificari nõ poterat, ex quo nihil aliud iuris habebat,
ut ſupra diximus. ¶ Nec obſtat reſponſio data ad d. c.
cum apoſtolica, ꝙ loquatur qñ laici habent decimas cũ
titulo & ideo permittatur, nam replicatur ad hoc pon
derari ibi titulus, quia decimæ non erant aliter datæ, &
ad propoſitum illius qõnis. quia nõ fiebat alienatio rei
eccleſiæ ſed alterius, ſ. illius qui habebat titulum, uñde
non requirebat̃ conſenſus capituli, ſed hic non eſt con
ſiderandus conſenſus capituli cum non agat̃ de aliena
tione iuris eccleſiæ nec alterius, ſed de liberatione ec-
cleſiæ a manu potentis laici incapacis, & ut redeat ad
poſſe perſonarum religioſarum, ¶ Et ꝙ etiam ſi detinẽ-
tur eccleſiæ ſine titulo poſſit fieri iſta datio cum cõſen-
ſu epĩ ꝓbat dicta auctoritas beatiſſimi Hieronymi dũ
dicit, cum fuerint a laicis male detenta quæ diuini iuris
eſſe noſcunt̃ &c. & etiã auctoritas latè Concilium pro
prie dicit eccleſias & decimas non eſſe dicendũ ſi adeſ-
ſet titulus male detineri nec eccleſiæ quãtum in ſe ſunt,
poſſunt aliquo iuſto titulo concedi laicis ex occupatio
ne. ergo loquunt̃ auctoritates prædictæ, unde uera erit
opinio dñi Antonii reducta ad caſum noſtrum, & pro
hoc facit ſummariũ Abb. c. prohibemus, de decimis.
ubi colligit iuncta gl. non poſſe laicum transferre deci-
mas in alium laicum ẽt ſi cũ titulo illa poſſideat. ergo ſi
ſine titulo poſſidet, & uult eas concedere religioſis pſo
nis cũ conſenſu epĩ poterit. quod demõſtrat illa datio
ampliatiua ẽt ſic cum tit. ¶ Et iſtam opinionem tenuit
Abb. ſibi cõtrarius in d. c. illud, in 1. col. in uerſi. ſed opp.
hoc tit. ubi opponit cõtra illũ tex uidetur n. dicit ipſe,
cum conſenſu epĩ non poſſe laicum concedere eccle-
7 ſiam. † cuius contrarium hic innuitur cùm laicus non
poſſit eã poſſidere, ut in c. cauſam, de præſcrip. & ꝓ nõ
dato habet̃ &c. c. cum autem. hoc tit. ſolu. dicit ipſe do-
ctores intelligunt tex. in eccleſiis quæ de facto detinen
tur a laicis potentibus, unde ut eripiant̃ a manibus eo-
rum iura concedunt ꝙ interueniente auctoritate epi-
ſcopi ualeat conceſſio facta loco religioſo uel alteri ec-
cleſiæ. & adducit ſimile de decimis, & allegat d. c. cum
apoſtolica, & ſubdit & intellige qñ laicis concedit im-
proprietatem, nam in titulum nullo modo cõcedere
põt, nec iura hoc permittunt, quinimmo laicus conſe-
rens excõmunicat̃ ſaltem minori excõmunicatione,
vt in c. ſi quis deinceps. 16. q. 7. ¶ Et hoc idem uoluit do.
Car. poſt prin. latè in d. c. illud, in fi. primæ col. & ĩ prin.
8 ſequen. in quarta opp. hoc tit. ubi dicit † ꝙ qñ detinet̃ ec-
cleſia a potente &c. non ſolum poteſt donari loco reli
gioſo cum conſenſu epĩ, ſed etiã nõ requirit̃ conſenſus
capituli, & allegat d. c. cũ apoſtolica. ergo ſẽtit ibi Car.
ſol. quam ſupra dedi. & poſtea idem Car. dicit in 5. opp.
hoc non procedere ſi concedit in titulum. Et circa illud
an ſit excõmunicatus, dicit iura tantum dicere ꝙ com
munione priuat̃ &c. hanc eandẽ ſententiam tenuit idẽ
Abb. in c. cura. in 1. nota. hoc tit. cum intelligit illũ text.
ubi donat̃ eccleſia a laico, quia ab ipſo de facto ex quo
potens detinebat, ut ibi per eum. quod etiã dixit Abb. in
c. nullus, in 2 nota. hoc tit. ita illum text. intelligendo ꝙ
de facto iura ſpiritualia detinebant. Iſta cõcluſio poteſt
probari in dictis iuribus. ſ. c. quod autem. c. illud. c. cura
nobis, & in c. ſuggeſtum, hoc tit. ſed quia iſta iura præ-
ſupponunt illum qui tenebat eccleſiam eſſe etiã patro
num illius, ideo melius probabũt ſequentes opiniones
9 ſeu caſus, quia alias nõ facerent ad titulum. ¶ † Ad unũ
tamen eſt aduertendum, ꝙ ſi ſecundum præſentem ca
ſum eccleſia donatur loco religioſo uident̃ etiam do-
nata temporalia ipſius ſecũdũm do. An. ubi ſupra, hoc
.n. eſt uerum ſi ille laicus qui tenebat eccleſiã, tenebat
etiam redditus, ſed illa ponebat aliquẽ ut illi deſeruiret,
cui dabat partem uel oẽs redditus. Ita etiã obſeruabit

locus religioſus cui erat donata eccleſia, ne illa patiat̃
defectum in ſeruitio. arg. d. c. de monachis. de præbẽ.
10 ¶ † Tertius eſt caſus qñ aliquis laicus patronus alicuius
eccleſiæ qui non ſolum eſt patronus nec de illo tãtum
contentat̃, ſed detinet etiam ipſam eccleſiam occupa-
tam & donat ſeu legat loco religioſo illam eccleſiã &
non iuſpatro. & hoc conſtat, & tunc ſi iſta donatio uel
legatum fiat cum cõſenſu epĩ tenebit ſicut in caſu præ
cedenti cum idẽ ſit caſus, excepto ꝙ ultra ꝙ detinebat
eccleſiam erat etiã illius patronus, ſed ſi fiat ſine conſen
ſu epĩ donatio uel legatum de eccleſia non tenebit, &
iſte eſt caſus in d. c. illud ſm Abb. ibi in princ. 2. colu. in
primo membro diſtinct. & hic eſt text. in c. quod autẽ,
unde ẽt iuſpatro. non transfert̃, & ratio eſt, quia illud iuſ
patro non intendit concedere, & donatio ſumit uires
ab intentione donationis, vt in l. nec ignoras. C. de do-
natio. ergo non ualet conceſſio eccleſiæ quæ non pote
rat illam concedere ſine conſenſu ſuperioris ut dixim⁹
in præcedenti caſu, nec conceſſio iuriſpatro. quia non
11 intendebat illud concedere, † unde habet locum i lla
regula, qđ noluit potuit, & quod potuit adimplere ne-
quiuit, ut in c. cum ſuper, & in c. qm̃ Abbas, de offi. dele
ga. & in l. multũ intereſt. C. ſi quis alteri uel ſibi, ita Abb.
in d. c. illud, in prin. ſecundæ col. ubi in fi. iterum repli-
cat, & iſto caſu ꝓprie põt intelligi ille tex. & c. quod au-
tem, hoc tit. & iſto ẽt caſu põt uerificari gloſſ. in d. c. de
monachis, de præben. ꝙ intelligitur data eccleſia. Iſto
caſu etiam reſpectu reddituum ſi ipſe patronus laicus
redditus tenebat occupatos ut diximus ſupra in ꝓximo
præcedenti caſu. & pro iſto caſu etiam faciunt iura alle
gata in d. glo. c. de monachis, uidelicet c. ultimum. 15. q.
1. & d. c. cum apoſtolica, & ultra dicta in præcedenti ca
ſu non obſtat reſponſio Abbatis, ꝙ ideo illud erat in di-
ctis iuribus, quia nõ poterat donatio uerificari niſi quo
ad totum ius, ſed in caſu noſtro poſſet uerificari reſpe-
ctu iuriſpat. ex quo ꝯſtat uoluiſſe eccleſiam & non iuſ-
patro. donare. faciunt omnia dicta in præcedenti caſu,
& hoc idẽ tenet Card. in d. c. illud, in prima opp. dũ lo-
quitur qñ conſtat eccleſiam & non iuſpatr. uoluiſſe do
nare, & adducit dictã regulam quod noluit potuit &c.
12 nã ita eius dicta intelligunt̃. ¶ † Quartus eſt caſus qñ ali-
quis laicus eſt tantum patronus & non detinet eccleſiã
de facto, & conſtat aperte nolle donare iuſpatro. quod
habet in ea, ſed ipſam eccleſiã donat ẽt cum conſenſu
epĩ. Et hic caſus non tangit̃ per doctores, ſed deciderẽ
cum nihil ualere ipſam donationẽ, ex quo donat quod
nõ habet. d. c. daibertũ. 7. q. 1. nec conſenſus epĩ põt hic
aliquid operari, quia confirmatio nõ donat aliquid de
nouo. d. c. inter dilectos, de fide inſtrumen. & per totũ
titulum, de confir. utili uel inuti. unde cum donatio fir-
met uires ab intentione donantis d. l. nec ignorat. C. de
donatio. Et intentio ſua non fuit donare iuſpatr. ſed ip
ſam eccleſiam quam etiã de facto non habebat nihil
operabit̃ ſua donatio. per d. reg. quod noluit potuit, &
in iſto caſu põt uerificari conſiliũ Roma. 177. licuit ipſi
13 no. in ſecundo dubio. ¶ † Quintus eſt caſus qñ aliquis
laicus eſt patronus alicuius eccleſiæ, & conſtat eum uel
le donare uel aliter transferre iuſpat. quod in ea habet.
& tunc ſumus in caſu ordinario, & ex quo donatur lo-
co religioſo non requirit̃ conſenſus epĩ, per c. unicum,
hoc tit. in prin. lib. 6. & per ea quæ latè dicemus, infra in
14 proxi. ſequen. artic. ¶ † Sextus eſt caſus qñ laicus eſt pa-
tronus alicuius eccleſiæ, & illam ẽt de facto detinet &
donat ſeu alter transfert eccleſiam quid uideat̃ donare
ſeu transferre ipſam eccleſiã quam detinet uel iuſpatr.
quod in ea habet aut utrũque? ex quo nõ apparet quid
donat, quia ſimpliciter eccleſiã donauit ſeu cõceſſit, &
Abb. in d. c. illud, in 2. col. in uerſi. uenio ad tertiũ diſtin-
guit, aut ꝯceſſit eccleſiã cũ cõſenſu epĩ. & transfert iuſ-
patr. & omne ius quod habet in ea adducit in arg. c. pa-
ſtoralis. de dona. & c. quod aũt. hoc tit. & quod ibi nota
tur in glo. aut cõceſſit eccleſiam ſine conſenſu epiſco-
pi, & non tenet conceſſio in aliquo. quia peccat in for-
ma, ex quo non eſt facta conceſſio eccleſiæ, ut decet. ſ.

cum conſenſu epiſcopi nec iuriſpatro. quia non expreſ
ſit hoc. Et iſto caſu dicit ipſe Abb. poteſt intelligi tex. in
d. c. illud nā ibi non diſtinguit animus donatoris, & pa
tet in illo valere conceſſionē eccleſiæ factā per laicos,
& hoc etiam tenet do. Car. in d. c. illud, in 1. col. in ſecun
da opp. & dicit ideo eſſe quod in primo membro dici-
tur, quia donatio debet valere inquantum pōt, & alle-
gat d. c. paſtoralis, & ꝙ ſecundum primum membrum
tranſeat etiam iuſpatro. tenet Calde. in d. c. illud, quem
refert Abb. in d. c. quod autem, ſuper glo. 2. ¶ Quo ve-
ro ad ſecundum membrum, ſcilicet qn̄ epiſcopi cōſen
ſus non interceſſit, vt in d. c. quod autē. Vincen. & Phi-
lip. fuerunt in contraria opinione. Vincen. etiam dixit
tranſire iuſpatro. quia intendebat transferre omne ius
quod habebat in eccleſia, quaſi uelit dicere licet nō trā
ſtulerit eccleſiā, quia non affuit conſenſus epiſcopi, tñ
tranſtulit iuſpatro in quo non requiritur cōſenſus epi-
ſcopi. ¶ Phi. contra, quia intendebat conferre eccleſiā,
& non iuſpat. quaſi uelit dicere uerba conceſſionis ui-
dentur aperte demonſtrare uoluiſſe conferre eccleſiā,
ſed hoc non tenuit ex defectu conſenſus epi, & cōceſ-
ſio iuriſpat. non fuit facta, quia de eo non eſt loquutus,
15 ſubdit debere habere locum illa regula, † ſi non ualet
quod ago ut ago non valebit vt ualere pōt. & regula
quod noluit potuit &c ut in d. c. cum ſuper, de officio,
deleg. & iſta opinio Phil. placet Abbati in d. c. quod au-
tem, ſuper glo, ſecunda hoc tit. per tex. illum qui uidetr̄
innuere illam cōceſſionem fuiſſe nullam, quia nō in-
teruenit conſenſus epiſcopi, & clarius dicit probari in,
d. c. illud. ubi dicit hoc ēt tenere Calde. ¶ Et cū opinio-
ne Phil. tranſit do. An. & Abb. in d. c. illud. Cum opi. ve-
rò Vincentii concludit Io. And. Imo. & Abb. ſibi con-
trarius in d. c. de monachis, ubi formaliter dicit ꝙ hoc
caſu peccatur in materia & non in forma, & propter
ea donatio tenet. ¶ Do. Roch. in hoc tracta. in uerbo
ipſe uel is quo. in 21. q. de iſto ſolo caſu tractat, & recita
tis opinionibus Philip & Vincētii dicit ſibi magis pla-
cere opinionē Vincentii & illā cōprobat, quia ſi dona
tio fiat de ſolo iurepatr. loco religioſo tenet ēt ſine epi
cōſenſu. d. c. illud, & diximus in proximo præcedēti ca-
ſu, ergo eodē modo qn̄ donatr̄ eccleſia in qua donās ha
bebat iuſpatro. quia ſic præſumitr̄ uoluiſſe tantūmodo
donare iuſpatro. ut ſupra probatum eſt, ergo nihil eſt
quod ſuadeat conſenſum epi debere interuenire ma-
gis hoc caſu q̃ alio, & hanc opinionē tenendo dicit nō
obſtare dictum c. quod aūt, & d. c. illud, quia debent in-
telligi ut loquantr̄ quando donans intendebat donare
proprietatem eccleſiæ, & non iuſpatro. prout etiā dicit
Abb. ibi ſuper glo. 1. in primo membro ſuæ diſtinctio-
nis ibi facto. ¶ Comprobat ēt præmiſſam concluſionē
per illud quod dicit Abb. in c. pro illorum, in 1. not. de
16 præben. ubi decidit † ꝙ ſi patronus cuius iuſpatr. ab alio
occupatr̄ porrigat libellum contra illum dicendo peto
eccleſiam mea, libellus ſuſtinetr̄ & exponitr̄ eccleſiā. i.
iuſpatro. quod ēt dicit firmare dñs Fely. alias auctorita-
17 tes allegando in c. auduis, in 2. col. de præſcrip. ¶ † Ad-
duxit etiam pro hoc rationē ut actus potius ualeat q̃
pereat. arg. l. quotiens. ff. de rebus dubiis. ca. Abbatē, de
verbo. ſignifi. ſi n. cenſeretr̄ donaſſe ipſam eccleſiā non
18 ualeret donatio, cenſebitr̄ igitr̄ donaſſe iuſpatro. ¶ † Fa-
cit etiam quod dixit Bal. in l. non numērta. C. de legatis,
ꝙ legans eccleſiam cenſetr̄ legare iuſpatro. quod in ea
habet. ¶ Hoc idem uoluit Pau. de Cita. in hoc tractatu
in 9 par. in 10 q. ubi dicit ꝙ ſi quis uult concedere eccle
ſiam in genere cum omni iure pōt cum conſenſu epi,
& poſtmodum tranſit ad translationem iuriſpat. cum
uniuerſitate bonorū, & in particulari de qua diximus
ſupra, in 1. artic. ¶ Certe opinio Vincētii videtr̄ æquior.
opinio uero Philippi ucrior quia dici poſſet donatorē
habuiſſe intentum donandi eccleſiam & nō iuſpatro.
& cum donatio eccleſiæ non teneat ex defectu conſen
ſus epiſcopi non debet ualere quo ad iuſpatr. ad quod
forte intentum nō habuit donator. ¶ Non obſtant mo
tiua domini Rochi, & primo, primum ꝙ licet non re-
quiritur conſenſus diœceſani cum donatur iuſpatr. ſo
lum pio loco. Ita etiam cum donatr̄ eccleſia in qua in-
cluditur iuſpat. nam hoc concedo ſi appareret de intē
tione donantis ꝙ uoluerit donare iuſpatro. & ideo ceſ
ſat motiuum domini Rochi ¶ Non obſtat etiam illud
quod adducit de libello dicente, peto eccleſiam meā.
cum uoluerit petere iuſpatro. & de legante eccleſiā ꝙ
videatr̄ legare iuſpatro. ut dicit Bal. quia illa dicta proce
dunt. & ita loquuntur qñ petens uel legans eccleſiā non
habebat eccleſiam occupatam, nec erat illius detētor,
ſed ſolum habebat in illa iuſpatro. illud igitur uidetur
petiiſſe uel legaſſe, ut dicetr̄ infra in octauo caſu. ¶ Mini
me obſtat illa ratio, ut actus potius ualeat q̃ pereat. nā
ſubdit ibi Rochus ꝙ ſi cenſeretr̄ donaſſe ipſam eccleſiā
non ualeret donatio, quia laicus eccleſiam uel aliud ſpi
rituale poſſidere non pōt c. cauſam, de præſcrip. cū ſi-
milibus. Et ſic præſupponit Rochus donantem nō poſ
ſidere eccleſiam, ut ergo actus potius ualeat quā pereat,
dicemus uoluiſſe donaſſe iuſpatro. quod habebat, quia
ſic uerificari poſſet, & nō aliter ualide nec inualide de
pendens a donante, & iſta re uera fuit mens Philippi
19 † qui dat pulchram intelligentiam ad iſtas regulas ſeu
rationes, ut actus potius ualeat q̃ pereat, & ſi non ualet
quod ago ut ago nō ualeat, uel ualeat ut ualere poteſt.
& quod noluit potuit &c. habeant locum cum agēs ſeu
actum faciens poſſit duo facere. puta concedere eccle
ſiā quam de facto poſſidet & iuſpat. quod in ea habet.
ſi ergo donat eccleſiam in qua donatione requiritr̄ con
ſenſus epi, & non interuenit, quia non ualet quod agit
ut agit, ſ. donare eccleſiam, non ualebit ut ualere pōt, ſ.
donatio iuriſpatro. & quia actus quem egit non tenuit
vt egit potius debet perire, ex quo illum non fecit ut fa
cere poterat & debebat ſcilicet donare eccleſiā cū con
ſenſu epiſcopi q̃ præſupponere alium actum quem nō
fecit, ſcilicet donare iuſpatro. Et ſic iſtæ duæ regulæ cō
cordantur cum illa quod noluit potuit, ſ. donare iuſpa-
tro. & quod potuit. ſ. donare eccleſiam cum conſenſu
epi adimplere nequiuit, idest ſine cōſenſu epiſcopi do-
nauit, & ideo donatio non tenuit. ¶ Si uero agens actū
non habet in poſſe ſuo duo facere quia nō habet eccle
ſiam in poſſe ſuo, ſed tantum habet iuſpatro. in ea licèt
faciat actum quem nō habet in poſſe ſuo, puta quia do
nat eccleſiā, quia ceſſat ratio hoc agere poſſe ut potius
actus ualeat q̃ pereat, erit dicendum ꝙ donauerit iuſpa
tro. quod donare poterat loco religioſo ſine conſenſu
epi, & eodem modo ſi non ualet quod ago, ut ago, ſci-
licet donare eccleſiam quā non habeo, ualebit ut uale-
re poterit, ſcilicet ꝙ intelligatr̄ donaſſe iuſpatr. quod ha-
bebam & donare potuit, & in hoc caſu cū agēs unum
tantum agere poteſt, non poteſt habere locū illa regu-
la quod noluit potuit, quod uoluit adimplere nequiuit,
quia licèt potuerit quod noluit, ſcilicet donare iuſpatr.
quod habebat, tamen de eius uoluntate non cōſtabat,
& ideo quod potuit dicetur impleuiſſe ſcilicet donaſſe
iuſpat. quod habebat, vel clarius pōt dici quod uoluit. ſ.
donare eccleſiam adimplere nequiuit, quia non potuit
adimplere, quia non habebat in poſſe ſuo, & quod po-
tuit non conſtat de uoluntate, ergo hæc regula nō pōt
uerificari in agente ualente unum tantum agere, nota
iſta quia non reperies ab aliis ita declarata & ſunt ſubti
20 lia uera tamen & pulchra. ¶ † Septimus eſt caſus qn̄ lai
cus habet iuſpatro. alicuius eccleſiæ, & ipſam eccleſiā
dat cui uult, & ille cui datr̄ eſt canonice inſtitutus, & ea
non uacante vult illā alicui, vel aliquibus religioſis do-
nare uel conferre, & iſto caſu eſt etiam diſtinguendū.
¶ Aut vult illā in titulum dare alicui priuato, ſ. clerico
nō intelligas laico qui dicitr̄ priuatus reſpectu collegia-
tarū eccleſiarū non ꝙ ſit perſona priuata, quia ex quo
presbyter ſeu clericus eſt perſona multū digna, vt dicit
Bene. in tex. infra allegādo & hoc fieri non pōt. ¶ Aut
vult illā conferre alicui loco religioſo cum cōſenſu epi-
ſcopi, & illius qui eſt in illa inſtitutus, quia in eius uita ſi
bi præiudicare nō pōt, & ualebit iſta collatio iuriſpa &
eccleſiæ quia erit quædam unio, & ita intelligitr̄ tex. in
c. conſul-

c.conſultationibus,de donatio. Et ideo ponderatur ua
catio in d.c.illud.ſecundùm Cardi.ibi in prima opp. &
21 etiam in 6.opp.¶ †Octauus eſt caſus, qñ laicus non ha
bet niſi iuſpatr.in aliqua eccleſia,& donat loco religio-
ſo eccleſiam etiam cum conſenſu epiſcopi, & dicit gl.
in d.c.illud,de monachis, & gl. 16. q.2. in ſumma ꝙ ex
tali conceſſione cum conſenſu epi transfertur ius in re
ligioſis non ſolum reſpectu præſentandi, ſed etiã quo
ad temporalia illius eccleſiæ,allegat c.ultimum.16. q.1.
¶ Superuenit Abb.in d.c.de monachis, in penulti. col.
in uerſic.ad primum,dicit glo.& dicit ſibi nunquã pla-
cuiſſe hoc dictum ,nam cùm laicus patronus non ha-
beat niſi iuſpatro.in illa eccleſia, nec põt diſponere ali-
qualiter de temporalibus illius,ut probatur.10.q.1.c.no
uerint.non poteſt plus iuris transferre in religioſos q̃ ip
ſe habebat,ut in reg.nemo poteſt,de reg.iur. lib.6. Nec
obſtat confirmatio epiſcopi, quia illa non donat aliqd
de nouo,ſed tantum auctorizat donationem factam.c.
inter dilectos,de fide inſtr.& per totũ tit. de confirma.
vtili uel inutili,nec obſtat.c paſtoralis,de dona. quia nõ
loquitur in terminis huius caſus ſed ſequentis caſus.
¶ Nec etiam obſtat ꝙ laicus donando eccleſiam uidetᷣ
donaſſe non ſolum iuſpatro.ſed ipſam eccleſiã, & uer-
ba ſunt concepta in eccleſiam & non in iuſpatro. quia
ex quo eccleſia non erat ſua,illam dare non potuit, de-
dit ergo quod habuit d.c.paſtoralis , & uidetur dediſſe
quod ſuum eſt.arg.l.ſerui electione.ff.de lega.1.& Ita ẽt
impugnat do.And ſed ſaluat dictum glo.tantum in ca
ſu de quo ſupra in ſecundo caſu diximus.Et iſtam opi-
nionem Abb.uidetur ſequi Roch.in d.conſi.177. licuit
ipſi notario,in ſecundo dubio,ſed certe dicta glo. in d.
c.de monachis,etiam præallegata glo.ſummæ.16. q.ſe-
cunda.poſſunt ſaluari, quia non loquuntur quando lai
cus habet tantum iuſpatrona.in eccleſia , prout loqui-
tur Abb.ſed quando detinet eccleſiam & habet iuſpa-
trona.& donat cum conſenſu epiſcopi,& non conſtat
quid uelit donare, quo caſu uenit tota ipſa eccleſia , &
ſic cum temporalibus, vt diximus ſupra in ſexto caſu ,
& hoc modo uidetur loqui Gaye.in reper.c.fi.de elect.
lib.6.in 35.col.dum dicit quòd ſi aliquis donat eccleſiã
ſine epiſcopo non transfert iuſpatrona.allegat Franciſ.
ideſt Card.poſt Calde.in d.c.illud in ſecunda quæſtio-
ne,& in opp. hoc titu. vult ergo expreſſe quod quando
donatur eccleſia cum conſenſu epiſcopi donatur iuſpa
trona.vt in iſto octauo caſu noſtro,non tamen tempo-
ralia,& ita tene cum Abbate ſaluatis ipſis gloſis,vt pro
22 xime. ¶ † Nonus eſt caſus,quando epiſcopus donauit
ſimpliciter eccleſiam loco religioſo conſentiente pa-
trono laico,uel qñ patronus laicus dixiſſet conſentien-
te epiſcopo donamus uobis talem eccleſiam , adeo vt
verbum dono transferatur etiam ad epiſcopũ, & tunc
videtur donata,& eccleſia quo ad proprios uſus exce-
pto cathedratico & iuſpatrona.iſte eſt tex. & ibi oẽs in
d.cap.paſtoralis,de donatio & uoluit pulchre Abb.in
d.c.de monachis,in penulti. col. circa medium verſic.
ad primum,de præben.& ideo Gay.in d.repeti. c. fi.de
electio.lib.6.poſt princ.37.colu.dixit ꝙ ſi patronus con
ſentit epiſcopo donanti eccleſiam uidetur donare iuſ-
patrona. quod in ea habet,allegat d.c.paſtoralis, de do
natio & Franci ideſt Card in c.quod autem,hoc titulo,
& Domi.in c.a collatione,in 2.colum.de appell. lib.6.
23 ¶ †Decimus & ultimus eſt caſus,quando laicus funda-
uit & conſtruxit eccleſiam , & ſic eſt effectus illius pa-
tronus tamen ea non conſecrata illam donare ſeu con
cedere vult loco religioſo non ſolum iuſpatro. ſed etiã
ipſam eccleſiam.¶ Et hoc caſu Ioan.de Fantu.quem re
fert gl.ſummæ.16.q.2.dicit ex quo ipſa eccleſia nedum
eſt conſecrata poſſe illam etiam præter epi cõſenſum
ſeu licentiam concedere loco religioſo,allegat in argu.
tex.16.q.7.c.nemini. ¶ Tamen ipſa glo.dicit hanc opi-
nionem corrigendam eſſe,cùm locus religioſus iam ſit
maxime propter ſolemnitates quæ ibi fiunt in affixio-
ne primarũ lapidis,de quibus in c.nemo, de conſecra.
diſtinct.1.& ꝙ ſit locus religioſus habetur in c.ad hæc ,
de religio.domi.unde dicit ipſe iam epi poteſtate conſi
ſtit cum lapis benedictus ibi iã ſit poſitus.16.q.7.c.om-
nes baſilicæ,nam nec à laico poteſt ibi aliquis inſtitui.
16.q.7.c.ſi plures.multo minus ſupponi poteſt loco re-
ligioſo per laicum,cùm inſtitutio ſit temporalis,ſuppo
ſitio uero perpetua.Item contra opi.Ioan.de Fãtucio ,
(dicit ipſe) eſt tex in c.nouerint.10.q.1. ubi dicitur poſt-
quam Deo dederit nihil iuris habet in illo. ¶ Adde ad
prædicta tex. & quæ ibi notantur maxime per Abb. in
24 c.eccleſiam,de immu.eccle.†ubi habetᷣ ꝙ eccleſia ne-
dum conſecrata gaudet priuilegio eccleſiarum,& aſſi
gnat rationem tex.quia obſequiis diuinis eſt dicata, &
ſic dicit Abb.ſufficere ſolum deputationẽ alio nondũ
accedente ut ibi latè ¶ Vnde circa iſtum caſum dicerẽ
ꝙ aut vult donare iuſpatro.ipſi loco religioſo & nõ re-
quiritᷣ conſenſus epi.c.vnico,hoc tit.lib 6.aut vult dona
re ipſam eccleſiam quo ad uſus pios ipſius pii loci, & di
cerẽ quod ex quo adhuc videtᷣ eſſe in poſſe laici poſſit
concedi,cum ꝯſenſu tñ epiſcopi,& non per hoc tollan
tur iura epiſcopalia,ſicut uoluit Archi ſuper dicta glo.
& per iſta habes hanc materiam lucide & diſtincte di-
25 ſcuſſam,quæ certe uidebatur multũ intricata. ¶ †Sed
pro complemento perfectæ intelligentiæ omniũ præ-
dictorum eſt vidẽdũ quæ ſit ratio ꝙ ſi laicus detinet oc
cupatam aliquã eccleſiã, ſi vult illam donare uel aliter
transferre in locum religioſum requiratᷣ conſenſus epi
alias donatio ſeu translatio de ea facta in locũ religio-
ſum non tenet,ut in c.quod aũt,in c.illud, in c.cura, in
c.ſuggeſtum,hoc tit. & in ſupraſcriptis caſibus ꝓxime
latè diximus,& rationes dubitandi ſunt, nam ſi iuſpat.
quod habet laicus,& quod canonice quaſi poſſidetᷣ per
laicum donatur ſeu transfertur in locũ religioſum ſeu
pium non requiritur cõſenſus epi ut in c.unico,hoc ti-
tu.lib.6.qui tñ requireretᷣ ſi donatio ſeu trãslatio fieret
in laicum,ut diximus ſupra in præſenti q.prin. in 2.art.
cur in donatione ſeu translatione quam facit laicus pio
loco de eccleſia quam non canonice poſſidet , nec per
eum poſſideri poteſt.c.cauſam,de præſcriptio.requiratᷣ
conſenſus epi alias donatio ſeu translatio non tenet,ut
in dictis iuribus,c.quod autem, & c.illud , certe multo
minus hic requiri debebat conſenſus epi , imò multo
magis non requiri q̃ in translatione iuriſpatro. pio lo-
co,quia iuſpatro.transfertur per uerum dominum qui
poſſit libere illud tenere,eccleſia uerò transfertur per
detentorem ipſius,cuius translatio in pium locũ , mul-
to magis deſiderari debet, ne detineatur per laicum ꝓ
hibitum detinere,ſed transferatur ad locum religioſũ
habilem ad illam tenendum. ¶ Alia eſt ratio dubitan-
di ſi per laicum detentorem eccleſiæ donatur ipſa ec-
cleſia loco religioſo ſine conſenſu epi, cur nulla eſt do-
natio,& detentor poteſt illam detinere,ut aperte uult
tex. in c.cura ,hoc tit nonne potius debuiſſet decidi qđ
detineretur per pium locum habilem q̃ per donantem
inhabilem? ¶ Do. Roch. in hoc tractatu in uerbo ꝑ eo
ꝙ de diœceſani conſenſu format hanc quæſtionẽ quæ-
rendo quæ ſit ratio ꝙ in translatione iuriſpat.quæ fit in
laicum,uel eccleſiæ quæ fit in laicum religioſum requi
ratur cõſenſus epi,& ſic in iſto ſecundo mẽbro ſui quæ
ſiti tangit difficultatem noſtrã,& tamen rationes quas
adducit omnes concludunt in conſenſu qui adhibetᷣ in
fundatione eccleſiæ & creatione iuriſpatro de quo latè
diximus ſupra in prima parte huius primi libri in 2. q.
principa.in 5.artic.& in conſenſu qui adhibetᷣ in trãſla-
tione iuſpatro.in laicum,de quo diximus ſupra in præ-
ſenti 1.q.in 4 artic.& licèt aliqua ipſarum rationũ con-
cludat ẽt in hoc conſenſu translationes eccleſiæ, tamẽ
non eſt ſufficiẽs nec reſoluit ſupraſcriptas rationes du-
bitandi.¶ Vnde ego ultra oẽs cogitaui rationes decidẽ
di eſſe iſtã,uidelicet,nullus dubitat eccleſiã detentam ꝑ
laicum non eſſe nec poſſe eſſe ipſius laici detentoris.d.
c nouerint.10.q.1.nec per eũ poſſideri poſſe d.c.cauſã ,
de præſcrip.Item non eſt dubitandũ, pium locũ in quẽ
fit donatio nullũ ius habere ex ſe in ipſa eccleſia donã-
da ſeu transferenda,ergo ius illius eccleſiæ ſpectabit ad

diœceſanū e omnes baſilicæ. 19.q.7.ſi ergo donans nul
lū ius habens donant eccleſiā pio loco nihil donat, qa
nemo dat quod non habet.c.daibertū 7.q.1.,ſi ergo do-
nans non pōt donare quia non habet eccleſiam,qđ ha
bebit locus religioſus donatarius?certe nihil, cū donās
& donatarius correlatiui ſint,& diſpoſitū in vno habet
locū ī alio vulgatis iuribus.de neceſſitate ergo vt dona
tio locū habeat in locum religioſum requiritur conſen
ſus epiſcopi qui tanquā dominus eccleſiæ donatæ facit
donationem valere, & hæc mea ratio probatur aperte
in c.cura.iūcta gl.in verbo legitima.ibi ſcilicet quadrige
naria,hoc ti.vt clare dicemus.ſ.in proximo ſequen.11.
arti.& clarius probatur in cap quod autem in eius rō-
ne & ſimiliter in c.illud,hoc ti.& faciunt quæ dicemus
infra in proximo.16.art.in vērſicu. non obſtant modo
contraria.& pro hoc faciunt quæ diximus ſupra in no-
no caſu.¶ Et ex hac rōne tollitur prima ratio dubiādi
nam patronus eſt vere dominus iuriſpa:& ideo de illo
diſponit & tranſire facit in alios pluribus modis,vt dixi
mus ſupra in primo artic. huius primæ qōnis principa
lis & dicemus per totum in diſcurſu huius ſecundæ par
tis,ſi ergo laicus donans donat ſuum,& donat iſtud iuſ
pa. loco religioſo qui eſt magis capax quā donator lai-
cus merito hic non requiritur conſenſus ordinarij,ī do
natione vero eccleſiæ ſic per proxime dicta.¶ Tollitur
etiā ei ſecunda ratio dubitandi,nā ex quo donatio eſt fa
cta pio loco de eccleſia per laicū detētorē illius ſine cō
ſenſu epiſcopi nō tenet,magis expedit ordinario diœce
ſano ꝙ illa eccleſia detineat ꝑ laicū qui illā præſcribere
non pōt d.c cauſam,de præſcrip.a quo aliquando pote
rit illam vendicare,quàm ꝙ detineatur per locum piū
qui poſſet contra ipſum ordinariū præſcribere.¶ Et ex
iſta ratione decidendi dicerē audacter ꝙ ſi laicus dete-
neret eccleſiā alicuius pij loci & vellet illam ipſi pro lo-
co donare teneret donatio ēt ſine cōſenſu epiſcopi, qa
ex parte donatarij haberet eſſe.imo poſſemus dicere
26 eſſe potius reſtitutionē quàm donationē,† & ſic ceſſan
te ratione decidendi ceſſat deciſio ſicut dicimus de pſō
no donante iuſpa.compatrono ꝙ non requiratur con
ſenſus ſuperioris licèt compatronos ſit laicus per ratio
nem quam adducit gl.in c.ex inſinuatione.hoc ti.quia
cū donatur iuſpa.compatrono nō eſt vera donatio ſed
potius remiſſio,& etiā quia ceſſat ratio indagādi an do
natarius ſit talis perſona quæ poſſit bene defendere ec-
cleſiā cū iam donatur compatrono qui eſt perſona ap
probata ex quo ſuſtinetur in patronatu, de quo tamen
dicetur latè infra in art.præſentis quæſtionis prin. ¶ Et
huiuſmodi ratio decidendi militat etiam quando aliqs
laicus potens detineret aliquam eccleſiā quę non ſubeſt
diœceſano,ſed alteri habenti iura epiſcopalia & diœce
ſana,quia cum illa eccleſia videretur ad eum ſpectare
ipſius requiritur conſenſus ut perficiat donationē, per
ea quæ diximus ſupra in hac q.prin.in 5.art.¶ plus ēt di-
cerē ex prædicta ratione dicidendi ꝙ ſi aliquis laicus po
tens detinet occupatam aliquam eccleſiam alterius cu
juſcunque pij loci & ipſe pius locus non valet eā recupe
rare à manu laici potentis,vel fuit negligens magno tē
pore illam recuperare,adeo ꝙ laicus uideatur ſe tueri
ex longa detentione,& mō vult illā alicui pio loco do-
nare quāuis ñ ſit ſua nec pij loci donatarij,imò nec im
mediate diœceſani,ſed mediate,quia immediate eſt al
terius loci pij,ſi in donatione interuenit conſenſus diœ
ceſani tenebit donatio validata ex ordinarij conſenſu q
videtur hoc poſſe facere cauſa abſtrahendi eccleſiā a
manu laici potentis vt reuertatur ad piū locū,licèt non
ad illū cuius erat,ex quo ille cuius erat, nō erat ſufficiēs
eam vendicare a manu laici potentis,vel ſi erat ſufficiēs
fuit negligens ad id agendum pro his ſupplēdis ſufficiet
conſenſus mediati dñi.arg. tituli de ſupplen. negli. p̄la.
iſta cōcluſio vr̄ noua,ſed eſt veriſſima,& probatur iuri
bus ſupra allegatis.c.qđ aūt.c.illud.c.cura & c.ſuggeſtū,
hoc ti.& ex dictis glo. & docto.ſuper eis præſupponēti
bus eccleſiā detineri ꝑ laicū potentē & nō diſtinguenti
bus an illa eccleſia occupata fuerit diœceſani mediate
vel immediate vel cuiuſcunque alterius inferioris eccle
ſiaſtici,& tñ volunt conſenſum epi validare donationē
& ſic qa gñaliter loquuntur eorū dicta,gñaliter sūt ītelli
genda.c.ſi Romanorū.19.diſ.c.ſolitę.de maiori.& obe.
& re uera ita in genere ipſa iura,& ipſi doctores loquū
tur de eccleſia occupata ꝑ laicū cuiuſcunq; fuerit nota
iſta,qa noua & intacta,& an iuſpa.accipiatur ꝓ eccleſia
vel ecōtra.ponit Phil. Decius in c examinata,in 4.nota
& ibidē an pſonus legādo eccleſiā videat̄ legaſſe iuſpa.

¶ Decimus art. 1.q.prin.ſecundæ partis.j.Libri.

1 *Iuſpa.poteſt donari uel transferri in eccleſiam uel pium locum.*
2 *Conſenſus epiſcopi non requiritur in donatione iuriſpa. facta per Laicum eccleſia uel pio loco.*
3 *Iuſpa.poteſt donari collegio eccleſiaſtico,tamen ſine conſenſu epiſcopi.*
5 *Ratio quare in donatione de iurepa. facta eccleſia uel pio loco non requiratur conſenſu epiſcopi, ſecus ſi donatio eſt facta laico,& numero 4.*
6 *Conſenſus epiſcopi requiritur in donatione iuriſpatr. facta eccleſia uel pio loco ab alia eccleſia uel pio loco.*

COntingit decimo loco dubitari. quia ſupra in 2.
art præſentis.q.eſt dictum iuſpa.poſſe transferri
titulo ſingulari,puta donationis vel legati cū cō
ſenſu tamen epiſcopi,in ſpecie hic quæritur, an iuſpa.
poſſit donari eccleſiæ vel pio loco vel aliter trāſferri
& requiratur cōſenſus epi, ſicut eum trāſfertur in lai
cū.¶ Et circa primū membrū huius articuli,vз, an iuſ
2 pa. poſſit donari vel transferri in eccleſiā vel piū locū rñ
deт̄ ꝙ ſic cū de hoc ſint iura plana eſt enim tex.in c. qđ
aūt,in c.illud,in c.nullus,in c. p̄terea,el 2.hoc ti. & text.
apertiſſimus in c.vnico,hoc tit.li 6.& oīs ſchola doct.ſ.
allegandorū hoc tenet,& hoc tenuimus ſupra in præ-
cedē.artic.& ſæpius hoc pro cōſtanti poſuimus in ꝓxi-
mo p̄cedenti art.& facit per hoc argumentū a maiori
ſi laico donari poteſt vt diximus ſupra in proximo p̄ce
den.2.art & late diximus infra in q.prin.in art.multo
fortius poterit donari eccleſiæ vel alicui pio loco,q me-
ro iure ſunt capaces huius iuris habendi iuſpa. & nō ex
gratia ſicut laicus.¶ Dubiū modo reſtat in ſecūdo mē-
bro huius articuli,an in donatione ſeu trāſlatione iuriſ
pa. q̄ fit ꝑ laicū eccleſiæ ſeu pio loco requiratur conſen-
ſus epi ſicut illa q̄ fit laico.¶ Et pro parte affirmatiua ꝙ
requiratur hmōi cōſenſus adducit̄ tex.in c.qđ aūt.§.cæ-
terū,hoc ti.vbi dr̄ ſi laicus clericis vel collegijs dederit
vel cōceſſerit eccleſiā ſub his verbis cōceſſi vel dedi ec-
cleſiā,& fierēt fruſtra ſi cōſenſus epi nō acceſſerit, nihil
agi vr̄.ꝓbat ergo ñ poſſe ꝯcedi ſine ꝯſenſu epi.¶ Ad idē
ꝓ hac parte adducit̄ tex.ī c.cura. hoc ti.vbi ſimilr̄ dr̄ ex
donatione laicorū niſi auctoritas diœceſani epi & ꝯſen
ſus adſit,nullꝰ veſtrū aliquas eccleſias vēdicare p̄ſumat
vel retinere taliter acquiſitas,& tñ loquitur ibi vt in ſu
præſcriptione apparet abbatibus prioribus & clericis ꝑ
archiepiſcū Eboracenſem conſtitutis. ¶ Tertio pro illa
parte adducit tex.in c.nullus.hoc ti.dū ibi dr̄. nullus lai-
cus decimas eccleſiæ vel quicquid eccleſiaſtici iuris eſt
ſine ꝯceſſione ſui pōtificis monaſterijs vel canonicis ꝯ-
ferat.cu igit̄ iuſpa.ſit iuris eccleſiaſtici cū ſit eccleſiæ affi
xū ſpūale vel ſpūalitati annexū c.quāto,cū ſimi.de iudi.
alias tertias partes,qa licèt inæqualiter ſit facta donatio
11 vel legatum,† tamen donatarij & legatarij erunt pro-
ni æqualiter . & inſolidum in illo iurepatro.quod do-
nans,vel teſtator habebat.Et pro hoc facit glo. in d.c.1.
hoc ti.& omnia quæ proxime diximus,qa ſicut militāt
in hæredibus,multo fortius hoc debem⁹ dicere in dona
tione , legato,& titulis particularibus , nemo.n.negare
pōt facilius de iurepa.diſponi cū vniuerſitate, quàm de
p ſe.ut habeť in ca. ex literis,in c. cū ſæculum. iuncto c.
de iure.hoc tit.nam licèt iuſpa.locari, nec uendi de p ſe
poſſit,tn̄ cū vniuerſitate pōt ut in dictis iuribus probať
unde ſit cū uniuerſitate vēderet,& ſpecificaretur iuſpa.
tn̄ valeret vēditio ut dicūt docto.ī d.c.cū ex literis,& ī d.
c.cū ſæculū,& licet iuſpa.donari n̄ poſſit laico ſine ꝯſen
ſu epi,vt dixim⁹.ſ.ī pced.2.art.pñtis q. cū vniuerſitate tn̄
donare poterit ēt ſine cōſenſu,vt diximus.ſ ī 3.art.Si igi
tur iſta inæqualitas non permittitur ī ſucceſſione hære-
ditaria,quæ fit cum uniuerſitate,multo fortius nō pote-
rit fieri ī iurepat quod de per ſe , & ī ſpecie cōſiderato
trāſferretur,puta ti.donationis legati.& hmōi,ī hæredi
tate.n.nō uideretur iuſpa.diuidi principaliter, ſed hære
ditas,& ī cōſequētiam iuſpa. ī ipſa vero donatione vel
legato iuriſpa.videretur proprie ipſum iuſpa. diuidi,di-
cēdo tibi dono,vel lego tertiā partem iuriſp.& illi alias
tertias &c.Nā in hoc caſu non eſſet quid aliud diuidať,
niſi ipſum iuſpatr.quod fieri nullo modo poterit.p d gl.
ī c.1.hoc ti.Et pro prædictis facit,quod dr̄ clem. plures.
hoc ti.per quam diſponitur ſucceſſionē iuriſpa.fieri per
ſtirpes,& non per capita,ēt quādo iuſpa.vnius ex patro
nis deſcēderet ad plures per viam contractus, puta ſi do
netur iuſptro.pluribus,uel uendatur, ſeu alienetur vni-
uerſitas ī qua ſit ipſum iuſpa pluribus , qa illi plures ha-
bentur pro uno.Ita decidit gl.ī d.clemē.plures, ī verbo
relicti,quàm ſequuntur oēs ibi. Et hoc uoluit ēt d.Roc.
ī hoc trac.ī uerbo ipſe uel is a quo.ī 2.q.pri.ī 3.col.ī uerſ.
procedit ēt prædicta cōcluſio,& ī ſequē.art.dicemus. Si
cut ergo quo ad ſucceſſionem in ſtirpe,& non ī capite
diſpoſitū ī hæredibus habet locum ī donatarijs, legata-
rijs,emptoribus vniuerſitatum, & huiuſmodi , eodem
modo debemus dicere ī caſu art. noſtri. Et ſic tene ēt ī
venditione uniuerſitatis,per gl in uerbo relicti.in d.cle-
men.plures.quam ibi approbat Card.in 5.col. pri.ī 4 q.
& Imo.& omnes ſuper ea.Et ſic tene oībus per oīa, ut
ſupra diximus ī ſucceſſione ī alijs contractibus,etiā quo
ad illud,qđ dixim⁹ de pinguiori uoce. Et hæc ſufficiant.

¶ Vigeſimus quintus art.1.q.prin.ſecundę partis.j.Libri.

1 *Iuriſpatrona tranſlatio per capita,uel per ſtirpes,in hæredem do donatarium,legatarium,& huiuſmodi fiat.*
2 *In ſucceſſionibus libertorum patroni ueniunt per capita & non per ſtirpes.*
3 *Indiuidua ſtipulationes non diuiduntur inter hæredes.*
4 *Indiuidua & diuidua ſtipulationes quæ dicantur remiſſiue.*
5 *Iuspatro.eſt ſimplex & indiuiduū , & nu. 11.Vbi dicit hoc eſſe ue rum in ſubſtantia,ſed diuiduum quo ad ius præſentandi*
6 *Ius præſentandi eſt fructus iuriſpatrona.*
7 *Iuriſpatro tranſlatio fit ad hæredes,& ſimiles , per ſtirpes, & nō per capita,& nu. 16 .Vbi dicit iſtam opinionem eſſe communem.*
8 *In ſucceſſione hæreditatis in linea deſcēdente fit ſucceſſio per ſtirpes & non per capita.*
9 *Opinio Archi. uolentis concordare opiniones,an ſuccedatur per ſtirpes,an per capita in iurepatrona.*
10 *Ratio concordia dictæ opinionis.*
12 *Iuriſdictio eſt in ſolidum apud plures ,illius uero exercitium pro parte.*
13 *Dinumeratio in ſucceſſione in iurepatrona . qualiter fiat.*
14 *Caſus in quo tractatur de numeratione ubi dicit ſe obtinuiſſe.*
15 *Caſus alius circa denumerationem ubi dicit ſe obtinuiſſe.*
17 *Clementina plures,de iurepatro.an habeat locum quando iuſpatro.ſpectat ad collegium uel uniuerſitatem .*
18 *Forma electionis Rectoris uniuerſitatis Legiſtarum Padua.*
19 *Clementina plures,de iurepatro.habet locum non ſolum in pluribus hæredibus unius ex patronis , ſed etiam in omni caſu in quo ex alijs titulis iuſpatro.transfertur in plures.*
20 *Clementina plures , habet locum in pluribus hæredibus ex teſtamento,& etiam ab inteſtato.ſiue hæredes ſint ſui ſiue extranei, ſiue maſculi ſiue fœmina.*

Succeſ-

SVcceſſiue uigeſimoquinto loco quæri contingit in
iuriſpa ſucceſſione,donatione,legato,& huiuſmo
1 di,†an fiat tranſlatio per capita,uel per ſtirpes ĩ hę
redem,donatarium,legatarium,& huiuſmodi.¶ Et li-
cèt iſta q.hodie ſit terminata per cle.plures,hoc titu. ta
men quia opiniones antiquæ fuerunt contrariæ,illas re
2 feram,& eorum diſputationes deducam.¶ †igitur Do
ĉto.antiqui tenebant,ꝙ in iurepa.ſuccedebatur per capi
ta,& non per ſtirpes,& ad hoc vni,qui unus ex illis erat
quia & ſucceſſionibus libertorum,patroni veniunt per
capita,& non per ſtirpes Inſti.de ſucceſ.liber.§. ſed no-
ſtra,alias incipit mulus,ergo eodem modo debet eſſe ĩ
3 iurepatro.eccleſiarum.¶ † Ad idem pro iſta parte addu
cit,quia ſtipulationes indiuiduæ non diuiduntur inter
hæredes.l.2.& l.eadem.§.Cato,& l.ſtipulationes nõ di-
uiduntur.ff.de verbo.obli.Cum ergo iuſpa. eccleſiæ ſit
indiuiduum,& inſolidum apud quẽlibet hæredẽ. ut no
ta.in c.1.hoc ti.ergo in eo ſuccedetur per capita, & nõ
4 per ſtirpes:† quæ aut dicantur ſtipſones diuiduæ,& quæ
indiuiduæ ponunt doc. in locis.s. allegatis, & Cardi.in
5 d.clem.plures.in 2.col.hoc titu.¶ † Tertiò pro iſta par-
te adducitur,omnes.n. concordant iuſpa. eſſe ſimplex
& indiuiſibile,hoc ſtante ſi eſſet verũ, ꝙ ſuccederetur
in eo per ſtirpes,ſm̃ caſu eniret diuidendum, & hoc eſ-
ſet facere illud diuiſible,ergo non dicendũ,ſed per capi
ta in eo ſuccedi. Et per iſtud tertium motiuum & ſequẽ
tia Ioã. And.erat cũ opi.antiquorũ quæ ſibi placebat an
te d.cle.plures,ut dicit ipſe ibi in ſua gl.¶ Quarto ſm̃ cũ
omnes doc.concordant,ꝙ licèt hæredes ſint inæquali-
ter inſtituti,tñ quo ad iuſpa.æqualiter ſuccedunt.gl.in c.
1.hoc ti.& diximus latè in proximo præcedenti art. Si
igitur hoc locũ habet in dicto caſu,ergo per capita,& ñ
per ſtirpes in iurepa.ſuccedıtur.¶ Quinto ſm̃ Io.Andr.
hoc facit, nemo diſcrepat cum qui aliquid in dote po-
ſuit ita eſſe p̃ronũ ſicut qui plus contulit,& idẽ in cõſtru
ĉtione & fundi datione,vt latè diximus ſupra in 1.parte
huius libri,in 3.q.prin.in 2.& tribus ſequen.art.& ſic iuſ
pa. creãtur per capita,ergo ita ẽt debet in ea ſuccedi, &
6 nõ p ſtirpes.¶ †Sexto ad hoc tenendũ mouebatur Ioã.
And.ius p̃ſentãdi ẽ fructus iuriſp.c.ex literis, & c.cõſul
tationibus,hoc ti.c.cũ Beltoldus,de re iudi ſicut & alia
iura quæ debentur patronis,vcʒ proceſſionis,alimento
rũ,& defenſionis nota in c.piæ mentis.16.q.7. p capita,
& nõ per ſtirpes.iſta iura debentur ſingulis hæredibus
patronorum,eodẽ modo deberet dici iure p̃ntãdi. qd',
eſt fructus iuriſpat.ſicut & alia iura.s̃.nominata.vt quot
ſunt capita p̃ronorum ſeu hæredũ, tot ſint ſuffragia vo-
cum & non plura. i. ꝙ ſi p̃ronus ſit hæres cõp̃roni ſolũ
vnã vocẽ habeat.¶ Septimò adducit̃ tex.in c.3.hoc tit.
ibi dũ dicit,illũ p̃ferendum q plurimorũ aſſenſu eligit̃,
& ſic inſpicit ibi tex.aſſenſus.qui quidẽ a capite ꝓcedũt,
& nõ ſtirpes hæreditatis, per capita ergo & nõ p ſtirpes
in tranſlationibus iuriſpa.eſt ſuccedẽdũ. ¶ Octauo iſta
pars ſolidatur,nã ſi contraria eſſet vera ſequeretur ma-
xima intricatio in p̃ſentationibus & inſtitutionibus fa-
ciendis,quæ qdẽ nullo modo poſſet diſtricari,ſed qa in-
tricationes,& diſcordiæ ſunt vitandæ.vt in c.1.& 2.& p
totũ hunc ti.ergo cõtraria pars negligẽda,& iſta ꝙ p ca
pita ſuccedatur amplexãda,tanquã clarior via,vt d ele
ctio.per totũ. ¶ Et intricatio eſſet iſta,ponet.n.ꝙ ex.A.
patrono naſcãtur filij.B.C.D.E.Et ꝙ B.genuerit duos fi-
lios C.vero quatuor Et D.ſex,& ꝙ vnꝰ ex filijs B.& tres
ex filijs C.& duo ex filijs D.p̃ntarẽt vnũ,& reliquus vnus
ex filijs B.& ſimiliter remanẽs vnius ex filijs C. & reliq.
quatuor ex filijs D.p̃ntarẽt aliũ, & deinde diuide p vn-
cias & denarios &c.& poſtea multiplica generationes
iſtorũ filiorũ B.C.D.& ſic de generatione in generatio
nẽ p vncias & denarios diuidẽdo hæreditates,vt late p-
ſequit̃ Io.And.ĩ gl.ſua.1.magna in verſi.& ex opi.hic ap
probata.in d.cle.plures:Certe(dicit ipſe)ſequerentur ex
illa intricationes maximæ,adeo ꝙ ipſe territur, nec ſic
dicit ſe terreri de eo qđ ſcripſit poſt Inno. & Hoſt. in c.
ſcriptũ.de elec.ſuper verbo ꝑpoſiti, vbi dicit p̃latũ poſſe
habere tertiã electionem,capitulũ tertiã, & clerus ter-
tiã,quia fatetur ipſe,vt ibi ſcripſit,poſſe eſſe intricationẽ
in calculo, nõ tñ tanta,ut hic,& hoc pp ſucceſſiones in
ſtirpes,& erit fortior intricatio in probationibus certifi
candis.¶ Et pro iſta opi.nono loco adducitur auctoritas
Ala.Hugo.Lau.Io.Ian.Vincẽ.Ber.Goffre.de Trano,&
Io.And.qui p̃dictos ſequebat̃ ante d.cle.plures, & poſt
eã coactus tenuit qđ cle.ſed argumentatus eſt cõtra eã,
hinc dixit in fi.d.ſuæ glo.magnæ deciſionẽ ipſius clem.
procedere,quia habet æquitatẽ,nam abſurdũ erat p̃ro-
num inſtituendo decẽ hæredes forſan ad hũc finẽ,vt de
cẽ haberent uoces, & defraudare poſſit comp̃ronũ in
actu p̃ntandi,ꝙ omnino eſſet ſi iſti haberent decẽ uo-
ces,& ille vnã,quia hoc ita poſſet cõtingere in ſecundo
gradu,tertio,& vlterioribus,ſicut in primo nõ vr̃ habe
re locũ opinio Arc.de qua infra vñ ſubdit ibi. Io. And.
pp hãc fraudẽ uel iniquitatẽ multotiẽs,cogitaſſe, bonũ
eſſe ſtatuere,ꝙ extãtibus deſcendẽtibus hæredibus ſan
guinis ex aliquo patronorũ,ius illud nõ poſſet trãſmit-
ti in extraneos,& in hæredes ſanguinis trãſiret per capi
ta,ẽt quo ad actũ p̃ntationis,& eo caſu non poſſet con-
queri p̃ronus de cõp̃rono,ſed de Deo creãte q plures de
ſcendẽtes p̃buit cõp̃rono,q̃ ſibi(deficiẽtibus verò deſcẽ
dentibus)poſſet trãſmitti in extraneos,quibus ẽt ſucce
derẽt ſoli deſcẽdentes ſanguinis,& per capita, & ſubdit
forſan nõ eſſe abſurdũ ſtatuere nullo caſu in extraneos
nõ deſcendentes poſſe trãſmitti,vt facilius liberaret̃ ec-
cleſia ab hoc iure,& dicit facere pro his c.prohibemus
de decimis,vñ innuit ex iſtis dictis Ioã. And,ꝙ ſi legiſla
tor volebat prouidere iſtis fraudibus nõ debebat ſtatue
re.ut ſuccederetur per ſtirpes,ſed potius debebat prohi-
bere ne trãſiret ad extraneos,quia ita fraus tollebat̃ &
eccleſia magis cito liberat̃,& ſic ex hoc ꝓducti fuiſſent
duo optimi effectus & nõ intricationes,prout ſunt ꝓdu
7 ctæ ex illa cle.plures.¶ † Pro opinione uero contraria q̃
fuit approbata p d.cle.plures,ad iuſpa.hæredes uocari ĩ
8 ſtirpes,ſeu in ſtipites,& non per capita.† Primò addu-
cit̃,qa & in ſucceſſione hæreditatis in linea deſcendẽti
ſit ſucceſſio in ſtirpes.& non per capita.Inſti.de hære.q̃
ab inteſta.deſer.§.& quia placuit,vt ſic plures ſuccedẽ-
tes vni habeantur loco vnius.l.cum fundus.ff.de cõdi.&
demon.vbi ſi legatũ eſt alicui ſub cõditione dãdi decẽ,
ſi deceſſit pluſibus hæredibus relictis,nõ ſcinditur ↄdi-
tio,ſed oẽs habentur loco vnius,ergo idẽ debet eſſe ĩ iu
repa.quod trãſit cũ hæreditate ratione acceſſorij,& cur
ſit dictũ de linea deſcendẽtium.vide pulchre Card. hoc
declarantẽ in d.clemen.plures,poſt prin.2.col.hoc titu.
¶ Secundò pro iſta parte facit ſumma æquitas,nã ſi ſunt
duo p̃roni,& vnus procreat duos filios,& alius decẽ, q̃
rõ hoc ſuadet vt illi decẽ habeãt decẽ voces,& p̃r eorũ
tñ habebat vnã, & illi duo,quorũ pater habebat aliã,ha
beãt tñ duas.Certe ĩcõgruũ hoc eſſet,vnde oĩs æquitas
ſuadet,vt tñ habeant illi duo,quantũ illi decem,cũ ſuc
cedant duobus ſtipitibus q æquales erãt ĩ iurepa.¶ Ter-
tio pro iſta parte adducitur,nã non ſolũ pro ea eſt æqui
tas,ſed ẽt per eam tolluntur fraudes, & maxima abſur
da.ſi.n.cõtraria opinio eſſet vera,vnꝰ p̃ronus in fraudẽ
cõpatroni inſtitueret decẽ hæredes vt habeãt decẽ vo-
ces,& cõp̃ronus ſeu eius filius haberet vnã,ex quo vnꝰ
eſt,& ſemper fraus obtineret & illi patrocinaret̃.cõtra
c.ſedes,de reſcrip.cũ vulga.¶ Quarto pro iſta parte erat
& eſt auctoritas Inn.& Hoſt.q ante d.cle plures,iſtã par
tẽ tenebãt,moti p ſupra allegata iura & rões.¶ Quin
to modo & vltimo pro nũc ꝓ iſta opi. eſt tex. ad literã,
qui eã approbat,& cõtrariã reprobat in d.clem plures,
hoc ti. vt ibi dicit gl. t.magna in prin.nã p d. cle. plures,
determinantur nota.in c.piæ mẽtis,& in c.ſi plures.16.
q.7.& in c.1.hoc ti.& approbata fuit opi. Inn. & repro-
bata opi.Ala.Vincen.& ſequacium,& maxime Io.An.
9 q ſemper eam tenuit.¶ † Arch.verò voluit cõcordare
iſtas opiniones.in c.ſi plures.16.q.7.& ĩ c. vnico.in 1.col.
hoc ti.& cũ refert Io.An.licèt illũ nõ alleget in d.ſua gl.
magna,in 1.col.& dixit opinio.Inn.eſſe verã,in his q ex
diuerſis cauſis ſunt p̃roni,puta qa vnus ex fundatiõe,al
ter ex dote sũt p̃roni,& plures ſuccedũt alteri iſtorũ oẽs
habebuntur

habebuntur pro vno, ſi verò vnus fuit ab initio pronus & iūe ſuccedūt per capita. vt ſpectemus initium, & ita pcedat opi. Ioā. And. quā diſt. ēt ponebat Roffre. & ſimiliter ibi cū alleg. Ioā. And. ¶ Qui quidē reprehendit iſtā diſt. Arc. nā licet illa aliquantulum mulceat aures cui nec vr̄ obſtare d. cle. plures, quæ ponit plures pronos, & vnum ex pluribus nō vnū ſolū, tn̄ dicit ipſe non videre rōnem quare aliud in duobus pronis ex diuerſa cauſa, quā ex eadem, nec ēt videre quare magis inſpiciamus
30 ſtirpē in primo gradu quàm ī ſequē. vel vlteriori. ¶ † Nihilominus in veritate poſſet aſſignari vna ratio diuerſitatis qa qn̄ duo ſunt patroni ex diuerſis cauſis ex quo q̄libet cauſa illarum eſt ſufficiens de per ſe facere illum patronū, vt nota. in c piæ mentis. 16 q. 7. & diximus ſupra in 1. parte huius 1. lib. in 3. quæſt. prin. in 1. art. nō eſt licitū, ut ſi tu procreas plures filios ipſi habeant poſtmodū communionē in parte mea qui tot filios nō procreaui, vnde debet ſuccedi in ſtirpes vt omnes deſcendentes a te faciāt vocē tuā, tanquàm vox procedēs ex cauſa ſeparata & de per ſe ſufficiēti, & omnes deſcēdētes a me qui ſum patronus ex alia cauſa faciant aliā vocē. ¶ Quādo verò eſt vnus patronus ex quo oēs procedunt ex eadem cā & ex vna radice nō fit cōicatio cū extraneo, ſed inter illoſmet, quia ex illo vno procedunt, vnde pn̄t per capita ſuccedere. Faciunt pro illa noua mea cōſideratione, ſeu ratione ea quæ latè dixi ſupra in 1. parte pn̄tis. 1. lib. in 3. q. prin. in 8. artic. in verſi. & ratio diuerſitatis, & ī verſ. ſed vltra eam. ¶ Iſ̄n ex quo iſta diſtinctio Arch. nimiū reſtringeret tex. d. cle. plures, cū ibi tex. dicat vnū ex pronis & nō diſtinguit qui fuerit ab initio ex diuerſis cauſis, ſed dicit vn̄ pronis. Et ita dicunt̄ proni qa ab initio ex diuerſis cauſis fuerunt patroni. ſicut qui nūc ſunt proni, & habuerūt origīnē ex quouis capite, poſſet ille tex. verificari in plurib⁹ pronis q tn̄ ex vno deuenerūt, & nūc diuerſos habēt hæredes. ¶ Poteſt tn̄ ſaluari vnū mēbrū eius diſtinctionis, vt ī. dicā in ſol. 8. motiui partis cōtrariæ dū ſoluā ītricationē ī verſ. Lapus vero, & in verſ. eſt bene verū q Butri. Et ſic indiſtincte tenetur opi. Inn. approbata per d. cle. plures. ¶ Nec ob. cōtrariū. Et primū de ſucceſſionibus libertorū &c. quia nō eſt bona argumentatio, cū in illo iure ſemper attendatur ſucceſſio ſanguinis, & capitū. l. filij ff. de iurepa. hic aūt ſucceſſio hæreditatis & ſic ſtipitum, & multæ poſſent dari inſtantiæ quæ dantur in gl. in uerbo liberæ. in d. clemē. plures,
31 & dicemus infra in ſequen. q. prin. in 1. art. ¶ † Nec ob. ſm. ſ. iuſpa. eſſe indiuiduū &c. nā hoc eſt verum in ſubſtantia, ſed bn̄ eſt diuiſibile quo ad ius pn̄tādi. Ita Card. in d. cle. plures, in 3. col. faciunt quæ dicemus infra in d. 36. art. & quæ diximus ſupra in 1. parte huius. 1. lib. in 3.
32 q prin. in 8. articu. & adducit Cardi. pro hoc ſimile † nā alias iuriſdictio eſt inſolidum apud plures, & alius exercenū pro parte c. prudentiam, in prin. de offic. deleg. ¶ Ad tertium vero cū dr̄ iuſpa. eſſe indiuiſibile. ſit eadē reſpōſio, cū iſta duo motiua re uera ſint vnū in ſubſtantia & intellectu. ¶ Ad quartū cū dr̄ hæredes etiā ex inæqualibus portionibus in iurepa. æqualiter ſuccedere. rīdet do. Card. vbi ſupra illud eſſe ſolum propter incommodū diuiſionis. ¶ Ego do aliā reſponſionē, nam quando inæqualiter ſunt inſtituti hæredes, ſi inæqualiter ſuccederent in iurepa. viderētur re uera diuidere iuſpa. cū hæreditate, & hoc fieri nō pōt. vt dicemus infra in ſeq. q. in 36. art. vnde cū omnes ſuccedāt vni, & de ſucceſſione vnius tractatur, & iſti hæredes ſint idē quod defunctus, videtur omnes ipſi membra vnius corporis & nō eſt in conſideratione, q detur vni. & alteri tollatur ſ. detur inſtituto in minori parte, & tollatur īſtituto in maiori. Cum hoc ſit inter eoſdē & vt non fiat illa inæqualitas quæ ſaperet diuiſionē iuriſpa. cū hæreditate hoc permittitur, ſed in caſu noſtro ſi ſuccederet̄ per capita tolleretur extraneo & daretur alteri, cū quo nullā hēt cōionē ita ſtrictam ſicut cum cohærede, & ſic nō eſt illa æqtas in caſu quo primo quæ eſt in iſto, cū ſit differentia inter hæredes diuerſorū, & in caſu primo inter hæredes vnius, facit ratio diuerſitatis adducta ſupra in diſtinctione Arch. ¶ Ad quintū vbi dicit̄, q ſi ſunt plures dotātes inæqualiter omnes ſunt proni. Reſpōdet̄ ideo illud eſſe, quia ille qui plus contulit admittendo aliū ſocium videtur ei cōicare ius ſibi cōpetens in patronatu. Ita Cardi. in d. cle. plures, ante mediū. 3. col. pro quo facit ſimiliter quod diximus. ſ. in 1. parte huius 1. lib. in 3. q. prin. in 8. arti. in verſi. & ratio diuerſitatis, & ſequen. ¶ Ad illud vero quod eſt ſextum de iure alimentorū, proceſſionis, & defenſionis. Reſpondetur eſſe quia non pōt fieri cōmoda diuiſio ſicut in uocibus, bene tamen poterit procedere. q pinguius prouideatur vni quàm alterī, magis honoretur vnus quàm alter, vt copioſe dixi in d. 8. art. in verſi & idem eſt dicendū prædictos, & ſequen. ¶ Vel dic melius q tn̄ prouidebitur omnibus hæredibus quātū primo prono, vt voluit Gay. in repe. c. fi. de elec. lib. 6. ante fi. 27. col. & dicetur latè infra Deo duce in 3. lib. in 4 q. prin. in 1. art. dum tractabimus de alimentis prono præſtandis. ¶ Similiter non obſtat ſeptimū, de tex. in d. c. 3. hoc tit. vbi dr̄ illum præferri qui plurimorū aſſenſu &c. nam non procedit quod dicit gl. in d cle. plures, debere eſſe tot ſuffragia vocū, quot capita patronorum et non plura, imò potius ex multiplicatione iurium in eadē perſona reputamus vnā perſonam pro pluribus. c. cū olim, de re iudi. c poſtulaſtis, de conceſ. præben. & c. a collatione. de appel. li. 6. vnde poterunt eſſe plures aſſenſus quàm capita, & ſic nō obſtet ille tex. & ita ſoluit Pau. in d. clem. relatus a Cardi. in 3. col. ¶ Vel poteſt ſolui q c 3. debeat intelligi ſalua diſpoſitione huius cle. vt iura iuribus concordentur c. cum expediat, de elect. li. 6. præſertim cum iſte tex. clem. plures, ſit clarior illo, & ita ēt Cardi. vbi ſupra. ¶ Deuenio mō ad octauū in quo ponuntur intricationes Ioā. And. quæ re uera militant nec procedūt. vt infra dicetur. Et primo ad illas reſpondetur ſm Pau. eſſe ſtandum huic clem. intricationibus allegatis non obſtantibus, & ſufficere ita ſcriptū eſſe 6. q. 7. c. ſcriptū. ff. qui & a quib. l. proſpexit. ¶ Vel ſecundo reſpondetur ſm Stepha. dicentem intricationes tolli hoc modo, nam ſi plures hæredes unius proni, ſiue primi gradus, ſiue vlterioris non concordant, poſſunt ſibi prouidere altero de duobus modis expreſſis ī d. cle. plures, vc 3, vel q concordant ſe alternis uicibus præſentare uel q plures pn̄tent, & eps̄ eligat quē vult, vt ibi. ¶ Et ſi neuter mod⁹ ei placet, nec cōcordāt, eps̄ ordinet c. qm̄, & c. cū propter. & nota. in c. cū te. i reſpon. hoc tit. quia hoc ius eſt indiuiſibile, & eſt ita apud oēs, qd̄ apud vnūquēque ſimul cū alijs, & apud nullū ſine alijs. c. 1 hoc tit. & quod ibi nota. l. vic. ff. de ſerui. l. 1. ff. ad leg ſalci. ſimilē in vſuſfructu. C. de religio. & ſump. fune. l. ſi ſepulchrum ¶ Et ex hoc dicit Stepha. &c. q vnius contradictio vel diſcordia in totū inficit præſentationē. ff. qui & a q̄bus. l. ſiqs hac lege. §. quotiēs. l. ſi neceſſ. rij. ff. de pigno. actio §. ſi vn⁹. l. cōi diuidūdo. 1. reſpō ff. cōi diuidun. ff. de uerbi obli. l. 2. §. ex his, & ſic uno cōtradicēte locū habere qd̄ pdixit. ſ. vt eps̄ ordinet ¶ Et hoc dicit ipſe in hæredibus unius proni, ſecus ſi eſſent proni originales, ſiue ex eadē cauſa, ſiue ex diuerſis, quia tunc ſi diſcordant, præfertur pn̄tatus a pluribus partiū cōparatione minorū. c. qm̄, hoc tit. & hoc dicit ipſe ſi pōt fieri ſine ſcandalo, aliàs locus erit d. c qm̄, vt eps ordinet. ¶ Tamen iſtā ſol. improbat Io. And. quia ex illa concluditur, q ex triginta duobus nepotibus vnus impediat omnes alios, & per hoc īcidemus in abſurditatem iniquitatis volētes euitare abſurditatē intricationis, imò hoc q unus cōtradictio vitiet, reprobat̄ per Card. ī d. cle. plures ī prin. 4. col. ubi dicit ſtandū eſſe maiori parti, ut ibi per eū. ¶ Nec etiā ſoluitur intricatio per id quod dicit Stepha. q quādo eſſent plures patroni originales &c. q tunc ſtatur maiori parti quia in cognoſcēda illa maiori parte eſt intricatio, & ideo per hoc non ſoluitur intricatio Ioā. And. Addo ēt q eſt mala iſta ſol. Steph. in 1 ſui parte, dū dicit poſſe ſibi prouideri altero de duobus modis &c. nā illud ſi uolūtarie per eos. ut in d. clem. plures. Et ideo ſi illi noluerint uti illis prouiſionibus intricatio remanebit, mala igitur ē ſolutio, poſſunt prouidere, ergo non eſt intricatio, quia

certe

certe omnino non ſoluiť intricatio. ¶ Vnde pro vera
ſol. huius intricationis ſunt prius præmittēda aliqua di-
cta docto. & poſtea ſoluetur intricatio pleniſſime. Et pri
mo p̄mitto dicta Lau. relata per Cardi. in d. cle. plures,
in 4. col. qui dicebat, ꝙ quando ſunt duo patroni ab ini
tio, & ex vno remanſit vnus vel duo, ex altero decē, ꝙ
tunc illi omnes non habebūt niſi duas voces, ſicut duo
primi. Ita ꝙ ſi illi duo hæredes, vel vnus præſentet vnū,
& illi decē aliū, admittetur idoneior, & ſi erunt æqualis
meriti locus erit gratificationi ſuperioris. ¶ Si uero de-
cē diſcordāt inter ſe, maior pars ipſorū ēt partiū cōpara
tione minorū faciet unam uocem, & ſi alij duo hære-
des alterius patroni, uel unus, ſi unus eſt hæres cōcorda
būt cū eis, erunt duæ uoces, acſi oēs ſimul præſentaſſent
Lap. uero ſimiliter relatus a Car. in d. 4. col. dicit d. cle.
plures, loqui qñ eccleſia habet plures patronos, quia tūc
hæredes unius patroni ſuccedent per ſtirpē. i. in eius lo-
cū, ſed quādo eccleſia vnum tantum haberet p̄tronum
& illi ſuccedunt plures hæredes, tunc oēs illi hæredes
ſuccedunt per capita, quia non vertitur præiudicium
alterius cōpatroni. ¶ Et per hoc ſaluať opi. Arch. in uno
mēbro, ut diximus ſupra unde ſi talis patronus habuit
duos filios, eo defuncto illi duo habēt duas uoces, & ſuc
cedunt in capita. Et ſubdit, bene uerum eſſe filios eorū
ſuccedere in ſtirpes, ut in d. cle. plures, quia tunc erit ca
ſus in quo erunt plures patroni, & poſſet militare præiu-
diciū alterius, vnde ſi unus prædictorū filiorum reliquit
decē filios, & alius tantū duos, illi decē habebūt unam
vocē, & illi duo unam aliam. ¶ Et illo caſu dicit Lap. ꝙ
ſi unus ex duobus, & illi decē uel maior pars præſentat
vnum, & alius ex duobus & minor pars p̄ſentat alium,
ualet præſentatio decē, uel maioris partis facta ſimul
cū uno ex duobus. ſecundū ea quæ no. Vincē. & Cōpo.
in c. paſtoralis, de reſcrip. ¶ Item dicit ipſe, ꝙ ſi illi decē,
vel maior pars præſentat unū, & quilibet illorū duorū,
unus præſentet unum, & alter alterū, quia cū illi oēs ha-
beāt tantū duas uoces, & decē, vel maior pars habeant
vnā uocē, & illi duo habeāt aliā potius eſt recipere ma
iorē partē ex parte præſentati per decē ſeu maiorē par-
tē, quam ex aliqua aliarum præſentationum, cum in pa
tronis attendatur maior pars comparatione minorū.
¶ Subdit etiam, ꝙ ſi illi decē, ſeu melior maior pars illo
rū præſentat unū, & minor pars ipſorum decem una
cū uno ex illis duobus præſentat alium, & alter ex illis
duobus aliū, præfertur præſentatus a maiori parte illo-
rū decē, quia dicitur habere unā uocē integram, præſen
tatus vero a minori parte decē, & ab illo uno ex duo-
bus, diciť habere dimidiam, & aliā dimidiā præſentatus
ab illo altero uno ex duobus, & ſic minor pars illorū de
cē nō eſt in conſideratione, & ideo ille qui habet unam
integrā, & ſic præſentatus a maiori parte illorum decē,
præfertur alijs duobus do. uero Car. poſt prędictos doc.
ibidē, in 4. col. dicit unum, iſtā dinumerationē ſemper
ſibi placuiſſe, etiam dum erat ſcholaris, nā quando ſunt
plures patroni, & unus decidit, relictis pluribus hæredi-
bus, omnes illi habentur pro uno. ut in d. cle. ſi ergo di-
ſcordant iſti inter ſe ſtabitur maiori parti, quia qđ ma-
ior pars facit, omnes facere dicuntur. l. duo. ff. de re iudi.
de poſtula. præla. c. grarū, & quod ibi no. c. 1. de arbi. li. 6.
& quod notať in c. paſtoralis, de reſcrip. Et intellige di-
cit ipſe de maiori parte ſimpliciter, non autē partiū cō-
paratione minorū, quia cum vox ſit unica oportet dici
illā eſſe apud omnes, uel apud maiorē partē ipſorum, ſe-
cus autem quando ſunt plures patroni totius iuriſpa. qñ
diſcordāt in præſentando, quia tunc bene p̄fertur præ-
ſentatus a maiori parte comparatione minorū partiū,
& ſic Car. facit differentiā inter diſcordiā hæredū vnius
patroni, quia ſtabitur maiori parti, ſimpliciter, & diſcor
diā omniū patronorū, quia ſtabitur maiori parti cōpa-
13 ratione minorū, & nota iſta, qa nō reperi alibi. ¶ † Iſtis
ſic p̄miſſis deuenio ad ſol. intricationis Io. Andr. nā ſal-
ua pace ipſi⁹ cōputatio ſeu dinumeratio nō fit ita minu
tatim. vt ipſe facit, ſed fit ut ſ. eſt dictū vz, ut maior pars
hæredū habeat integrā vocē defuncti, & minor pars nō
ſit in conſideratione iure abſorbitionis. ſ. velut abſorbi-
ta a maiori parte, vnde in caſu formato per eū, unus ex-
duobus filijs B. habebit duas uncias, & illi tres ex qua-
tuor filijs C. habebunt quatuor uncias, & unus qui di-
ſcordat ab eis nihil habebit, ſed eius portio eſt abſorbi-
ta ab illis pluribus cohæredibus, tanquā a maiori parte,
ſimiliter nec illi duo ex ſex aliquid habebunt, ſed totū
ius remanet apud quatuor, ex illis ſex filijs D. ratione p̄-
dicta, ille ergo p̄ntatus habet ſex uncias tm̄, & ſimiliter
p̄ntatus ab uno ex duob⁹, & ab uno ex quatuor, & a qua
tuor ex ſex habet ſex uncias qa duas habet unus ď duo
bus, & quatuor ex ſex hn̄t quatuor, unus aūt ex quatuor
nihil habet, unde ex quo reperiuntur in pari, ſi merita
ēt erūt æqualia erit locus gratificationi. ¶ Hinc ēt eſt ſm
caſum Lap. ꝙ ſi ſex de decē p̄ſentarēt vnū, & quatuor
ex decē, & illi alij duo qui hn̄t aliā uocē p̄ntarent aliū,
meritis æqualibus erit locus gratificationi, quia ex quo
illi quatuor nō ſunt in cōſideratione, illi ſex diceni hr̄e
vnā vocē, & illi duo alterā. ¶ Et ex iſta cōputatione di-
cit ibi Car. tollitur intricatio ēt in pronepotibus. Nā po
ne ꝙ unus ex filijs B. relinquat quatuor filios, alter tres
&c. ſemper tres ex illis quatuor habebūt duas uncias,
& duo ex illis tribus alias duas. ¶ Dubitarē tn̄ ꝙ remane
ret intricatio in pronepotibus deſcendētibus a filijs D.
pone. n. ꝙ vnus illis ſex vocet E. & procreauerit quatuor
F. vero quinque G. ſex H. ſeptē I. octo K. nouē. quantū
habebit maior pars illorū quatuor, & quantum maior
pars illorū qnque & ſic de ſingulis. Certe ex quo oēs illi
ſex non habebāt niſi quatuor uncias, & ſic nō poſſum⁹
dicere, ex quo nō ſufficit ꝙ quilibet illorū ſex habeat vn
ciā ſuam, & per ꝯn̄s ꝙ maior pars hæredum cuiuslibet
illorū habeat vnā vnciā, ergo remanet intricatio, & eſt
deſcendedū ad minuta ſm qđ Io. And dixit, dicerē ſal-
uo ſaniori iudicio, maiorē part. quorūlibet illorū ſex ha
bere partē vniuſcuiuſq; illorū ſex, & poſtmodū maiorē
partē illorū ſex hr̄e quatuor uncias integras, adeo ut qđ
dř i primis hr̄dibus habeat locū in ſecūdis & ternijs vſq;
in infinitū. ita ut ſemper deuiam⁹ ad primas voces. ſ. vt
ſemper ſint tres uoces principales ex quo tres fuerūt ab
14 initio, ¶ Et nota iſta † quia intacta & alias ī facto ſm ea
obtinui, nā Trani fuerat vnus patronus dn̄s Alberic⁹ Pa
laganus, & habebat tres alios fratres, & ſic cōp̄ronos,
eo nati fuerūt quatuor filij, & ex vno illorū nati ſūt tres
ex alio quatuor, & alij duo filij adhuc viuūt. duo ex illis
tribus, & tres ex illis quatuor, & unus ex illis duobus q
adhuc viuunt præſentarūt me in rectoria ſanctorū Phi
lippi & Iacobi, alij verò, vz vnus ex illis trib⁹, & vn⁹ ex
illis quatuor, & ille alter de illis duobus q adhuc viuūt
p̄ntarūt alterū, fuit iudicatū totā vocē dn̄i Alberici me
15 p̄ntaſſe. ¶ † In facto ēt habui, & hic ē alter caſus multū
amplians p̄dicta, vnus fuit p̄ronus qui habuit qnque hæ
redes, vnus ex illis quinque nomine dominus Tramen
zat⁹ de Bonis mito inſtituit hæredes duas ſorores, una
illarū procreauit duos filios, altera unū, & ille unus po
ſtea procreauit duos, & ſic uox dn̄i Tramēzati deuenit
ad quatuor duos nepotes & duos p̄nepotes, quilibet
illorū dicebať habere quartā, illi duo p̄nepotes, & un⁹
ex illis nepotib⁹ p̄ntarūt me, fuit iudicatū illū alterū ne-
potē nō eſſe in cōſideratione ſed integrā uocē dn̄i Tra-
mēzati me p̄ſentaſſe, & ſic uides inquātū p iſta duo exē
pla amplianturdicta doctorū hic ¶ Poſſet aliquis dice-
re nō poſſe negari eſſe intricationē & difficultatē in p
bādo ad quot deuenit prima uox in lapſu longi tpis ut
fiat iſta dinumeratio, ſed poterit r̄nderi nō ſemper oēs
p̄ronos viuere, & nō ſemper deueniri ad tātā multitu-
dinē, qa ſæpe ex quinque fratribus & multis nepotibus
ſolet remanere progenies ad vnū, ſed magis ī ſpecie re
ſpondeť ꝙ cū hr̄i non poterit iſta notitia, & reperiūtur
in quaſi poſſeſſione iuriſpa. ſeu p̄ntādi tres vel quatuor
& ignorať pro quota parte oēs cenſebunť p̄roni æquali
ter, & ab illis ī. fiet iſta dinumeratio. arg. c. cōſultationi
bus, hoc titu. & per iſta oīa ſunt diſtricata. ¶ Licèt poſ-
ſet ēt ad iſtas intricationes reſponderi ꝙ illis nō obſtā-
tibus ita fuit determinatum per iuriſlatorē, quid ad re-
iuxta

iuxta illud Euangeliū Ioannis.cap.21.ſic eum volo ma-
nere donec ueniā,quid ad te &c.ſumus ne nos ſupra le-
giſlatores? ſufficit ita ſcriptū eſſe 6.q.3.c.ſcriptū.ff. qui
& a quib l.proſpexit.¶ Et ideo non obſt.nouū de aucto
ritatibus doc.quia illi hoc tenebant ante d.cle.plures,
ſed poſt eam omnes ſequuntur illā, vnde non ob. eorū
auctoritas contra legē ſcriptam , & hoc uoluit Abb.in
c.1 in uerſi.item dubitabant.hoc ti.d.Car.Imol.Pet.de
Anc.in d.cle.plures.& ibi Abb.in ſuis gl.in 2.uerſ.& idē
Abb.in conſi.54.caſus contingentia,in fi.col.in 1,uol.&
ſumma directorij iuris.hoc ti.in fi.10.& 11.§.& ſumma
fratris Angeli in uerbo iuſpa.in §.6.& uideē tenere Bal.
in l.2.C.de ſuis & leg.cū ibi loquitur de emphyteuſi ec-
cleſiaſtica,quæ eſt recepta pro ſe & hæredibus,licèt addu
cat in contrarium φ diſponitur de iurepat.libertorum
ſoluit illud non tranſire cum hæreditate vnde quando
eſt iustranſiens.cum hæreditate ſucceditur in illo per
ſtirpes ſed iuſpatro.eſt tale.ergo iſta etiam plene uoluit
Gay.in repe.c.fi.de elec li.6. in 50. col. & ſeq. & ita oēs
16 hodie tenēt,† & hæc eſt cōmunis opinio quæ quotidie
obſeruatur & practicatur.¶ Vnde ſi vnus eſt hæres duo
rū duas habebit uoces,ut uult glo. 1. & ibi omnes in d.
c.plures,& Abb.in proxi alleg.conſi.¶ Eſt bene verū φ
Butrius in cōſi.30.in 1.dub.viſis puncto. videtur tenere
iuſpa.tranſire ad hæredes per capita ſicut & ius alumēto
rū,ita & uocis dandæ.quod quidē conſilium. ponit etiā
Pet.de Anc.conſi.355.uiſis puncto,in 1.dub. tamen re
uera ſi bene inſpiciatur ibi loquutur prædicti doct.in ca
ſu vnius mēbri diſt.Arch.ſ.quando plures ſuccedūt vni
quia vnus erat patronus φ illi ſuccedunt per capita.ma
xime quia ibi dixerat teſtator φ inſtituit quelibet &c.&
prædicta cōſilia adde ad dicta Arch.ſupra relata pro ſo
17 luti.vnius membri ſuæ diſtinct.¶ † Dubitāt etiam doc.
circa hunc articulū an d.cle plures,habeat locum quā-
do iuſpa.ſpectat ad vniuerſitatem ſeu collegium , & gl.
2.ibi dicit φ ſic,quia in illis minus dubium eſt quam qñ
ſunt plures & ſinguli. Pau ibidē dicit in collegiis nō eſſe
dubium quia totū collegium habetur loco unius, vnde
prælatus de conſenſu capituli præſentabit.alleg.c.cã no
ſcitur,de his quæ fiunt a præla.refert & ſequitur Car.ĩ d.
cle. plures, in 5.col.in 3.q.¶ Sed dic clarius φ quando
ſpectat ad collegium præſentatio omnes de collegio p̄-
ſentant per capita.eſt bene verū φ ita ſpectat ad omnes
ſicut ad nullū , & in hoc non pōt verificari iſta cle. ſed
quando ſpectaret iuſpa.ad duo collegia uel ad duas vni
uerſitates,tunc bene poſſet habere locum illa cle. quia
omnes de vno collegio erunt loco unius collegij : oēs
vero de alio collegio erunt loco alterius. vnde maior
pars unius collegij faciet unam vocem reiecta minori,
& eodē mō in alio collegio.ita vult Car.in d. cle.plures
18 in §.quibus,in vlti.col.in 3.q.hoc ti.¶ † Et faciunt oīa in
prædicta & præſertim ſol. intricationis Ioan. And.ad e-
lectionem Rectoris uniuerſitatis legiſtarum Paduæ,quia
ex quo eligitur per nationes & quælibet natio facit vnā
vocē,maior pars ergo vnius nationis faciet illam natio
nē reiecta minori , & poſtmodum maior pars omniū
nationū faciet Rectorē,& ita obſeruatur Paduæ.faciūt
latè dicta per Abb.in c.ſcriptū,in 2.colum , & in prin.ſe
quen.in uerſ.nota ibi tot φ de elect. vbi dicit φ quando
plura corpora coniunguntur in vnū ad aliquē actum
explicandū.tunc incēdit per capita,ſed quando omnia
illa corpora tanquā corpora faciūt vnū corpus, maior
pars cuiuſlibet corporis facit illud corpus,& poſtea ma
ior pars omnium corporum faciunt vnum aliud corp⁹
vt ibi latè , ita fit in caſibus diſtricationis intricationis
Io.And.vide etiam latè de hoc per eundē Abb. in c.pa-
ſtoralis,in fi.princi.de reſcrip.& ibi do.Fely in verſi vbi
duo corpora. ad cuius dicta multum illa ſouentia me
remitto,vbi etiā per Barba.& do.meū Corſe. & p Gay.
in repe.c.final.de electio.li.6.poſt prin.51.colum.¶ Ad
uerte etiam ad vnum retuli quod voluit do. Card. in d.
cle.plures,in 4 col.quē retuli ſupra in verſ.do.vero Car.
poſt prædictos eum ſeq.φ ad hoc vt heredes vnius ex pa
tronis faciant maiorē partē,eſt neceſſe φ ſit maior pars
ſimpliciter,& non comparatione minorū , reſpectu tñ
omnium patronorū ſufficit φ ſit maior pars cōparatio
ne minorū,quid enim ſi ſunt decem hæredes vnius ex
patronis,& quatuor dirigunt eorū vota ad vnum; tres
vero ad alterū,& alij tres ad alium ſecundū Car.quāuis
illi quatuor faciant maiorē partem cōparatione mino-
rum,non tamen facient integram uocem illius patro-
ni cuius ſunt hæredes,ſed eſt neceſſe φ ſaltem ſint ſex,
quia ſex faciunt maiorē partē ſimpliciter oīum hædū, ſed
hoc caſu quid agendum? Ego dicerē.in caſu præmiſſo
fore permiſſum,ut liceret alteri parti illarū minorum
partium,& ſic illorum trium accedere ad majorē,vt ſic
faciant maiorem partē.arg.c.indemnitatibus,in §.ſi au
tē nulla eorundē.de elec.lib.6.& ſic hoc modo nō con-
cordarent vocē illius defuncti, quam repreſentant illi
decē hæredes non debere eſſe in cōſideratione.¶ Dice-
rem etiā unum illud dictum do. Card. maxime proce-
dere in vna vniuerſitate vel collegio , quando plura
collegia facerent vnum corpus,vt in caſu proxime for-
mato,quia nō ſufficeret ad faciendum vnum collegium
(ad hoc vt illud collegium cū aliis faciat vnū corp⁹) ni
ſi ſit maior pars omniū;& nō maior comparatione mi
norum per ea quæ dicunt doct.in c. eccleſia veſtra. vbi
19 Abb. de elect. ¶ † Adde ad prædicta etiam vnum φ
diſpoſitio d.cle.plures,habet locum non ſolū in plurib⁹
hæredibus vnius ex patronis,ſed ēt in omni caſu in quo
ex aliis titulis iuſpa.transfertur in plures,ita gl. in d. cle.
plures,in verbo relicti, & ibi d.Card.in 5.col prin.14.q.
Imol.& omnes ſuper eam poſt Stepha ibi.& illa gl. enu
merat alios caſus tranſlationis iuriſpa. & dicit Stepha.
quod ſi aliter diceremus non eſſet bene prouiſum, nec
eſſet ſublata occaſio malignandi propter quam emana
uit illa cle.plures,etiam in titulo donationis , vt ibi exē-
plificat gl.& doc.allegati,& idem in ti.vēditionis & in
aliis titulis de quibus ſ.¶ Reperi poſtmodū iſtis iā p me
diſcuſſis Pau de Cita.in hoc tract.in 9. par. in 6. ampli.
vbi tenet φ ſi vnus patronus eſſet mortuus relictis pluri
bus cōpatronis viuentibus.& pluribus inſtitutis hæredi
bus,omnes iſti plures acquirunt iuſpa inſolidū ſimul,&
ſuccedūt quoad iuſpa.in ſtirpes & nō per capita, & om
nes illi habentur pro vno alleg.d.cle.plures,& l.cui fun
dus,ff.de cōdi.& demonſt.& dicit initiū conſiderandū,
vt ibi per eum.¶ Reperi etiam in hac materia d. Roc.ĩ
hoc trac in verbo ius,in 6.q.vbi tenet in iurepa ſuccedi
per ſtirpes & non per capita ſed latius ipſe Roch. tāgit
iſtā materiam in uerbo ipſe uel is a quo in 2 queſtio.vbi
principaliter hunc articulū tractat & dicit illū valde ſub
tilē,& circa eum valde ĩ fundaſſe maiores nōſtros,& re
fert opiniones antiquorū cōtrarias,& opi. Arch. illas cō-
cordantē & dicit opinionē,φ in ſtirpe ſuccedatur,fuiſſe
approbatam per d.cle.plures & tranſit ad aliquas ſuc-
ceſſiuæ quæſtiones.de quibus infra dicemus.Et in 3.col.
20 ſubdit prædicta cle.plures. † diſpoſitionē pcedere, ne-
dū in pluribus hæredibus ex teſtamento , ſed etiam ab
inteſtato pp idētitatē rationis, & ita dicit uoluiſſe Pau.
de Eleaz.& Stepha.quos refert & ſequitur Imol. & cō-
muniter alij doc.in d. cle plures,ſuper glo.in verbo reli
cti.¶ Et ibidem ſubdit cōmuniter omnes doc. conclu-
dere in d.cle.plures,illam procedere , ſiue hæredes ſint
ſui,ſiue extranei,ſiue maſculi,ſiue fœminæ.¶ Dicit ēt p̄
dictā cle.plures, & ſupraſcriptas oēs declarationes pce-
dere etiam quādo iuſpa. vnus ex patronis deſcenderet
ad plures per viā contractus,puta ſi donetur iuſpa. plu-
ribus.vel vniuerſitas in qua eſt iuſpa.vendatur pluribus:
quia loco vnius omnes habebuntur.alleg.gl.in d.clem.
plures ĩ uerbo relicti & omnes doc.ſuper eā.& pro hoc
dicit facere identitatem rōnis,vt etiā nos ſupra diximꝰ
¶ Et adde prædictis omnibus unum notādum quod po.
nit Philip.Decius in ſuo cōſi.127.plura dubia.in vlt.col.
intantum iuſpa.tranſire per ſtirpes φ ſi ſuccedens in il-
lud pro vna parte diceret præſentando ſe patronum p
maiori parte nō valebit præſentatio etiam p portione
quam habet,quia qđ potuit noluit &c vt ibi per eū, qđ
eſt durū credere,licèt eius auctoritas nō ſit minima , &
ideo

ideo eſſet neceſſaria noua præſentatione ꝑ vera quota
ſibi tangente ſi adhuc ſupereſt de temporedato ad pñtā-
dū, ex quo prima nulla erat per ea q̄ diximus. ſ. i 2. parte
ſecūdi li. in 3. q. prin. in prin. & tribus ſequen. articulis.

¶ Vigeſimus ſextus arti. j. q prin. ſecundæ partis. j. Libri.

1 Succeſſio in collateralibus fit per capita & non per ſtirpes, & hoc procedit in ſucceſſione hæreditatis, ſecus in ſucceſſione iuriſpa. & infra, in num. 4.

2 Iuriſpatro eccleſiarum ſucceditur per ſtirpes & non per capita etiam in collateralibus & hoc tam in ſucceſſione quam in alijs titulis tranſlationis iuriſpatro. num. 6.

3 Ratio quare plures hæredes vnius patroni habeantur pro vno.

5 Cle. plures de iurepa non habet locum vbi tantum ſit vnus patronus eccleſiæ relictis pluribus hæredibus.

QVæro magis in ſpecie. 26. loco, an quod proxime
dictum eſt deſcendentibus a pluribus patro-
nis ſuccedere in ſtirpes & non per capita, ſit
idem in collateralibus quocūque titulo habili ſuccedē-
tibus ipſis patronis, de iſto arti. diximus plura ſupra in ꝑ
ce. art. in uerſi. & ex illa computatione cū pluribus ſeq.
tamen in ſpecie hunc articulum proſequitur d. Roc. in
hoc trac. in uerbo ipſe uel is a quo, in 2. q. prin. in prin. 2.
col. in verſi. 1. quæſt. eſt vbi dicit d. Card. in d. cle. plures,
in prin. in 1. col. uideri concludere, quod nō, dicit enim
1 † ꝙ in collateralibus ſit ſucceſſio per capita, niſi quan-
do tractaretur de ſucceſſione patrui, quo caſu ſuccedūt
frater & filij alterius fratris defuncti in ſtirpes, Authen.
ceſſante. C. de leg. hære. idem quando tractaretur de ſuc
ceſſione patrui inter nepotes duorum fratrum præmor
tuorum ſecundum opi. glo. in d. Auth. ceſſante. quæ cō
muniter approbatur ſecundū eum, & hoc idem dixit
d. Alex. in l. poſt conſanguineos, in princ. ff. de ſuis leg.
¶ In cōtrarium tñ dicit urgere tex. in d. cle plures, i pri.
qui generaliter loquit̃ ꝙ plures relicti hæredes ab vno
ex patronis habent loco unius, nec diſtinguit, an illi hæ
2 redes ſint collaterales vel deſcendentes. ¶ † Dicamus
ergo dicit Roc. etiam in collateralibus ſucceſſionē in
iurepa eccleſiarū fieri per ſtirpes, & non per capita pro
pter gñalitatem tex. d. cle. plures, dicēdū ergo ꝙ ſi uni ex
pſonis ſuccedunt plures ēt collaterales loco unius habe
3 bunt, per illū tex. & ēt ꝑꝑ idētitatē rōnis. ¶ † Et adducit
rōnē quare plures hæredes unius pſoni habeātur ꝑ vno
q a ſi aliter diceremus de facili abſorberetur iuſpa. ſuper
uniētis q ēt unā uocem tñ habet, & ſic eſſet aperta uia
fraudibus, quia ſic poſſet pſonus inſtituere plures hr̃des
qui ſi haberent plures uoces ſemper excluderent cōpa-
tronū ſuperuiuētē. quā rōnem ad d. cle. plures, aſſignat
ibi gl. magna uerſus fi. & ibi do. Card. in 4. q. & oēs doct.
ſequunt̃ ut ēt diximus in proximo art. Iſta. n. rō militat
tā in collateralibus quā in deſcendentibus, & tā in hære-
dibus quā in legatarijs & emptoribus uniuerſitatū in q-
4 bus eſt iuſpa. ergo in oībus prædictis idem ius. ¶ † Non
obſt. modo quod dixit d. Car. ſupra relatus. ſ. in collate-
ralibus ſucceſſionē fieri per capita, quia ut ipſimet dicit
ibidē in 4. col. in uerſ. & pro hoc dicto illud procedit in
ſucceſſione hæreditatis, aliter. n. ſucceditur in iurepa. ec
cleſiæ & aliter in hæreditate, ut etiam dicit dicere Ang.
Are in §. multis, in fi. inſt. de ſuc. li ¶ Et quātū ad propo-
ſitū noſtrū dicit hoc bene probari ꝑ rōnē ſupra adductā
militantē in ſucceſſione iuriſpa. & nō in ſucceſſione hæ
5 reditatis, ut ad oculū cōſtat. ¶ † Subdit etiam propter ꝑ
dictā rōnem nos dicere ꝙ ſi unus tm̄ ſit patronus eccle
ſiæ qui decedat relictis pluribus hæredibus nō habere
locū d. cle. plures. & ſic illos non haberi loco unius, qui
n imo eos ſuccedere per capita, & unūquēque ipſorū ha
bere unā uocē cū hoc caſu ceſſet dicta rō. ¶ Si tñ poſtea
unus ex iſtis hæredibus uel patronis decedat uel oēs de-
cedāt, & quilibet eorū relinquat hr̃des ſucceſſio i iurep.
fit in ſtirpes, & ſic hr̃des unius habebuntur pro uno. &
unicām tm̄ uocē habebūt. Et idē erit dicēdū ubi plures
a principio ſunt pſoni, quia hæredes illorū ſuccedūt in
ſtirpes ut eultet̃ fraus ſupra recitat. i. iſta eſt pulchra de-
claratio Lau. in d. cle. plures, in prin. quem ibi refert &
ſequitur d. Card. in 4. col. ſubijciens hunc modū cōpu-
tandi ſibi placuiſſe a tempore quo fuit ſcholaris. ¶ Sub-
dit etiā ibi d. Roc. iſto modo intelligēdo ſolui opi Arch.
iit uito membro quam nos retulimus ſupra in 1. art. &
tolli intricationes ad contraria, de quibus ꝑ gl. Io. And.
in d. cle. plures, ad quæ ſigillatim r̃ndet do. Cardi. ad eū
ſe remittendo, de quibus nos latè diximus ſupra. in ꝑce-
den. art. ¶ Dicit ēt hanc declarationē Lau. referre & ſe
qui Ioā. de Imol ibi in 8 col. ſuper gl. i uerbo ab uno, &
idē in effectu dicere Abb. in conſi. 54. caſus. in 1. uolu. &
do. Alex. in d. l. ut iuriſiurandi. § ſi liberi. ff. de oper. liber
in 2. col & ita reſidet do. Roch. ubi ſupra. cuius dicta ue
6 ra ſunt † Etiā per nos tacta in præcedēti articulo. ſed ma
gis in ſpecie hic ꝑꝑ difficultatē collateralium, & ita con
cludendum tam in ſucceſſionibus quàm in alijs titulis.
tranſlationis iuriſpatrona. ut ſupra.

¶ Vigeſimus ſeptimus art. 1. q. prin. 2. part. j. Libri.

1 Si plures hæredes vnius vel plures donatarij legatarij vel emptores vniuerſitatis in qua eſt iuſpa qui pro vno habeatur & vnā vocem habeat ſint diſcordes inter ſe, an attendantur uota plurium ad uocem illam perficiendam.

2 Quod attendatur ad perficiendam uocem maior pars omnium hæredum donatariorum & ſimilium ab uno ex patronis deſcendentium & inter ſe diſcordantium nec ſufficeret maior pars comparatione minoram, & quæ ſit ratio.

1 SImiliter magis in ſpecie. 27. loco quæro, † ſi plures
hęredes unius, plures donatarij, legatarij, uel empto
res uniuerſitatis in qua eſt iuſpa. qui pro uno habē-
tur & unā uocē hñt, ut ſupra inter ſe ſint diſcordes, an
attendantur uota plurium ad illam uocem perficien-
dam & licet hic articulꝰ ſit ēt ꝑ me diſcuſſus. ſupra i 25.
art. in uerſ. unde pro uera ſol. cū quāpluribus ſeq. tamen
quia principaliter illū proſequitur d. Roc. in hoc trac. in
uerbo ipſe uel is a quo. in 2. q. prin. in 3. col. in uerſi. ſub-
oritur nunc alia qō. ubi dicit iſtum eſſe elegātē & quoti
dianū punctū, uiſum eſt mihi eius dicta ſeparatim & pri
cipaliter ponere, dicit ergo in hoc puncto ſe reperiſſe
tres opi. ¶ Et primam fuiſſe Stephani in d. cle. plures, q̄
(vt eam ibi refert Io. de Imo. ſuper glo. mag.) uoluit uo-
cem ipſam eſſe apud omnes, ita ꝙ omnes debeāt eſſe cō
cordes, adeo ꝙ vnius cōtradictio totū impediret, & per
ꝯñs ſm̃ iſtam opi. ſi daretur caſus ꝙ eſſent decē hæredes
& nouem præſentarent unum. & alius decimus alterū,
neutra pſentatio ualeret. ¶ Secūdā dicit fuiſſe opi. Lap.
quā ibi refert & ſequit̃ Io. de Imo. ꝙ dicta uox ſit apud
maiorē partem ex eis, ēt cōpatione minorū partiū, &
ſic ſi daretur caſus ꝙ eſſent decē hr̃des uel donatarij, ſeu
legatarij, & ſimōi, & quinque pñtarent unū, tres alterū,
& duo aliū, ꝙ præſentatio illorū qnque ualeret, & aliæ
duæ præſentationes nihil ualerent quia licèt illi quinq;
nō faciant maiorē partem oīum, tñ faciunt maiorē par
tē aliarū partiū pñtantiū apud quā maiorē partē eſt ipſa
uox, ut ipſi dicūt ¶ Et ꝑ iſta opi dicit facere id qđ deci-
dūt Io And. Abb. & cōiter cæteri in c 3. hoc ti. & in c. ec
cſa. el 1. de elect. ꝙ ubi præſentatio competit pluribus ut
ſingulis & nō ut collegio, præfertur uox maioris partis
ēt cōparatiōe minorū de quo dicit ſe plene dixiſſe ſup
2 uerbo honorificū. q. 58. ¶ † Tertiam dicit fuiſſe opi. Io.
And. de Ligna. in cle. plures, quā ēt tenet clare d. Card.
ibi. i 4. col. i uerſ. itē ꝑ hæc dicta ꝙ ad dictā uocē pficiēdā
reqrat̃ maior pars oīum hr̃dū, donatariorū, & ſimiliū,
ab uno ex pronis deſcēdentiū, nec ſufficeret maior pars
cōparatione minorū, & rō eſt ſm̃ do. Card. quia ex quo
uox eſt unica, oportet dicere ꝙ ſit apud oēs, uel maiorē
partē ipſorū oīum. ¶ Et ſubdit Roc. iſtā opi. magis ſibi
placere, & illā ꝓprobare ꝑ ſimile, nā i actu faciēdo ꝑ uni
uerſitatem vł collegiū reqrit̃ maior pars oīum, ut dñr.
doc. i d. c 3. hoc ti. & i d. c. eccſa. ꝑ illū tex. de elec. rō ē q a
nō pōt dici illū actū fuiſſe factū ab uniuerſitate niſi ſaltē
maior pars uniuerſitatis id fecerit. l. ꝙ maior. cū ſimi. ff.
ad muni-

ad mnni. ita dicunt doct. in locis ſupra alle. ſic dicamus
in propoſito noſtro. nam illi oẽs hæredes vel donatarij
ab vno ex p̃ronis cauſam hñt pro vno corpore, & vnã
tñ vocẽ hñt vt ſupra dictũ eſt, nõ põt ergo dici actũ eſſe
factũ ab illo corpore, niſi ſaltem maior pars omniũ de
corpore cõueniat, & ipſum actum faciat. ¶ Et pro hoc
tollitur illud quod ſupra dictũ eſt. ſ. vbi actus, puta præ-
ſentatio cõpetit pluribus & ſingulis, ſufficit maior pars
cõparatioue minorũ, quia in caſu iſto nõ cõpetit pluri
bus ut ſingulis, ſed cõpetit plurib. tanquã uni, ita ꝙ oẽs
hñtur pro vno, & ſic militet eadem ratio, ac ſi cõpete-
ret pluribus vt collegio ¶ Comprobat ẽt do. Roch. iſtã
opinionẽ ꝑ deciſionem gl. & doc. in c. paſtoralis. in ver-
bo plures, de reſcr. vt diximus ſupra in 25. art. in verſic.
& faciũt oĩa ſupradicta de pluribus corporibus facien-
tibus vnũ corpus. ¶ Demum concludit ipſe Roc. per ſu
praſcripta ꝙ ſi præſupponantur decẽ hæredes unius ex
patronis, & alter patronus ſupuiuat & deueniãt ad prę
ſentationẽ, ſi dictus patronus præſentet vnũ, & maior
pars illorũ decẽ p̃ñtet aliũ, tales p̃ñtati habebũt æquale
ius, vñ ſi alter eorũ fuerit idoneior erit p̃ferendus, aliàs
locus erit gratificationi, ita dicũt do. Card. & Imo. poſt
Lap. in d. cle. plures, & facere notata in d. c. paſtoralis,
de reſcr. ¶ Addit ẽt Roc. eſſe aduertendum, nam dato
ꝙ minor pars illorũ decem præſentaret p̃ñtatũ ab alte
ro cõp̃rono, tñ ꝑ hoc ille p̃ñtatus nõ p̃ferretẽ, qa vox.
illorũ decẽ eſt apud maiorẽ partẽ, ita ꝙ de ſuffragio vel
p̃ñatione minoris partis, ita dicit colligere ex verbis do
cto. in locis præalle. & maxime d. Card. in d. cle. p̃les, in
4. col. in 2. q. in fi. & Abb. ĩ d. c. paſtoralis, cir. fi. prin. vbi
dicit ꝙ unus ex trib. eiuſdẽ corporis pro nihilo reputa-
tur, qñ maior pars ꝯtradicit ei, & idẽ concludit do. Fely.
ibi circa fi. in verſ. ſed eſt cõiter reprobata. ¶ Vbi tenet
poſt Io. And in c. à collatione, de app. lib. 6. ꝙ ſi duo cor
pora habent actũ facere, & vnũ corpus concordet, &
ẽt habeat una perſonã alterius corporis ꝑꝑ hoc nõ ob-
tinebit, quia vox illius corporis eſt apud maiorem par-
tẽ, ita Io. And. in d. c. à collatione, reprobãdo opi. Hoſt.
qui ꝯtrariũ tenuit in c. poſtulaſti, de conceſ. præb. idẽ te
net Gem. in d. c. à collatione, & multi alij quos refert d.
Fel. in d. c. paſtoralis, atteſtans iſtã eſſe cõem opinionẽ.
ex quo dicit opinionẽ Hoſt. contrariã eſſe reprobatã,
& hæc dicit eſſe bñ notanda, quia in practica ſæpe con
tingunt, & in hoc uidit plures errare. ¶ Tu de p̃dictis vi
de q̃ diximus. ſ. in 25. art. in verſic. vnde pro uera ſol. cũ
pluribus ſeq. & præſertim in verſi. dubitãt ẽt, cum pluri
bus ſeq. verſiculis vſq; ad finẽ ¶ Nõ omittam tñ vnum
dicere ꝙ ſi haberet notitia principij vnius vocis ſicut hę
redes vnius dicuntur facere vnũ corpus, adeo ꝙ maior
pars illorũ illud corpus repreſentat, ita oẽs iſtę maiores
partes hæredũ pluriũ defunctorũ facient, ſi maior pars
illorũ conuenerit, illam primam uocem. do exẽplum,
tres ſunt principales p̃roni, vel principales hr̃des vnius
patroni, quo caſu oẽs dicuntur pet capita patroni, pu-
ta A. B. C. ex A. procreati ſunt tres filij, ve3 D. E. F. & qli
bet iſtorũ procreauit plures filios hr̃des. Nulli dubium
eſt maiorẽ partem hæredũ cuiuslibet iſtorum filiorum
rep̃ñtare portiouẽ p̃ris, & ſic reducentur ad tres portio
nes. D. E. F. ſi duo iſtorũ concordant, puta D. & E. iſti fa
cient uocem, A. reiectis hæredibus. F. qa & in iſtis militat
eadẽ rõ. vnde ſi bene maior pars hr̃dum F. cõcordaret
cũ B vel. C. viuentib. ſeu cũ maiori parte hæredũ illorũ,
nihil ad illos addet, qa portio ipſius F. & eius hæredum
eſt abſorbita ꝑ maiores partes hæredũ D. & E. rep̃ñtan
tiũ uocẽ A. qđ quidẽ dicimus in pluribus hæredibus u-
nius, dicemus in principalibus; hæredib. principalis pa-
troni. arg. l q̃ de toto. ff. de rei vend. cũ vulg. maxime cũ
rõnem Pau.traditionem non fieri ad ineundum nouũ
ꝯtractũ,ſed ad ꝯfirmandum iam initum, vt attendatur
iſto caſu origo ꝯtractus &c.nam in reſtitutione fideicõ
miſſi non fit aliqua ꝯfirmatio, ſed executio iã perfecta
voluntatis teſtatoris,& tñ attenditur potius ipſa execu
tio ſeu traditio q̃ volũtas teſtatoris, per quam diſpoſitũ
fuerat de vniuerſitate hæreditatis, & ideo fieri non põt
tranſitus iuriſp.in fideicommiſſarium,ita ẽt nec in em
ptorem hæreditatis.Conſidero & tertiò magis ꝓhiberi
tranſlationẽ iuriſp.ti.oneroſo q̃ titulo gratuito.c. de iu
re.iuncto.c.1.hoc ti.& c.filiis.16.q.7.& hoc eſt clarum.vẽ
di.n.non põt & p ſucceſſionẽ transferri bene põt: vt in
dictis iuribus.& tamen ſi eſt titulus gratuitus ſucceſſio
nis per quem dñium rerum hř & transfertur abſq; tra-
ditione ſingularium rerũ,prout eſt, qñ quis adiit hẽdi-
tatem,tunc.n.ꝯſequitur dñium rerum.ff.de acqui. poſ.
cum hære.in prin.ff.de peti.hř.l.item videndum.§. fi.cũ
l.ſeq.iſto caſu bene trãsfertur iuſp.abſque aliquo ꝯſen-
ſu epi,vt volunt do.in d.c.1.hoc tit.& diximus.ſ. in 2.q.
prin.in 1.ar.& tñ ſi eſt titulus gratuitus, puta ſucceſſio-
nis p quem dñium rerum ſingulariũ non transferť ſine
traditione ſingulari,vt eſt in legato quod debet haberi
a manibus heredum,non transferetur iuſp.ſine ꝯſenſu
epiſcopi,vt dicemus ĩ.in hac 2.par.in 6.q.prin.in 2. arti.
ſi hoc eſt in titu.gratuito,qui eſt magis permiſſus in trã
ſlatione iuriſpa.multo fortius hoc eſſe debet in titulo
oneroſo,puta venditionis,qui eſt magis vetitus. ¶ Et p
iſta concluderem cum venditione hæreditatis, quam-
uis ſit quædam vniuerſitas,non tamen tranſiret iuſp.qa
eſt neceſſaria ſingularium rerum traditio. & hoc mul-
to magis in venditione omniũ bonorum, cum oĩa ſu-
praſcripta & per me conſiderata,multo magis militant
in ipſa venditione oĩum bonorum,& ſic in p̃ceden.ar.
Intellige tamẽ prædicta niſi in iſta hæreditate vel bonis
fuiſſet aliquod caſtrum vel villa,in quibus eſſet iuſpat.
quia reſpectu vniuerſitatis villæ vel caſtri,bene trãſiret
iuſp.& illa eſt mea opin.poſt Pau. contra communem.
¶ Communis tamen opinio habet,vt cum venditione
omnium bonorum non tranſeat iuſp. niſi in ipſis bo-
nis eſſet villa vel caſtrum,vt cõcluſimus in proximo p̃-
ceden.arti.ſed bene tranſeat iuſpatrona. in emptorem
cũ venditione hæreditatis. Sed certe mihi plus magis
placet opinio contraria. cogita tamen ſuper prædictis
prout etiam reliquit cogitandum domi.Felin. in d. ca.
cauſam.in 5.col.in verſ.& hæc procedunt.de præſcri.li-
cèt prædictas nouas conſiderationes non adduxerit.
5 ¶ † Limitatur tamen hæc cõmunis opinio procedere
niſi in hæreditate vendita non eſſet aliud niſi ſolũ iuſp.
vel aliquid parũ plus,adeo ꝙ precium videatur datum
potius pro iurep.quàm pro ipſa hæreditate,cũ tranſcẽ-
deret precium illius pluris,per aureã doctrinã do. Car.
in d.c.ex literis.in 11.q.loquentis in venditione oĩum
bonorum,adducendo hoc abſurdum, quod poſſet de-
uenire ex hac fraude,quod etiam poſſet euenire in ip-
ſa hæreditate vendita:& ideo non tranſire iuſp.in ven-
ditorem,vt pulchre fuit loquutus do.Roc.in verbo ip-
ſe vel is a quo,in 23.q.2.col.qui p hoc adduxit quatuor
motiua:prout eum retulimus ſ.in proximo p̃ceden.ar
ti.in verſ.ſubdit poſtmodum,& in verſ.in quo caſu.

¶ Decimusſextus art.5.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Caſus,ſi plures nobiles inſimul poſſident caſtrum iure hæreditario, in quo ſit iuſp.& ex conſuetudine præſcripta vel alia conſtitutione appoſita in initio fundationis ſenior de domo illa ſeu familia, vel ſenior ipſorum patronorum ſolebat præſentare: quis ſenior modo vendidit partem ſuam illius caſtri,quis præſentabit venditor vel emptor, vel mortuo vendente eius filius vel ſenior ex mentem patronorum.*

2 *Iuſpatrona ſicut tranſit cum tota vniuerſitate, ita cum parte vniuerſitatis.*

Poterit

1 POteriſ 16.loco dubitari circa hanc materiam. † quidam nobiles poſſederūt inſimul quoddā caſtrū iu-
re hæreditario, in quo erat quædā capella iuriſp. ipſius
caſtri,& ex ɔſuetudine præſcripta,vel aliqua alia conſti
tutione appoſita in initio fundationis,ſenior de illa do
mo ſeu familia,ſeu ſenior ipſorum patronorum ſole-
bat præſentare rectorem, cū vacabat, ſi mō ipſe ſenior
vendidit partem ſuam, quam habebat in dicto caſtro
cuidam extraneo,quis p̄ſentabit:cum vacare cōtigerit
d.capella,vendens ipſe,ſi viuat,an ille extraneus emēs,
vel mortuo vēdente eius filius & hæres, an verò ſenior
remanentium p̄ronorū? Iſtū caſum poſuit do. Card.in
conſi.48 quidam nobiles.& decidit ibi ꝙ licèt iuſp.tran
ſeat in emptorem,erit patronus & nūquā p̄ñtabit, ſed
imputatur ei qui emit tale quid ſic conditionatū, nec
ēt p̄ñtabit venditor,quia ex quo rōne caſtri erat p̄ronus
vendita parte ſui caſtri non erit p̄ronus nec eius hr̃s,vn
de ɔcludit aliū p̄ronū tunc exiſtentē ſeniorē dr̃e p̄ñ-
tare: verùm ꝙ nullo exiſtente de familia p̄ñtabit extra-
neus emptor caſtri,& mouet̃ do.Car.vt ibi p̄ eū,cuius di
cta retuli.ſ.quaſi de verbo ad verbū ad aliud ꝓpoſitū ī 2.
2 q.prin.p̄ñtis par.in 8.ar.vbi videre poteris. ¶† Nūc verò
ad propoſitū noſtrū ego colligo primò ex eius dictis,ꝙ
ſicut iuſp.tranſit cū tota vniuerſitate, & ita cū parte vni
uerſitatis,quā vēdit per vnū ex dñis vniuerſitatis in qua
erat iuſp.qd̄ eſt nouiſſimū, & pro hoc facit reg. de toto
ad partē.l.q̄ de tota.ff.de rei vend.c.paſtoralis.§. cū totū.
de offi.d.leg. p̄ſertim cū ſit eadē rō : nā ita eſt dñs totius
vniuerſitatis rōne caſtri,ſicut dñs p̄artis rōne eiuſdē ca-
ſtri,cū ſit indiuiſum,ſaltē reſpū iuriſp. vnde vendendo
caſtrū vēdet iuſp.nec dr̃ vēdere partē iuriſp.ſed iuſp. in-
ſolidum,arg.c.1.hoc ti.& eorū q̄ ibi dicit gl. & ꝓ hoc fa-
cit qd̄ diximus.ſ.in 2.q.prin.huius partis,in 20.ar.ī verſ,
aut verò ɔſuetudo,valere ɔſuetudinē, ꝙ primogenitos
hr̃s cū alijs fratrib.ſolus habeat iuſpa. quāuis nō habeat
totā hr̃ditatē.Collige & ſecūdò ex eius dictis, ꝙ ſenior
poſt primū vendentē caſtrū iſto caſu p̄ñtabit, qa ſenior
de parentela. Ego circa hoc ɔſideratē,ꝙ aut conſtitutio
ſeu præſcriptio ipſius iuriſp.vult,ꝙ ſenior de parētela p̄
ſentet,& tunc procedere dictū Car.vt donec ſit aliqs de
parentela, licèt iunior aliis p̄ronis extraneis, nihilomi-
nus dicetur ſenior, ſed ſi p̄ſcriptio ſeu ɔſtitutio hr̃et,ꝙ
ſenior p̄ronus p̄ñtet,& tunc ſi iſte emptor, eſſet ſenior
alijs.Ego dicerē ipſum p̄ñtare, qa ex quo ſemel eſt p̄ro-
nus,vt voluit D.Car.& proxime diximus,& conſtitutio
nē velle ſeniorem p̄ronū p̄ñtare,ille dr̃ ſenior,licèt po-
ſterior receptus,arg.c.2.de maio. & obed. maxime quia
in eo verificantur contenta in ɔſtitutione fundatoris,
vel ea q̄ præſcripta ſunt . ſi verò iſte emptor eſt iunior
alijs,ſeu adſit patronatus eo ſenio procedet d. Car.reli-
qua vide in d.8.ar.2.q.prin.huius partis.

¶ Decimusſeptimus art. 5.q.prin.ij. partis j. Libri.

1 *Venditio fundo in quo erat iuſp.an iuſp tranſeat in emptorem vbi quòd non.nu. 3.& 4.*
2 *Vendito fundo tranſit ius ſepulchri in emptorem.*

1 DVbitatur 17.† quid ſi aliquis uēdit fundum,in quo
extat eccleſia,& iuſpa. ipſius an trāſeat in emptorē
cum venditione fundi,ſicut cū caſtro vel villa venditis.
Bar.in 18.q.veneriali.quē ſequit̃ Hoſt.in d. c. ex litteris.
tenuit non tranſire iuſp.in emptorem fundi,& moue-
tur,quia fundus nō eſt vniuerſitas, ſed res particularis,
cum qua non tranſit iuſp.vt diximus ſupra in 11.præce.
art.& hoc idem videtur tenere Inno.in ca.cum ſeculū.
hoc ti.vbi fortius vult,iuſp.non tranſire cum fundo da
to in feudo,in quo ratione feudi, ſi non ratione fundi
eſt vniuerſitas,vt dicemus.ī. in hac parte in 7. q. prin. in
4.arti.tenet ēt iſtam partem in vēditione fundi.D.Abb.
in d.c.cū ſeculū.& hoc ſimiliter vr̃ velle Io.And. in d. c.
ex literis.& ſumma directorij iuris,hoc ti.§.18. Tancre.
verò relatus a Bartho.in d. q. 18.veneri.tenuit ɔ̄rium . ſ.
iuſp.tranſire cum fundo vendito,cuius opi.ſequit̃ Inn.
ſibi ɔ̄rius in d.c.ex literis.dū dicit,multo fortius tranſire
iuſp.in emptorem quàm cum hr̃ditate, alle. text. in l.ſi
mercedem.§.ſi cum fundū.ff.de actio.emp.vbi vendito
2 fundo tranſit ius ſepulchri,qd̄ in ea eſt.¶† Ad idē addu
ci pōt lex in modicis.ff. de ɔ̄hen. emp. vbi glo.infert ad
iuſp.& idem facit gl. in l.q̄dā.ff.de acqui.re.dom. Et iſta
pars plus placet D.Car.in d.c.ex literis.in 12.& 13.q. qui
dicit,fundum iſto caſu tenere locū vniuerſitatis: & idē
refert & tenet in c.cum Bertoldus.in prin.ſecūdi no.de
re iud.& in c.cū ſeculum.in 3.q.in hoc tit.& idē Car.pul
chre in conſ.122.quidam habens,in verſi. Archi.aūt vbi
dicit hoc eſſe verius:quia negari non pōt,quin fundus
teneat locum vniuerſitatis,vel ſaltem locum principa
lis,& iuſp.tranſire acceſſoriè . Aliqui voluerunt diſtin-
guere,put fuit Ro. in ſing.ſuis in 3. char.in pri. in ſing.
incip.ſi vendo fundum.poſt Bar.in d. l. ſi mercedem. §.
ſi cū fundū,& in l.aſſiduus.ff. de priuile.credi. Quòd aut
illa eccleſia q̄ eſt in fundo non habet aditum niſi p̄ illū
fundū,& tūc procedet opinio affirmatiua:quia aliàs nō
poſſet accedi ad eccleſiam,& ſic exercere iuſpa.qd̄ in ea
habet venditor,merito ergo trāſibit in emptorē fundi,
q poterit illud exercere,& ita loquit̃ d.§. ſi cū fundum,
Aut verò eccleſia q̄ eſt in fundo habet aditū ab aliqua
via cōi,& tunc procedet opinio negatiua,ꝙ iuſpa.non
tranſeat in emptorē: qa venditor poterit illud exerce-
re,& ad ecclam accedere aliunde q̄ ex fundo,quam di-
ſtin.refert Firm.in tract.de ep̄o,in 4.li.in 4.par.in 30.q.li
cèt ab ea recedat:vt infra dicetur. Contra tn̄ iſtā diſtin-
ctionem inſurgunt tenentes opinionē negatiuā , & di-
cunt primum membrum non procedere : quia quāuis
non habeat eccla aditum aliunde niſi p̄ fundū, nihilo-
minus non tranſibit iuſp.in emptorem , & mouent̃ eo
motiuo quo motus eſt Inn.in d.c.ex literis. ad dicendū
iuſp.capellæ exiſtentis in aliquo palatio non trāſire in
emptorē palatij,ēt ſi aliunde aditum non habeat,niſi p̄
palatium quia bene pōt iuſp.teneri per venditorē ēt ꝙ
non accedat ad eccleſiam,ſicut eſt p̄ſentare.Nec ob.d.l.
ſi mercedem.& d. l.in modicis. quia loquūtur in iurib.
ſepulchrorū quibus quis vti non poteſt niſi ad ſepultu-
ram accedat,cadauer portet,& ibi illud ſepeliat , qd̄ nō
eſt in caſu noſtro,& ideo aditus in dictis iuribus ɔſide-
ratur,& hoc videtur tenere Firma.vbi ſupra in 30.q.qui
alleg.Bal.in l.fi.C.de edic.diui Adr. toll. quod dicit eſſe
menti tenendum.Superuenit do.Abb.in ſua diſpu.Au
gerio.in 10.col. & dicit verā eſſe diſtinctionem p̄dictā,
quamuis communiter Canoniſtæ teneant ɔ̄rium. Nec
obſt. eorum ratio, iuſp.poſſe hr̃i & poſſideri abſque eo
ꝙ accedatur ad capellam vel eccleſiam:cū præſentatio
fiet extra eccleſiam.nam reſpondetur, patronum ɔſeq
non ſolum honorem p̄ſentandi,ſed etiam onus defen
dēdi eccleſiam & bona ſua.habet.n. ad ecclam accede-
re & videre,an res bene cuſtodiantur per ſacerdotē, vt
poſſit ſuperiori denunciare:vt in c.filiis.& no.in gl.in c.
piæ mentis.16.q.7.& ob hoc onus dubitat̃ , nunqd p̄ro-
nus poſſit in totum a ſe iuſp.abdicare:vt not.gl.ca.cā &
q.c.conſiderandum,habet ēt ius proceſſionis,vt hono-
raretur, cum vadit ad eccleſiam.d.c.filijs.& c.nobis.hoc
ti.quibus quidē iuribus ipſe patronus venditor vti non
poterit,ſi non habetur acceſſus.Dicemus ergo, dicit ip
ſe,iuſp.tranſire cū fundo vendito in emptorem,ſi ad ec
cleſiam non fuerit aditus,niſi per fundum, & hoc non
eſt ɔ̄ Canoniſt.ſed potius dicerem iuſp. tūc demū trāſi-
re cū villa & caſtro,cum ad eccleſiā non ſit acceſſus, ni
ſi per villam vel caſtrū,& hoc dicit notandum;quia eſt
maxima limitatio ad d.ca. ex literis,& ad c.cū ſeculū.&
ad oīa alia iura,& præſertim ad concluſionē.11.art. ꝓxi
me præceden.Et licèt do.Abb.in d.diſp.multū ſe extol-
lat ſuper prædictis,tamen ipſo prius dixit multū elegā-
ter do.Car.quem ipſe ſubtacet , & fuit p̄ceptor ſuus in
d.c.cum ſeculum.in fi.3.q.hoc ti.vbi ita etiam reſpōdet
ad rationem ɔ̄riam.Ego hanc limi.do.Abb. ſeu D. Car.
ad c.ex litteris.& c.cum ſeculum non tenerem, & quā-
uis hæc ɔſiderent illa iura.ſ.l.ſi mercedem. vbi Bar.in §.
ſi cum fundū.& d.l.in modicis.tn̄ c.ex litteris.& ca.cum
ſeculum.ſimpliciter loquuntur , & potius ɔſiderāt vni
uerſitatem ,

uerſitatem, quàm aditum, ſed d.ll. quia non loquunť in
vera vniuerſitate, ideo conſiderarunt aditũ. Contra hãc
diſtin. tenuit Gaie. in repe. c. fi. in 41. col. de elec. li. 6. q dicit
iſtam opi. tenere Inno. & illũ ſequi Hoſt. & Io. An. &
Io. de Ligna. in d. c. ex literis. & Bal. in l. fi. C. de edic. diui
Adria. tollen. & dicit Fran. i. Car. tenere ꝯ Inn. Dicit etiã
Gaie. quia Bal. in d. l. fi. in pe. col. de edic. diui Adri. tollẽ.
non concludit cum diſtin. ſed tenet iuſp. nõ tranſire cũ
fundo vendito, ẽt ſi non ſit acceſſus, niſi per fundum, &
ratio eſt ſcđm eũ; q̃a non eſt eiuſdem conditionis eccleſia
cum ipſo fundo. Do. Roch. verò in hoc tra. in verbo
ipſe vel is a quo. in 23. q in 4. col. refert iſtas opiniones,
3 & dicit illã cõem: † vt iuſp. non trãſeat cũ fundo vendito,
ẽt ꝙ aliunde non poſſit haberi aditus ad ipſam eccleſiam
vel capellam, cum Abb. in d. ca. cũ ſeculũ. dicat
ipſam cõmunem, & cõiter a do. teneri, & cõcludit fore
ꝯſiderandum iſtam partem eſſe tutiorem in vẽditione
loquendo; q̃a eam tenendo euitať dubium ſymonię, &
ita reſidet. & Pau. de Cita. in 9. par. in 3. q. in 2. ſimi. idẽ tenet
indiſtinctè. Ego aliàs in prima mea cõpilatione tenui
opi. ꝯ̃riam, & ſic diſt. Card. originariam, & ꝑ Abb. relatã
vbi. ſ. ꝙ omnino eſſet neceſſarius aditus, & ſic ꝙ ita
demum non tranſiret iuſp. in emptorem fundi, ſi eccľa
aliunde haberet aditus, ſi non haberet aliũde aditũ trã-
4 ſiret cum vendirione fundi, † nunc vero rectius ꝯſiderã
do teneo cũ cõi, & moueor. Certũ. n. eſt, nõ reperiri aliũ
modum trãſferendi iuſp. ti. vẽdõnis, niſi cum vera vniuerſitate,
vt diximus. ſ. in proximo p̃ceden. 11. ar. & nõ
obſtare ꝯ̃ria: quia loquunť in ſepulchris, & aſſignata eſt
ſ. ratio diuerſitatis. Certum eſt etiam per iura noſtra nõ
ꝯſiderare aliqualiter aditum, ſed tñ vniuerſitatem: vt
proxime diximus confutando limi. Abb. & rationabiliter
aditus non ꝯſideratur, nam eccleſia inter alia ſignificata
q̃ habet, exponitur pro ꝯuentione fidelium. gl̃o. in
c. ſi. ne p̃l. ui. ſuas. Et ideo eſt locus publicus ad quẽ omnes
accedere poſſunt, & ex cauſa dť iuſp. eſſe inductum
principaliter fauore vniuerſalis ecclæ, vt augmentenť
loca ſacra, ad quæ accedere poſſint fideles pro augmẽto
cultus diuini: vt late diximus. ſ. in 1. q. princi. 1. partis
huius li. in 12. & vlti. artl. & fundatur eccľa de conſenſu
ep̃i qui habet atrium ſignare, crucẽ affigere, & alia facere,
de quib. in c. nemo. de conſec. diſt. 1. & in 3. q. prin. d.
1. partis in 9. ar. Tunc igiť his prædictis locus Deo eſt dicatus,
& nõ p̃õt ad prophanos vſus reuerti, immo ſi fundata
eſſet eccľa ſine conſenſu ep̃i, licèt ep̃s poſſit illam
dirui facere; tñ fundantes hoc facere nõ poſſent. vt diximus
in 2. q. prin. d. 1. partis. in 18. & vlt. artic. Si ergo eccľa
eſt fundata ad prædictos effectus, omnino habet aditũ
& exitum pro quibuſcunque hominibus, quãto magis
pro patronis intrantibus, ergo fit iſta conſideratio aditus,
cum a principio omnibus conceſſus intelligatur, q
. n. uult ſubſequens, vult & antecedens, & ecõtra vulgatis
iuribus, præſupponendo igitur eccleſiam, præſupponimus
omnia prædicta, ergo vana diſtinctio.

¶ Decimusoctauus artic. 5. q. prin. 2. partis j. Libri.

1 *Vendito palatio in quo eſt capella quæ habet iuſp. vtrum iuſp. tranſeat in emptorem, ubi quòd non, ſecundum commu. nu 2. ipſe autem diſtinguit, an illa capella habeat aditus aliunde vel non, ut primo caſu non tranſeat, ſecundo ſic. nu. 3.*
4 *Limitata cauſa limitatum debet producere effectum.*

1 QVid autem ſit 18. † ſi vendatur palatium, in quo eſt
capella, q̃ forte habet multa priuilegia & multos
reditus, an tranſeat iuſpa. eius in emptorem. Et vt vidiſtis
Inno. in d. c. ex literis, videtur facere differentiam inter
fundum & palatium; vt cum fundo vendito trãſeat
iuſp. cum palatio verò non, & idem videtur facere Io.
And. ibi. & cũ iſta opi. ꝙ iuſp. non tranſeat cum palatio
vendito in emptorẽ, licèt de fundo nihil ibi dicat, tranſit
do. Abb. ẽt in fi. d. c. ex literis. & eodem modo vť tranſire
Firma. in tra. de ep̃o. in 4. lib. in 4. parte, in 30. q. Do.
Car. vero in d. c. ex literis. in 13. q. & in d. c. cum ſeculũ. in
3. q. in fi. & in d. cõſ. 12. quidam habens. dicit veriorem
eſſe opi. nullam eſſe differẽtiam inter fundũ & palatiũ,
ut ita tranſeat cum palatio, vel non tranſeat, ſcđm diſt.
poſitam in præceden. proximo arti. ſicut tranſit, vel nõ
trãſit cum fundo, & idẽ vult do. Abb. in diſpu. Augerio.
in 10. col. & ſumma angelica in verbo iuſp. ĩ §. 14. & eo.
mõ concludit Gaie. in d. rep. c. fi. de elec. li. 6. nullã faciẽdo
differentiam inter fundum, & palatiũ, vt ibi per eũ,
& ſilř do. Roch. in d. verbo ipſe vel is a quo. in 23. q. in 3.
col. loquẽdo indiſtinctè de vtroq;, de fundo, & palatio,
& ſcđm p̃dicta, cum cõis opinio ſit, vt iuſp. nõ tranſeat
a cum fundo vendito, † eodẽ mõ debet eſſe cõis opinio,
vt non tranſeat cum palatio vendito. Ego valde miror
de diſtin. Inn. in d. c. ex literis. volentis iuſpa. trãſire cum
fundo vendito, cum palatio verò non; nã rõ per me. ſ.
formata, ꝙ fundata eccleſia datur eſt aditus accedendi,
& redeundi ad illam per fundum, in quo fundatur, p̃õt
militare in fundo q̃a ita ꝑ fundum faciliter acquiritur
& conceditur, & ideo non debet conſiderari aditus, q̃a
omnino habetur, & ideo nullo mõ iuſp. debet tranſire
cũ fundo vendito, vt dixi in p̃ceden. ar. in palatiis vero
non conſtruuntur eccleſiæ, niſi pro ſeruitio domus. i.
habitantium in ea, & nõ de facili dať iter ꝑ illud oĩbus,
& ideo capellæ fiunt in palatiis, vt de ſe patet, & iam ti.
huius ar. de capella loquitur, quo caſu debet dici ſecus
in palatio, q̃ in fundo, & ſic debet fieri de directo ꝯ̃ria
diſtinctio, diſtinctioni Inno. vt cũ fundo vendito iuſpa.
3 nõ tranſeat, cũ palatio verò vendito ſic. ¶ † Et in hoc mẽbro
palatij ſubdiſtinguerem, aut iuſp. capella habet aditũ
aliunde per aliquã viã publicã, & non tranſeat iuſp.
eius cum palatio vendito; quia p̃ronus poterit expedire
oĩa ſibi cõpetentia ſine palatio, aut non habet aditũ,
niſi per palatium, & tũc quia capella nõ eſt facta ad dãdum
aditum extraneis per palatium, & p̃onus nõ poſſet
explere ſpectantia ad eum, de quibus in præceden.
art. Et tunc trãſiet iuſp. in emptorem palatij; quia ꝓ ſeruitio
ibi habitantiũ facta fuit capella, & nõ ꝓ poſteris,
& certe cum hoc ꝯſtarent ep̃o ex multis circunſtantiis
4 Ita iudicare deberet, † limitata. n. cã. ſ. ędificationis capellæ,
limitatum debet parere effectum pro illis de palatio,
vulgatis iuribus. Et ita audacter tenerem.

Decimusnonus articu. 5. q. prin. ij. partis j. Libri.

1 *Venditis honorantiis an tranſeat iuſp. in emptorem, quòd non. & numero 2.*
3 *Continens differt a contento.*

1 QVæri poteſt 19. circa prædicta, † an venditis honorãrijs
tranſeat iuſp. Et videtetur dicendum ꝙ ſic; quia
iuſp. eſt honor, vt patet in diffinitione ſui, dũ dicunt, eſt
ius honorificum, vt per do. in hac rubri. & late diximus
ſ. in 1. art. 1. q. prin. 1. partis huius 1. lib. Idem iſtud verbũ
honorantias, in plurali vť quid vniuerſale omnium iu
2 rium honoris, † & ſic cum hoc vniuerſo debere potius
tranſire iuſp. quàm cum vniuerſitate materiali vt villa.
Contrarium conſuluit Bal. in conſi. ſuo 285. incip. quædam
mulier. verſus finem in 3. vol. ſecundùm primam
impreſſionem, & conſi. 32. incip. quidam nobilis. eodẽ
vol. & mouetur inter cætera, quia iuſp. non eſt ſimpliciter
honorantia, ſed etiam continet onus & vtilitatẽ, vt
ex prædicta diffi. conſtat. Et ex quib. verbis tollitur primum
arg factum in ꝯtrarium. Non obſt. etiam illud ꝙ
honorantia ſit quid vniuerſale; quia do. communiter
ſentiunt contrarium in d. c. ex literis. dum dicunt, villã
vel caſtrum dici quid vniuerſale; quia continet in ſe iura
vniuerſitatis. ſ. iuriſdictionẽ, honorẽ, & diſtrictũ, volunt
ergo expreſſe honorem, ſeu honorantiã eſſe de ꝯtentis
ſub dictis terminis vniuerſitatis, & ſic non eſſe q̃d
3 vniuerſale; quia (vt de ſe patet † aliud eſt continens, &
aliud eſt contentum, ſequitur prædicta do. Roc. in hoc
tract. in verſ. ipſe vel is a quo, in 24. q. qui dicit hanc concluſionem
eſſe iuridicam, & æquam, ac menti tenẽdã,
quia poterit de facili in facto ꝯtingere. Cõfirmatur hęc
opinio; quia ſi ſub donatione omnium iuriũ nõ venit
iuſp.

iuſp.vt diximus.ſ.in 4.q.prin.in 6.artl.nec etiam & mul
to minus ſub venditione omnium iurium,vt diximus
in 13.arti.præſentis. q. prin.& appellatione iurium pôt
includi,immo includitur ius honoris,oneris,& vtilita
tis,vt in prædicta diffi.dictum eſt, quanto magis inclu-
di non debet ſub vẽditione honorantiarum, quod ius
honorantiæ ſolum comprehendit honorem, & nõ ius
oneris,& vtilitatis: vt proxime dictum eſt, immo ſi ad-
huc ius honorantiæ comprehenderet omnia prædicta
tria iura.ſ.honoris,oneris,& vtilitatis, adhuc non tranſi
ret iuſp.quia non eſt quid vniuerſum.vt ſ.

¶ Vigeſimus articulus.5.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Vendita vniuerſitate temporalium iuſp.quod in ea erat tacitè tranſit in emptorem,niſi expreſſe excipiatur in venditione.*
2 *Vendita vniuerſitate an tranſeat iuſp.in emptorem eo expreſſo puta ſi vendatur caſtrum cum omni iuriſdictione , honore , & districtu , ac omni iurep.quod competit venditori in eccleſiis ipſius caſtri , vel diſtrictu, an iuſp ita expreſſatum in emptorem tranſeat. vide quòd non nume.6.7.8.18.*
3 *Reg.a.expreſſa nocent.*
4 *Remiſſio expreſſa futuri doli non valet.*
5 *Vendi non poteſt ſpecialiter locus religioſus vel ſacer.*
9 *Cautela quomodo vult in instrumento venditionis vniuerſitatis exprimere iuſpa.*
10 *Declaratio fit per dictionem,cum,non per dictionem,&.*
11 *Dictio,& aliquando ponitur pro,cum,aliquando pro,vel.*
12 *Dictio.cum,diſponit æque principaliter.*
13 *Dictio,cum,denotat acceſſorium .*
14 *Dictio,cum, coniungit acceſſoriè .*
15 *Dictio,&.per ſe & principaliter.*
16 *Actus in dubio præſumitur licitus.*
17 *Emens vniuerſitatem temporalem principaliter vt emat iuſp. quod eſt in ea,dicitur potius emere iuſp.quàm vniuerſitatem , & iſta non eſt mentalis ſymonia.*

1 SEd quia præceden.at.concluſum eſt.† Iuſpa. tranſire
cum vniuerſitate temporalium vendita tacite, niſi
expreſſe excipiatur in venditione. Reſtat quæ quærere
.ro.quid ſi aliquis vendit talem vniuerſitatem,in qua de
2 iure trãſire poteſt iuſp.† & in vẽditione exprimit illud,
an modò eo expreſſo tranſeat.tolle exemplũ,vt ſi vẽda
tur caſtrum cũ omni iuriſdictione,honore,& diſtrictu,
ac omni iurep.quod competit venditori in eccleſijs ip
ſius caſtri,vel diſtrictus, an tranſeat in emptorẽ iuſp. ita
expreſſatum.Iſtam q.format Io.An.in c.vnico.hoc titu.
li.6.& eam diſputat ad partes. Et pro parte negatiua, ꝙ
3 non tranſeat iuſp.dicit facere † reg.expreſſa nocẽt.ff.de
reg.iur.cũ ↄcor.Secundò vr̃ caſus in ſimili in l.ſi vnus. 6.
4 illud.ff.de pa.† vbi nõ valet expreſſa remiſſio futuri do
li,& tñ tacite venit in remiſſione , vel pactione depoſi-
ti. Tertio vr̃ caſus.l.in modicis. ff. de ↄ̃hen.empt.q̃ dicit
5 † locũ ſacrũ vel religioſum ſpecialiter vendi nõ poſſe ,
licèt rei venditæ accedere poſſit, ſed cõſtat iuſp.vẽdi nõ
poſſe.c.de iure.hoc tit.& ff. de ↄ̃hen.emptio.l.Celſus.in
prin.ergo non valet.Quartò facit,qñ enim in venditio
ne exprimitur iuſp.duo concurrunt. Primò ꝙ aliquod
fuit preciũ ipſius iuriſp. vel pars precij hoc iure prohi-
bente,talis vẽditio non valuit.facit.c. ad quæſtiones. de
rerum permu.& ff.de euic.l.pen.vbi dicit̃ , venditorem
prædij non teneri de euictione rerum q̃ tacite accedant
vt ſeruitus,via,& actus, quod ſecus eſſet, ſi illa tacite ob
uenientia fuiſſent expreſſa,ſi ergo de euict. tenetur,ca-
ſu quo exprimitur,ergo aliquod fuit eius preciũ . Cum
venditio non ſit ſine precio iuſti.de empt.& vend.§. itẽ
precium.l.2.ff.de ↄ̃hen.empt.& facit quod no. in c que
relam.in 3.gl.de ſymo.Secundo concurrit,ꝙ iuſp. cum
vniuerſitate non tranſit , vbi apparet contraria volun-
tas venditoris.c.ex litteris.hoc ti.ff.de contrahen. empt.
l.hanc legẽ.ergo illud exprimendo apparet voluiſſe, vt
non comprehenderetur ſub vniuerſitate,& ſic non trã
ſit cum illa,ex quo ita voluit,bene facit.ff. de pecu. leg.
l.ſi peculium.§.ſi ſeruus.ſed ſpecialiter trãſire nõ pôt,vt
eſt dictũ,ergo quod potuit noluit &c.ca. cũ ſuper abba-
tia.de offi.deleg.cum concor.facit ad hoc.ff.de le.3.l. hæ
res meus.§.1.vbi patet , ꝙ licèt legato oĩ marmore , ve-
niant ſtatuæ marmoreæ , ſi tñ dixit teſtator lego omne
marmor,& duas ſtatuas illas,talis expreſſio oſtendit re
ſtrictione generalitatis prædictæ,vt ſtatuæ non debant̃,
niſi illæ duæ expreſſe.Nec ob.ſi diceret̃,ꝙ illa lex,& lex
penul.ſuperius allegatæ faciunt in contrariũ,inquantũ
in illis expreſſio verbi incluſi nõ viriat diſpoſitionẽ: nã
rõ eſt,quia de per ſe, & ſimpliciter poterat venire in ↄ-
tractu & legato ibi illud incluſum,ſed in caſu nr̃o eſt ſe
cus.Pro parte verò affirmatiua,ꝙ iuſp.tranſeat,adducit
reg.vtile,de reg.iur.li.6.& qđ no.in d.c.ad qõnes.in fi. vl.
gl.Secundò:nam etiam ſpiritualibus illa quæ inſunt ſi-
ne vitio exprimunt̃.c.ſignificaſti.de elec. vbi hoc no.in
fi.2.gl.cum ſuis remiſſionibus. Tertiò adducit̃ ſic fuiſſe
ſententiatum in curia de venditione, quam fecerat ca-
pitulũ Hermipolenſe decano,& c.Maguntino, de villa
ingelbein,quã hẽbat in diœceſi maguntina,nã in illo vẽ
dẽdo expreſſit curias,agros,vineas,decimas,cẽſus,iuſp.
cum oĩb.iuriſdictionibus &c.& ſentẽtiatum fuit iuſp.
tranſiuiſſe,vt ſe audiuiſſe dicit.Subdit poſtea Io..And.ꝓ
& cõtra facere,quod legitur & no.ff.de fundo inſtru.l.q
ſitum.§.pe.& in l. cũ de lanionis.§.cui fundum.& §.pen.
eo.ti.& l.legata.ff.de ſupe.leg.Propter quæ iura in fi. ip-
ſe Io.And.conſuluit teneri,vt non fiat expreſſio cũ ven
ditione ↄiuncta.ſ.per quã dici poſſet illud expreſſe ven
ditũ,ſed in fine inſtrumenti declaret venditor iuſp.trã-
ſiuiſſe cum vniuerſitate in emptorem,& fateatur ſe de
ſijſſe eſſe patronũ , & ſe omne poſſeſſionis commodũ
& animũ depoſuiſſe.hæc ille.Superuenit Io.Cal. in iſto
ar.qui dixit ſibi videri poſſe diſtingui in huiuſmodi ca-
ſu, ꝙ ſi expreſſio fuit facta declaratiuè, vt vendo villã
cum oĩbus iuribus ſuis,videlicet,iuriſdictione , hono-
re,iurep.&c.tunc tranſeat iuſp. quia talis declaratio nõ
inducit nouã vel ſingularem venditionem. Si aũt non
declaratiuè,ſed coniunctiuè ponatur,licèt talis expreſ-
ſio non fuiſſet neceſſaria,tunc puta m̃ non trãſire iuſp.
arg. eorum q̃ dicta ſunt. ſ. pro parte negatiua ſcđm eũ.
Et hæc dicta Io.An.& Io.Cal.ſimpliciter refert & ſequit̃
Domi.in d.c.vnico.in 1.& 2.col hoc ti.nihil aliud dicen
do.Ego ex d.Io.An.colligo duo: ex dictis verò Io. Cald.
vnum quod habet duo ſimiliter membra. Primũ igit̃
colligo ex d.Io.An.in ti.q.& allegationes factas ad par-
tes. Secundo colligo eius conſiliũ. Ex dictis verò Ioan.
6 Cal.colligo eius diſt.bimembrẽ.¶† Capio igit̃ primũ.ſ.
ti.q.& ꝓ parte negatiua,ꝙ facta tali expreſſione iuriſp.
in venditione villæ illud nõ trãſit.facit quod dicit text.
in c.quia clerici.hoc ti.vbi habet̃ ſcđm vnũ intellectũ ,
ꝙ emens iuſp.vt in illo p̃ſtet aliquem eo ſpoliari dẽt .
hinc dicunt ibi do.per verba generalia ĩ illo tex.apposi
ta,ꝙ qualitercunq; iuſp.acquiratur , vt illud acquirens
habeat,propter hoc illo ſpoliãdus eſt,ſed ex iſta expreſ
ſione ſuperflua nimium ↄſtat de animo vendẽtis , & ẽt
ementis.ſ.ideo feciſſe illum contractum;vt acquiratur
iuſp.quia exprimitur ſine neceſſitate,ergo non valebit
talis venditio,immo erit potius illo ſpoliãdus emẽs,vt
in iſto ar.j̃.dicetur.Secundo pro iſta parte nouiter addu
co negari non poſſe quin in iſto contractu vẽdõnis ali-
cuius vniuerſitatis magis ↄſideratur principiũ q̃ finis.
ſcđm do.Car.in d.c.ex litteris.in fi.11.q.& in d.c. cũ ſecu-
lum.in 3.q.& diximus.ſ.in 15.ar.proximo præceden.ſed
ſi multi do.prout eſt Pau.de Eleaza. Barba. & alij dicũt ,
ꝙ qñ eſt aliquis ↄ̃ctus per quẽ ſingulariũ rerum domi-
nium nõ tranſit in emptorẽ niſi fiat ſingularis traditio ,
& ſic ſumus ĩ fi.immo in executione ↄtractus, & tñ no
lunt iuſp.trãſire ẽt ꝑ talem ↄ̃ctum vniuerſitatis: vt dixi-
mus in d.15.art.vbi tenuimus cũ Pau. quãto magis non
tranſibit in iſto ↄ̃ctu,in quo in eius principio fit mẽtio
de ipſo iurepa. immo ſpecifice venditur . Certe multo
magis per d.auctoritatẽ do.Car.vbi ſ. in qua expreſſe vr̃
velle iuſp.non tranſire cũ fit de eo aliqua ſpecialis mẽ-
tio ĩ principio.ſi n.dicit ꝑmitti in fi.negat ergo fieri poſ
ſe in principio.Et licèt D.Car.in fin.d.11.q. adducat au-
ctoritatem

ctoritate Io. And. in d.c.vnico.dicentis fuiſſe in curia ꝯ-
riū in caſu noſtro ſniatum, nō aduertit ibi Car. ad id qd
ipſe ante dixerat ī hac materia potius principiū q̄ finē
ꝯſiderari, & hoc dictū eſſe ꝯ id quod ſubſequenter dice
bat, licèt re vera nō firmat pedes, vt ibi per eū. Nec ob. il
lud quod dr̄ pro parte affirmatiua ꝙ ēt in ſpiritualibus
illa q̄ inſunt ſine vitio exprimunt̄. ca. ſignificaſti. de cle.
quid ibi loquitur gl. de illis q̄ tacite inſunt, quæ tñ non
ſunt prohibita ſimpliciter de ꝑ ſe, ſed a iure ꝑmiſſa, vi-
delicet celebrare & aliquod officiū dicere. c. ſignificatū.
7 de p̄bē. vel alia ſimilia. ¶ † Et iſtā partē vr̄ tenere Io. An.
Domi. & oēs in d.c.vnico.hoc ti.li.6. Abb. & alij in c. que
relā. de ſymo. vbi ēt pulchre do. Fely. & idem Fel. in ca.
quanto. in pen. col. de iud. poſt Abb. ibidē in pen. col. in
fi. & ſumma angelica in verbo iuſp. §. 12. & alij do. j. alle
gandi. & iſta vr̄ magis cōis ſententia. Pro contraria verò
parte affirmatiua ꝙ tranſeat, adducitur tex. in fortiorib.
terminis in c. querelam. de ſymo. hoc mō illum inducē
do, patet. n. ibi in prin. monachos de cardomo vendidiſ
ſe monachis de aiera quoddā maneriū cū pertinentiis
ſuis, & eccleſiam legenſem, & priorē dictorū mona-
chorum de aiera illud maneriū & ecclam reuendidiſſe
dictis monachis de cardomo, & tñ ibi Papa nō reuocat
primam venditionē, ſed ſecundam: qa facta erat a ſolo
prælato ſine conſenſu capituli, vt vult ibi gl. 3. in fi. ecce
qualiter eſt ibi tex. ꝙ vendita vniuerſitate trāſit nō ſolū
iuſp. ſed ipſa eccla, licèt re vera ibi venditio fiebat alte-
ri eccleſiæ, & ideo nō trāſibat eccleſia. Nec obſtat illa rō
poſita in tex. ꝙ ſicut nec emi pōt, ita nec redimi: qa illa
rō eſt generalis, vnde illam intelligerem, ꝙ ſine conſen
ſu capituli emi nō pōt. Ita nec redimi: nam aliàs ſi ſim-
pliciter intelligeretur Papa in ꝯtumaciā illorū de car-
domo non faceret ponere in poſſeſſionem illos de aie
ra, ſed potius ſimpliciter pronunciaſſet, nec primā em-
ptionem, nec redemptionē tenere, ſed eſſe reſtituēda
oīa ipſis de cardomo ſcd̄m priſtinū ſtatum ſine aliquo
alio litigio. Secundo pro iſta parte affirma. adduco, nā
ita prohibet̄ iuſp. de per ſe infeudari, ſicut & de ꝑ ſe vē-
di, & iſta duo procedunt a pari: vt dicemus. j. in hac. a.
parte, in 7. q. in 1. art. de infeudatione. de vendōne verò
diximus. ſ. in j. at. p̄ntis. q. & ita diſponitur de tranſitu iu
riſp. cū vniuerſitate infeudata, ſicut & cū vendita, vt de
infeudata dicemus. j. in d. 7. q. prin. in 3. art. & de vendita
diximus. ſ. in 11. ar. p̄ntis q. iſtis ſic ſtātibus ego habeo au
ctoritatem do. Oldra. in conſ. 12. them. q. vbi ipſe in fa-
cto narrat do. Phili. ſcd̄m Romanorum Regē, ſiue Im-
peratorē ꝯceſſiſſe. Illuſtr. viro dño H. duci Lothoringię,
& Brambraciæ, & ſuis hæredibus in feudum ciuitatem
Traiecten. cum oībus inſtitutis, & appen. ſuis extra ciui-
tatē & intra, nec nō ibidē eccla ſancti Saracii cū oī inte
gritate & cū eo iure, quo pr̄ & frater dicti Imperatoris
tenebant, & dicta infeudatio fuit confirmata per Fede.
& alios Imperatores &c. & intelligit ibi Oldr. de iurep.
& tñ p̄ſupponit dictā ꝯceſſionē tenere ēt quo ad iuſpa.
nā ꝯſuluit ibi pro p̄ntatio. facta per feudatarium in illo
caſu pp. plura, vt ibi late, ergo & eodem mō ſi exprima-
tur in venditione alicuius vniuerſitatis iuſp. debet tran
ſire in emptorem, prout qñ tacite tranſit, ꝓut dicimus
in fundatione vt ſ. ſed tenendo cōem opi. ad hæc duo
motiua nouiter ꝯſiderata reſponderi poteſt. Et primò
ad tex. in d.c. querelam. quia ſi bene inſpiciat̄ in princi-
pio illę tex. prima non fuit venditio, ſed ꝯceſſio ſub an
nuo cenſu quindecim librarū, redēptio verò fuit facta
accepta pecunia, & ideo prima ꝯceſſio tenuit: vt de cen
ſi. per totū. redemptio verò non, ſed quia factum aliter,
& aliter poterat ſe habere. Ideo cōmiſit cām media iu-
ſtitia decidendam, ſed voluit illos de aiera in poſſeſſio
nē induci cā rei ſeruandæ, vel ex alia cā in ꝯtumaciā ad
uerſariorū: vt ibi p gl. & ideo ille tex. magis faceret pro iſta
parte, ſi loqueret̄ de re annexa ſpirituali, ſed quia loqui
tur de re ſacra, ideo dixit gn̄aliter, nec vēdi, nec redimi
poſſe, loquebat̄. n. ibi de ipſa eccla, vt volunt ibidē oēs
do. ſuper prin. gl. 3. dānantes illam gl. quæ vr̄ velle ēt res
ſacras tranſire cum vniuerſitate, quod eſt falſum: vt di-
ximus. ſ. in 11. præceden. art. Minime etiā ob. auctoritas
Oldra. quia forſan male narratur ꝑ eum conceſſio, nec
ibi principaliter dubitatur, vtrum trāſiuerit iuſp. ſed de
alijs vt ibi, vnde ex ſolo p̄ſuppoſito, ꝙ Old. nihil de hoc
dicit, nō debemus p̄ſumere ipſum voluiſſe tenere hāc
partem, maxime cum ſit ꝯ omnes do. nec poſſet ſaluari
8 ēt in diſtinctione de qua infra, tene † igitur hanc com-
munem opinionem. Et ſic ſumus expediti de prima cō
9 cluſione quę elicitur ex dictis Io. And. ¶ † Capio ſecūdā
q̄ eſt ꝯſiliū qd ipſe Io. An. dat, videlicet, vt nō fiat expreſ-
ſio iuriſp. ꝯiuncta cū vendōne, ſed ꝙ in fine inſtrumēti
apponat declarando etiam iuſp. tranſiuiſſe &c. vt. ſ. dixi
mus, quod qdem conſil. ego tenerem magis tutū, q̄ di-
ſtinguere: vt in ſeq. ꝯcluſione. & conſi. ſ. dato tenēt qua-
ſi omnes do. ſupra alleg. Dicerem ergo ego magis clàre
in ipſo inſtrumento poſt initam venditionē declaran-
do ipſe venditor ſui animi eſſe, & ita velle ꝙ oīa iura ſi-
bi cōpetentia in dicta villa trāſeāt cum ea, nec aliquid
iuris ſibi reſeruare etiam iuriſp. quod in illa villa eſſet,
ſed oē ius, omneq; commodum poſſeſſionis cum ipſa
villa tranſiſſe &c. iſta. n. verba magis vident̄ appoſita de-
claratiuè q̄ diſpoſitiue, & p̄ſertim vt declarent non reti
nuiſſe ſibi iuſp. vt euitetur diſpoſitio. c. ex literis. vbi ha-
betur venditorem poſſe illud ſibi reſeruare &c. & in l. ſi
mercedē. §. ſi cum fundum. ff. de actio. emp. cū ſimi. Do.
Feli. verò in d.c. quanto. poſt prin. fi. col. in verſic. ſecun-
dus caſus. de iudi. vr̄ dare cautelam: vt dicat̄, vendo tibi
oīa bona, videlicet, talia, & talia, & iuſp. & iſtam vendi-
tionem valere: qa nominatio venit declaratiuè. & alle.
Io. An. & Dom. in d. c. vnico. Certe hoc non procedit ꝑ
ea q dicent̄ in ſeq. ꝯcluſionib. nec Io. Cal. & Dom. hoc
dicut: vt ſimiliter j. dicetur. tene igitur conſiliū quod. ſ.
datum eſt. ¶ Capio modò tertiam ꝯclu. & iſta elicit̄ ex
dictis Io. Cal. & eſt diſtinctio facta per ipſum, aut decla-
ratiue, aut coniunctiue, vt declaratiue tranſeat, puta vē
do villam cum oībus iuribus ſuis, videlicet iuriſdictio-
ne, honore, iurep. &c. ꝯiunctiue verò nō tranſeat, vide-
licet, vēdo tibi villam, & iuſp. & circa hanc diſt. aduerte,
ꝙ eam in primo mēbro vr̄ allegare do. Feli. in d.c. quan
to. in fi. col. in ver. ſecundus caſus. & tñ rè vera aliter lo-
quit̄ Io. Cal. quem ſequitur ibi Do. q̄ do. Feli. nā Io. Cal.
loquitur per dictionem, cum, puta vendo villā cū om-
nibus iuribus ſuis, videlicet iuriſdictione, honore, iure
pa. &c. & non apponit dictionem, &, loquitur ēt qñ ven
dit̄ vera vniuerſitas, puta villa, & poſtea addit iura ſua,
& illa declarat: do. Fel. vero loquitur qñ venduntur oīa
bona, & ſic nō vera vniuerſitas: vt diximus. ſ. in 14. & 15.
10 art. † & declaratio non fit ꝑ dictionem, cū, ſed ꝑ dictio-
nē & præpoſita tñ dictione, videlicet, qa dicit vendo ti
bi oīa bona mea, videlicet, talia, & iuſp. nā iſto caſu ſuc-
cedit id quod dixit Goſ. Beneuentanus in libellis iuris
canonici in ver. item trāsferī. hoc ti. tot videri ꝯtractus,
quod ſunt res: vt diximus. ſ. in 13. 14. & 15. arti. tñ nō eſt
bona declaratio, ſed potius uera nominatio. Vnde ꝯ
do. Fely. & pro Io. Cal. facit proxima diſtinctio, q̄ in effe
ctu eſt eadē cum iſta Io. An. licèt in verbis videat̄ diuer
ſa, ꝙ aut iuſp. exprimitur per dictionem, cum, aut ꝑ di-
ctionem, &, vt primo caſu teneat exemplū, vendo tibi
talem villā cū iurep. ſecūdo caſu nō veniat, exemplum
vendo tibi talem uillā, & iuſp. mō eſt uidendum de ue
ritate huius diſtinctionis. Iſtam diſt. poſuit do. Abb. in
c. querelā. ſuper 3. gl. quem ibi ſequitur Maria Soci. in-
ferentes ex illa gl. ꝙ licèt qs poſſit uendere hoc modo,
uendo caſtrum cum iurep. & ita intelligatur Io. An. in
c. unico. hoc ti. li. 6. tñ ſecus ſi dicat & iuſpa. Et rō eſt ſecū
dùm eos; qa dictio, cū, denotat acceſſionem quādā, ſed
acceſſoriè uendi pōt. c. cum ſeculum. & c. ex literis. hoc
ti. ergo &c. dictio uerò, &, eſt copulatiua, q̄ facit copula
tū uenire principalr̄ & non acceſſorie, ſed iuſp. princi-
paliter venire non pōt: ut in dictis iuribus, & in c. de iu-
re hoc ti. Ideo ꝑ dictionem, &, nō tenet uēditio quò ad
iuſp. nec trāſit ad emptorem, & de iſta dictione, &, ſe re
mittit ad gl. rub. ff. de iur. & fact. ign. & hoc colligit Abb.
ex d. gl. 3. d. c. querelā. de ſymo. & de diffe. iſtarum di-
ctionum

ctionū, vide Bar. in l. 3. ff. de fundo inſtru. gl. & Bal. in l. 2.
C. de verb. ſign. & Pau. de Eleaz. in ꝯment. c. in literis. de
reſti. ſpo. & ibi per But. & alios. Bal. in l. Gallus. §. quidam
recte. ff. de lib. & poſth. Bar. per illum tex. in l. Titię teſto-
res. §. j. ff. de leg. j. & Bar. poſt glo. in l. 4. ff. de manumiſſ. te-
ſta. Ex iſtis igitur dictis duo hñr membra. Primū, ꝙ per
dictionē, cū, tranſeat iuſp. & in hoc ꝯcordant Abb. Ma-
ria. & Io. de Ana. in d. c. querelam. ſuper glo. 3. & do. Feli.
in d. c. quanto. in fi. pen. & in princ. fi. col. de iudi. qui tñ
Feli. ſolus in d. c. querelā. vr̃ tenere ꝯrium, vt infra dicet.
Secundum membrū eſt per dictionem, &, non tranſire
iuſpa. & iſtā partem tenet do. Abb. & Maria. in d. c. quere
lam. & do. Fel. in d. c. quanto. in fi. pen. & in prin. fi. de iu-
di. Io. de Ana. verò in d. c. querelam. ante fin. de ſymo. te-
net ꝯriū, videlicet, ꝙ ſiue ſit dictio, cū, ſiue dictio, & ſem
per tranſeat iuſp. cum vniuerſitate tpali vendita, & mo
uetur. nā quælibet ꝯiunctio pōt poni pro alia, prout eſt
neceſſe. Ita dicit gl. no. in l. eas cauſas. ff. de cond. & dem.
facit quod no. glo. in c. quemad. de iureiur. & plene per
Bal. in l. 4. C. de cond. inſti. & ideo vr̃ poſſe dici, ꝙ ad hoc
vt res valeat quā pereat iuxta c. abbate. cum fi. de verbo.
11 ſigni. † ꝙ dictio, &, aliqñ ponitur pro, cum, aliqñ etiam
ponitur pro, vel, vt in l. ſi Titio fundum. ff. de vſufru. le-
ga. quaſi velit dicere, ꝙ licèt in venditione dicatur ven-
do vbi villam & iuſp. quod eſt in ea, illa dictio, &, pona-
tur & intelligatur poſita pro, cum, ad hoc vt iuſp. in vē-
ditione veniat. Sed certe iſtud eius motiuū non proce-
dit, nam verū eſt aliqñ vnam dictionē poni pro alia, qñ
non obſtaret natura rei, de qua diſponitur: prout nō ob
ſtat in caſib. iuriū ſ. allegatorum, ſed quia nos ſumus in
iſto caſu qñ eſt de qua diſponitur, quæ principaliter vē-
di non pōt, acceſſorie verò ſic, ideo iſtæ diſtinctiones ꝯ-
ſiderantur, quia vna deſignat acceſſoriū, alia principale.
vt ſ. & propterea tenerem oĩno per dictionem, &, non
tranſire iuſp. D. Feli. verò in d. c. querelam. in vlti. col. de
ſymo. refert diſtin. prędictam, & tandē ꝯcludit iuſp. non
tranſire in emptorem, ſiue ponatur dictio, &, ſiue cum,
nam, dicit ipſe, Io. And. in d. c. vnico. expreſſe inclinat in
partem ꝯriam. ſ. ꝙ dictio, cū, non validet talem ꝯctū dā-
do cautelam emptori, vt faciat apponi facta vēditione
in fi. inſtrī per notarium illa verba de quib. ſupra & nō
diſtinguit de dictione cū, & de dictione &. Ego in hoc
12 ſequerer hanc opi. do. Fel. pro qua adduco ēt, † ꝙ dictio
cū, diſponit ęquę principr̃, vt eſt tex. in l. iiii cum illo. ff.
de vſufru. leg. & ſic non eſt bona diſtinctio. Secundò ad
duco, nā nos habemus prohibitum eſſe iuſp. vendi c. de
iure. hoc tit. & ideo tranſit cū vniuerſitate, quia in ꝯñtiā
tranſit ex quo principaliter tranſire non poterat, ſed ſi
dico vendo villam cum iurep. nonne ſubintelligitur il
13 lud verbū qđ pręcedit. ſ. vendo? † & quamuis illa dictio,
cū, denotat acceſſorium, tñ quantum ad prohibitionē
ne vendatur, tranſit in principale diſpoſitū, quia omni-
no negari non pōt, quin ēt vendatur iuſpa. ſenſus n. eſt
vendo villam cū iurepa. ſ. vendo, & idem eſt, ac ſi dicerē
& iuſp. qa ſubintelligitur. ſ. vendo, vnde clare patet hoc
non eſſe aliud, niſi legem verbis, & non reb. imponere.
Pręſertim ēt, quia data ipſa diſtinctione non rñdetur ad
adducta in ꝯrium. ſ. quia ſi traditio conſideratur, quan-
to magis diſpoſitio, vt nouiter ſ. conſideraui. Tenerem
igitur ego indiſtincte opi. Io. An. quam ſequitur do. Fe-
li. vbi ſ. omiſſis iſtis diſtinctionib. quæ fiunt in verbis &
non in rebus, vt ſ. Non omitto vnum verbū, quod di-
xit D. Mari. de Sen. in d. c. querelam. de ſymo. ꝙ ſi dicere
tur, vendo villam cū pertinentijs & iurepa. in caſu abla
tiui tranſiret iuſp. in emptorem, quem ſequitur do. Fel.
in d. ca. quanto. in fi. col. in verſic. tertius caſus. de iud. &
idem do. Fel. in d. c. querelam. in fi. col. vbi addit ad Ma-
ria. non obſtare glo. illam in c. querelam. quæ vr̃ ꝯrium
ſentire, cum ibi ſit in caſu accuſatiui. nam rñdetur, ꝙ vē
ditio erat in caſu ablatiui ibi habito reſpectu ad mentē
glo. & non ad verba exempli. tandem in fi. ibi dom. Fel.
damnat omnia prædicta vt ſ. & bene, prout ēt mihi vr̃
per ſupradicta. Do. Gaie. tangit hunc paſſum in ſua re-
pe. c. fi. de ele. lib. 6. in 33. & ſeq. col. & refert dicta Io. An.
& diſt. ſ. adductas & pro illo mēbro diſtinctionis alleg.
Bal. in l. fi. C. de edic. diui Adria. toll. dicentē illam ꝯiun-
ctionem, &, nō minuere nec excipere, ſiue acceſſorie
copulet, ſiue principaliter, alleg. l. ſi peculium. ff. de pec.
leg. & l. quidam. §. ſed cum veteres. C. de neceſſa. ſeruis.
& ſic inutilis expreſſio non vitiat, & ſubdit hanc partē
putate veriſſimam. & poſtea in fin. vr̃ ab ea diſcedere, &
ſic nihil boni ꝯcludit videas ibi. Reperi poſtmodū Pau.
de Cita. in hoc trac. in 9. par. in 3. q. in 3. limi. vbi ſormat
caſum de vendente villam cum iurepa. & tñ concludit
iuſp. non tranſire, quia cōmitteretur, ſymonia, ſi ex tali
venditione deberet iuſp. tranſire, alleg. Io. And. & dom.
Abb. in locis ſ. alleg. Et poſtmodum refert Domi. diſtin
guentē, ꝓut fecit Io. Cald. & tandē vr̃ tenere, quod prius
dixit, & ita reſidet. demum ſilr̃ reperi D. Roc. in hoc tra
cta. in in verbo ipſe vel is a quo. in 20. q. late hunc art. ꝓ-
ſequentē. Et primò refert opi. Io. And. in d. c. vnico. hoc
tit. li. 6. quē dicit ꝯcludere iuſpa. ēt expreſſum non trāſi
re cū vniuerſitate, ſed re vera Io. And. tenet oppoſitum
dando ꝯſilium, de quo ſ. Et dicit iſtam opi ēr tenere ip-
ſum Io. And. in addi. ad Spec. in hoc tit. in addi. magna.
& Lud. Ro. in ꝯſ. 368. pn̄s ꝯſultatio. & Abb. in ca. illud. in
2. col. hoc tit. & Car. in c. ex literis. in fi. 11. q. & Bald. in d. l.
vt ſ. cum retulit Gaie. & dicit hoc vr̃ ſentire Bal. recte ꝯ-
ſideranti conſ. ſuo 285. quædam mulier. in 3. vol. vbi di-
cit, ſiquis vendat oēs honores, & honorantias & iuſpa.
nō tranſire illud, ex quo honorantia non eſt terminus
vniuerſalis, ergo ſentit, ꝙ ſi eſſet terminus vniuerſalis,
trāſiret nō obſtante expreſſione facta. Poſtea in 2. col. in
ver. aliam opi. in hoc puncto refert opi. ſeu diſtin. Ioan.
Cal. quā dicit ſequi Gem. in d. c. vnico. in 2. col. ex quo il
lam refert vltimo loco. Vlterius in d. 3. col. in ver. aliā &
tertiā, refert diſt. Abb. quā dicit in veritate fuiſſe Io. An.
Et illam ꝯprobat per doctri. Bar. in ſimi. in auct. ingreſſi.
C. de ſac. ſan. eccle. vbi dicit, ꝙ ſi quis dedicat ſe religio-
ni cū bonis ſuis, expreſſio bonorū nihil operatur, quia
quemadmodum bona tacite veniebant acceſſoriè pari
14 ter veniunt hoc caſu, ex quo natura † dictionis, cum, eſt
coniungere acceſſoriè l. j. & 2. ff. de pecu. leg. §. ſi quis an
cilla. & ibi no. inſti. de leg. Si verò quis diceret ſe & ſua,
tunc expreſſio fit per alium modum quā tacite ineſſet
ſecundū gl. ibi, nā tacite bona veniebāt ꝑ quandā ꝯñtiā
15 ſed hoc caſu exprimuntur per ſe & principaliter, † qa
natura dictionis, &, eſt copulare per ſe & principaliter,
vt in d. l. 1. 2. & 3. ff. de pecu. lega. in 3. verò col. in prin. re-
fert opi. Io. de Ana. & dicit ſecundū eā loquutum fuiſſe
Bal. in d. l. fi. C. de edi. diui Adr. toll. Et tandē ibidē in ver.
ī hoc ſubtili puncto ꝯcludit, primò ſibi placere opinio
nem, vt cū dictione, cū, tranſeat iuſpa. quia ſic nullū pre.
tium vr̃ eſſe ſtatutum pro ipſo iurepa. quia ceſſat ſymo-
nia. Dicit tñ difficultatē ꝯſiſtere, an tranſeat cū dictione
&. & dicit ꝯcludere cum do. Abb. ꝙ nō tranſeat, & hanc
opi. ipſe comprobat per doctri. Bar. in d. auc. ingreſſi. de
qua ſ. & dicit nō obſtare motiuum Io. de Ana. ꝙ vna di
ctio exponatur ꝓ alia, quia in dubio verba debent in-
telligi ꝓprie. l. nō aliter. cum vulga. ff. de lega. 3. Et demū
ſubdit iſtam ꝯclu. maxime ꝓcedere in foro animæ, qa
vbi dubitatur, an actus ſit ſymoniacus, facienda eſt in-
terpretatio in deteriorem partem fauore animę, iuxta
not. per gl. in c. vnico. de ſcrutinio. facit tex. & ibi no. in
c. iuuenis. de ſponſa. & hr̃ per Fel. in c. fi. in 4. col. de præ-
16 ſump. per hoc tradens limi. ad regu. † ꝙ in dubio actus
pręſumitur licitus, & quilibet pręſumitur bonus, quas
regulas limitat ibi alijs modis. Et ex hoc eſt aduertendū
ad id, quod diximus ſ. in verſi. capio igitur primum. ſ. ti
tu. q. ꝙ ſi aliquis emit aliquam vniuerſitatem tempora-
lium principaliter ꝑꝑ iuſpa. acquirendum vt in illo pñ-
tare poſſit filios vel amicos, & nō pro habenda princi-
paliter vniuerſitate nō teneret venditio, & ſic non tran
ſiret iuſp. quia cōmittitur ſymonia, quę impedit ipſo iu
re ꝯctum, vt colligit Abb. ex c. de iure. in vlt. no. hoc tit.
Ita expreſſe voluit ſumma angelica in verbo iuſp. in §.
12. circa medium alle. quod vult Abb. in c. quia clerici.
ſuper glo. in verbo comparant. hoc tit. certe ſecundum
vnam

vnam lecturam.Ita volunt ibi doc.& præſertim Hoſt.&
Io.Cal.& ēt Car.ibi in 2.oppo.licèt Abb.dicat eſſe ſymo
niam mentalem , quaſi velit non impedire ꝯctum, ſed
tñ inducere peccatum mortale,vt vult glo. in c.vnico.
17 de cleri.non reſiden.lib.6.¶† Ego ꝯſidero circa hoc ꝙ ſi
aliquis emeret temporalē vniuerſitatem principaliter
vt emat iuſp.quod in ea eſt, diceretur potius emere iuſp.
ꝙ vniuerſitatē, & iſta eſſet vera & non mētalis ſymonia
ſi probari poſſet ex aliquib. Indicij verbis forſan dictis,
& alijs ꝯiecturis,vt vult Car.in d.c.q̄a clerici. in 2.oppo.
quo caſu dicerem venditionem nō tenere , prout vult
tex.ī d.c.q̄a clerici.q̄ nō ſolū loquiť de vera vēditione iu
riſp.de per ſe,ſed etiam cū vniuerſitate ſecūdum lectu-
ram quæ ibi ponitur,quam vř velle ille tex.in generali
tate ſui,& iſta conſiderauetam, antequam vidiſſe Roc.
& per prædicta non haberet locum non ſolum ſi expri
meretur iuſp.per dictionem , &, ſed ēt ſi exprimeretur
per dictionē cum,immo plus,quamuis nullo modo ex
primeretur,dummodo emptor emeret villam,vt habe
ret iuſp.non ſit tutus in foro animæ, ſi probari nō pōt,
ſed ſi probari poteſt . nec etiam erit tutus in foro contē
tioſo. Redeūdo ad Roc. in effectu ipſe vř tenere diſtin.
18 Abb.vt cum dictione,cum,tranſeat inſp.† cum dictio-
ne verò,&,non tranſeat, ſed ego indiſtincte teneo nul-
lo modo iuſp.tranſire in emptorem vniuerſitatis ſi ex-
primatur per rationes inconuincibiles ſupra per me
adductas, & vt euitemus periculum animæ propter ſy-
moniæ dubium.Et iſta ſufficient.Et vide Phi.Dec.in ꝯſ.
127.plura dubia.in 3.col.

¶Vigeſimusprimus art.5.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Caſus in quo venditio cenſetur ſymoniaca reſpectu iuriſpa expreſſi & ducti principaliter in venditione.an teneat venditio reſpectu vniuerſitatis & aliorum ſub ea contentorum,vbi ꝙ ſic.nu.5.*
2 *Venditis pluribus ſi in aliquo venditio non tenet,in alio tenebit.*
3 *Alienans licita & illicita,an omnia amittat,remiſſiue.*
4 *Receptio canonici tenet , & ſi promiſſio vacaturæ ſibi factæ eſt nulla.*
6 *Conditio inhoneſta & impoſſibilis non contra ſubſtantiam matrimonii fauore matrimonii habetur pro non appoſita.*

1 EX prædictis contingit 21.dubitari,† an in caſu, quo
venditio cēſetur ſymoniaca reſpectu iuriſp.expreſ
ſe deducti principaliter in venditione teneat venditio
ſaltim reſpectu vniuerſitatis & aliorum ſub ea conten
2 torum? Et dicendum eſt ꝙ ſic,† nam quando plura ven
duntur, & in vno ipſorū venditio nō tenet , in reliquis
4 da ꝯſideratio. ¶† Ego aũt in hac materia ꝯſidero ꝙ aut loquimur de ꝯceſſione iuriſpa.in feudum quæ fieret a ſolo Papa.puta quia Papa ꝯcedit in feudũ ex priuilegio vni laico,vt habeat iuſpa.in tali eccleſia,& illud habeat ab eo in feudũ, & dicerem hoc fieri poſſe, quia ſi Papa poteſt condere iuſp. ex priuilegio libere abſque aliqua reſeruatione ſibi ,vt diximus ſ. in j.par.huius lib.in 10. q.prin.in 2.arti. multo magis ẽt ex priuilegio iuſpatro. cõcedere poſſet in feudum, & haberet ex illo illum in vaſallum,ſicut etiam dicimus, Papam ſolum poſſe decimas cõcedere etiam laico,vt per Abb. in c.ad hæc. de decimis.& certe iſte nõ eſt caſus noſter, ſed potius poſ-
5 ſet addi ad dicta in 2.art.¶† Aut nos loquimur alio modo,valet,quia Titius habet iuſp.in aliqua eccła, & vult illud transferri titulo feudali,& ſic alteri in feudum cõcedere, & illum per hoc in vaſallũ acquirere, & iſte eſt caſus noſter,quia hic tractamus de modo trãsferẽdi iuſpa de habẽte in nõ habentẽ illud & iſto caſu certe ex acquiſitione vaſallagij,& ex alijs quæ permittũtur ꝑ acceptantẽ feudũ negari nõ põt ſimoniã ꝯmitti,vt dixit Roma.vbi ſ.¶ Item & alia cõſideratione, nã ſecundũ Abb. in c.j.in vlt.no.de feudo, ꝯtractus feudalis fit gratia vtriuſque.ſ.ꝯcedentis & accipientis, & ſic nõ eſt mere gratuitus,ſed iuſp.de per ſe ꝯſideratum nõ põt ꝯcedi niſi ex ꝯtractu mere gratuito,& tunc etiã cum ꝯſenſu epi,& nõ ex ꝯtractu non gratuito,vt diximus ſ.in j.q.prin.huius partis. in j.& 2.arti.& per diſcurſum illius q.& ẽt quartæ & ſextę q.prin.ergo nullo modo titulo feudali iuſpatr.de per ſe transferri poterit.¶ Itẽ & alia,& ſic tertia cõſideratio. nam in cõceſſione feudi transfertur in vaſallum vtile dñium directo remanente apud dominũ, vt dicit Abb. & doc.in rub.de feudo.& probatur ibi in ca.j.& 2.& voluit idem Abb.in c.ad hæc.ante fi.de decimis.ſed habẽs iuſp.non eſt verus dñs illius,ſed abuſiue,arg. ff.de hære.

inſti.l.talẽ.§.fi.vnde dixit Bal.in l.fi. in pen.col. C.de edicti.Adr.tol.iuſp.nõ venire ĩ donatione oĩum iuriũ meorum,quia dictio meorũ, eſt dñij ſignificatiua l. quintus.§. argento.ff.de auro & arg.leg.vnde cõ iuſp.nõ dicatur vere meũ,nõ venit in tali donatione, vt diximus ſ. in 4.q. prin.huius partis in 6.art.¶ Hoc etiam probatur,nã maius ius habet prelatus in eccleſia ꝙ patronus, quia maior eſt inſtitutio ꝙ pñtatio,per illã.n.tribuitur perfectũ ius, reg.j.de reg.iur.li.6.c.ex frequentibus & c.auctoritate.& quod ibi not.& per totũ de inſti.pñtatio verò ſolum tribuit ius ad rem c.cũ Bartoldus.de re iudi.& tñ eccła nõ dr̃ prælati quò ad dñium c.j.de poſtu.prælat.vbi late per Barb.poſt alios,& per eundẽ Barba. in c.ceterũ. in 2.col. in ver.nota ibi ab eccleſia.de iudi.& latiſſimè per dom. Fel.in c.ꝯſtitutus.in fi.9.col.in verſ.dñium.de reſcr.& in c.quæ in eccleſiarũ.in 14.col. de ꝯſti. & loquuntur prædicti doc.de dñio directo,vt ibi per eos. ¶ Iſtis ſic ſtantibus qũo iuſpa.poterit dari in feudũ de ꝑ ſe, cũ in eo nõ ſit dare dñium maximè directũ, ſed ſolũ quidã honor, onus,& vtilitas,quę oĩa abuſiue,tñ faciunt ipſum dñm vtilẽ,& hoc dñium debet transferri in vaſallum,penes eũ igitur quid remanebit? Certe nihil, ergo nõ poterit feudũ dari.¶ Nec ob.ſi diceretur,qũo ergo prælatus dat in feudũ,vt in c.cæterũ.de iudi.& in c.j.& 2.de feudo.idẽ poterit ẽt & patronus,cũ ambo non habeant dñium,vt ſ. Reſpondetur prælatum non dare in feudum nomine ſuo,ſed nomine eccleſiæ, quæ habet dñium rerum ſuarũ ex perſona Chriſti,vt dicit do.Fel.& alij in loco ſ. alleg.patronus verò dat proprio nomine,& hoc facere nõ poteſt.¶ Similiter non obſt.ſi diceretur,qũo ergo cũ vniuerſitate iuſp. datur in feudũ, c.cum ſeculũ.hoc tit. & tñ dñium eius non hr̃ vt ſupra. ¶ Reſpondetur etiã, tunc non dari iuſpa.in feudum,ſed illa vniuerſitas, cuius dñium hr̃,& cum illa vniuerſitate temporali tranſit iuſp.acceſſoriè & in conſequentiam.& non conſideratur dominium eius,ſed tñ temporalium,vt in d.c.cum ſeculum.¶ Confirmantur prædicta, quia aliàs ſequeretur abſurditas,nam iuſpa.eſt indiuiſibile,vt in cap.j.vbi glo. hoc titu. & ſup.ſæpe dictum eſt,& nunc conſideratis dñijs directo & vtili fieret quædam diuiſio. quod nõ eſt dicendũ.Sequeretur ẽt & alia abſurditas,quia honor proceſſionis, & vtilitas alimentorum quæ debentur patronis,vt no.in cap.nobis.hoc tit.& in glo.c.pię mentis 16.q.7.& per doc.in hac rub. deberetur dño feudi & vaſallo,& ſic nimium grauaretur eccleſia, quod ſimili-
7 ter nõ eſt dicẽdum.¶† Et iſtam,opi.quæ eſt cõis tenet Inno.in d.c.cũ ſeculum.licèt dicat aliquos tenere ꝯtrium, tenet ẽt ibi Hoſt.quem late ibidẽ Car.in 3.q.ſequitur.& ambo dñt ꝯtrium dici nõ poſſe, quia iure nõ probatur. Nec ob.ille tex.c.cũ ſeculũ.ex quo intelligit̃ cũ vniuerſitate,vt vult ibi gl.& oẽs,quia aliàs ſequerentur oĩa incõuenientia,de quib.ſ.tenet ẽt Arch.in c.in ſacris. ante fi. 16.q.j.& oẽs doc.in d.c.cũ ſeculũ.& do.Car.in ꝯſ. 121. quidã habens.& Ro.in d.ꝯſ.368.pręſens ꝯſultatio, & frater Ang.de Cla.in ſua ſumma in verbo iuſp.in §.11. ¶ Reperi ẽt hãc opi.tenere Pau.de Cita.in hoc tra.in 6.par.in 19.q.& adducere Io.An.in d.c.cũ ſeculũ.ĩ verbo empto-
8 rũ † volentẽ iuſp.nõ tranſire ẽt cũ infeudatione prędij, in quo ſit eccleſia,ſed bene cũ infeudatione villæ,& alleg.ẽt Oldr.hoc idẽ dicentẽ in conſ.312.& Abb.in d.ca. cum ſeculũ.non addentem verbũ,vt ipſe dicit.¶ Similiter reperi poſtmodum do.Roch.in hoc tracta.in verbo ipſe vel is a quo.in 23.q.in prin.4.col.hoc idem tenentẽ & etiã pro hoc adducentẽ Bald.in conſ.ſuo 285.quædã mulier.circa fi.in 3.vol. & eundẽ Bald.ab hac opinione non deuiare in l.fi.in vlt.col.in prin.C.de edi.diui Adri. toll.& facere quod ponit Abb.poſt alios in c.2.in 6.col. de or.cogni.& Bar.in l.j.in j.col.de eden.& ita tene cum iſta ſit communis veritas.

¶ Secundus art.7.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Iuſpatro.de per ſe conſideratum non poteſt infeudari etiam de conſuetudine.*

Ex

EX præceden.arti.contingit ſecundo loco dubitari,
licet mero iure iuſp.de per ſe ꝯſideratum non poſ-
1 ſit dari in feudum : † an ꝯſuetudo poſſit hoc inducere.
Roma.in d.ꝯſi.368.præſens conſultatio.in 2.col. tangit
hunc arti.& dicit ꝙ ēt ſi allegaret̃ ꝯſuetudo tãti tempo
ris,cuius ꝯrij memoria non extat introducta in aliqua
patria,vt iuſpa.particulariter, & de ꝑ ſe in feudum dari
poſſit,non debet intelligi ꝑ hanc ꝯſuetudinẽ introdu-
ci potuiſſe validitatẽ ꝯctus,ex quo labes induceretur ſi-
monię,vt diximus poſt eum in ꝑceden.art. ſub nullius
.n.ēt longæuæ,aut inueteratæ ꝯſuetudinis obtentu pōt
in vſum ꝯctus introduci ꝯtinens labẽ ſimoniæ.ita text.
in c.non ſatis.in c.cũ in eccl'æ.& in ca.Iacobus.de ſimo.
& ēt vt euitemus alia de quibus in proximo ꝑceden.ar.
cũ ꝯſuetudo non ſit tanti,ut mutet naturã iuriſp.quod
eſt ex gratia.c.3.hoc tit.quam gratiam ꝯſuetudo indu-
cere nõ poſſit faciendi capacem,nã licet ꝗſibilia priui-
legio ſint ꝗſibilia ꝑſcriptione c.duo ſimul.de offic.ord.
c.cum contingat.de foro ꝯpc.Card. in ele. 2.in pen.col.
de reli.do.Abb.in c.ad aures.in j.no.& in c. cauſam quæ
in j.no.& in c.accedentes.in pe. no. de præſcri. vbi Feli.
late:tñ illa reg.habet locũ in capace,nõ in incapace,pri
uilegium.n.pōt facere incapacẽ,capacem:non aũt hoc
facere pōt ꝯſuetudo ſeu ꝑſcriptio:vt voluit Abb. in ca.
nouit.in verbo ꝯſuetudinẽ.in 7.col.de iudi. & ibi Barb.
in 16.col.& per do.Feli.in d.c.accedẽtes.in 5.col. in ver.
fallit ſecundò.vnde mutaretur natura iuriſp.& faceret
incapacem,capacem.ſi diceremus illã valere:ergo non
dicẽdum. ¶ Sequit̃ ſimpliciter ſupraſcriptum d. Rom.
do.Roch.in d.verbo ipſe vel is a quo. in 23. q.poſt prin.
2.col.ſed motiuum meũ proximè dictum ſatis ꝯcludit.

¶ Tertius arti.7.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Iuſp.poteſt dari in feudum acceſſoriè cum vniuerſitate ,ſecus ſi dare-*
tur res particularis in feudum,in qua eſſet iuſp.nu. 2.

DVbitatur modo tertio loco, an iuſp. tranſeat cum
villa,caſtro, ſeu alia vniuerſitate data in feudum ;
1 † & ſic ex quo principaliter & de per ſe concedi nõ po-
teſt,an ſaltẽ poſſit acceſſoriè, & in ꝯñtiam . ¶ Et in hoc
non eſt inſiſtendum:quia de hoc eſt tex. apertus in d. c.
cum ſeculum.ita a gl. & ab omnibus ibi intellectus , vt
loquatur,qñ tranſit in feudum acceſſoriè cum villa, ca
ſtro,uel aliqua alia vniuerſitate,& tñ vult ꝙ tranſeat, &
non requiratur conſenſus epi,vt non requiritur qñ vẽ-
ditur vniuerſitas , in qua eſt iuſpat.vt diximus s̃. in 5.q.
prin.huius partis in 11.arti.¶ Immo plus vult text. in d.
c.cum ſeculum . ꝙ qñ venditur aliquod feudum tran-
ſeat iuſp.quod in illo erat,in emptorẽ, & ſic feudũ eſſe
ri vniuerſum.& iſta eſt omnium doc.cõis ſententia,iuſ
pa.tranſire cũ vniuerſitate in feudũ,quã tenet ibi Inno.
Hoſt.D.Car.in 3.q.& in notabilib.But.Abb.& oẽs:tenet
ēt Old.expreſſe in conſi.311.thema.q.eſt tale.& Card.in
conſi.112.quidam habens.circa medium.& Rom. in d.
conſ.368. ꝑſens conſultatio.& ſumma angelica in ver-
bo iuſp.in § 11.¶ Hanc ēt par.tenet Gay.in repe.c.fin.de
2 elec.li.6.in 31.col.vbi dicit ſecus eſſe † ſi in feudum da-
retur res particularis in qua eccleſia eſſet,& alleg.Bene.
Capram poſt do.in d. c. cũ ſeculum. quod ibidẽ vult in
33.col.& voluit ēt Firma.in tra.de epo,in 4.lib.in 4.par.
in 30.q.vbi dicit , ꝙ licèt epiſcopus concedendo caſtrũ
non concedat ſpiritualia:tamen annexa prout iuſp. be
ne trãſeunt, vt ibi per cũ.¶ Prædicta ēt vult Pau. de Cit.
in hoc tract.in 11.par. in 19.q.vt iuſp. non tranſeat in re
feudali particulari cũ vniuerſali vero ſic.¶ Et ex hoc da
tur intelligentia ad ſupradicta,nõ omne feudũ dici vni
uerſale,ſed illud quod ꝯſiſtit in vniuerſitate. ¶ Adde ēt
vnum,quod dicit Gay.vbi s.in fi.31.col.dando reg.iuſp.
tranſire cum vniuerſitate per contractum, per quem
transfertur dominium,alleg.notata per Fran. ideſt Car.
in d.c.ex literis.in j.q.& ideo cum per conceſſionẽ feu-
di tranſeat ſaltem dominium vtile,ergo cum vniuerſi-
tate conceſſa in feudum tranſibit iuſp.

¶ Quartus artic.7.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Vendito fundo feudali in quo erat iuſpa.an tranſeat iuſp. in emptorem.*
vbi quòd ſic.nu.4.
2 *Feudum eſt quid vniuerſum.*
3 *Fundo conceſſo de nouo in feudum,in quo eſt iuſp. illud in feudatarium*
non tranſit.
5 *Pluribus feudis exiſtentibus in feudo & in vno ipſorum exiſtente iu-*
repatro.vendito vno fundo in quo erat iuſpat.illud non tranſit in em-
ptorem.

SEd remanet dubium ,quod quarto loco conuenit:
1 † quid ſi in aliquo fundo eſt aliqua eccleſia , in qua
dominus fundi habeat iuſp. & ille fundus eſt feudalis ,
ſi venditur,an tranſeat cum illo feudo iuſp.illius eccle-
ſiæ.¶ Iſtam q.formauit Innoc.in d.c. cum ſeculum.hoc
ti.licèt nõ ita formiter:& dicit ꝙ ſi aliquis daret fundũ
in feudum,in quo eſſet eccleſia,non tranſiret cum fun
do iuſp.alleg.c.ſuggeſtum.hoc tit.& quod not.in c.ex li
teris.hoc ti.& hoc aperte tenet Gay.in repe.c. fi.de elec.
lib.6.in 31.col.vbi alle.Bene.Capram poſt do.in ca.cum
ſeculum.hoc ti.vt diximus in præceden.arti.& etiã in j.
art.in verſ.reperi etiam.in quibus locis adduxit Pau. de
Cita.in hoc tra.in 9.par.in 19.q.hoc tenentem.¶ Domi.
Car.mõ in d.c.cum ſeculum.in 3.q.referendo Inn. in c.
ex literis. hoc tit. tenentem contrarium:prout eum ibi
ipſe retulit in 12.q.& dicit ꝙ ꝯ Inno.in d.c. cum ſeculũ.
vr̃ veritas,& adducit ea quæ diximus s̃.in 5.q.prin.in 17.
art.cum tractauimus,an iuſp. tranſeat cum venditione
fundi.& idem in ſpecie tenuit ipſemet Car.in d.conſil.
112. qdã habens . circa mediũ referendo Inno. ſibi ꝯriũ
vbi s̃.& addit vnum negari non poſſe fundũ tenere lo-
cum vniuerſitatis,vel ſaltem principalitatis,& iuſp.trã-
ſire acceſſoriè:vt ibi per eum.¶ D. Abb.vero in d.c.cum
ſeculũ.in j.no.notat ex illo tex.iuſpa.exiſtens in aliquo
feudo trãſire cũ uniuerſitate vẽdita feudi. & ſubdit hoc
intelligi ſcd̃m Inno.qñ villa vel caſtrũ ſunt dati in feu-
dũ,ſecus ſi res particulatis , vt vnũ ꝑdiũ,quaſi tunc feu-
dũ non ſit qd vniuerſum,ſed potius res particularis, qđ
dicit eſſe notandum . Et ex hoc infert ibi Abba. ꝙ licet
iuſp.tibi ꝯpetat in eccl'a ꝯſtructa in fundo tuo,nõ tñ cũ
alienatione fundi tranſit iuſp.licèt ego dubitẽ(ſubiun-
git ipſe)qñ fundum eſt datũ in feudũ: qa cũ habeat dñs
fundi iuriſdictionẽ,vt in c.cæterũ.de iud.& c.trãſmiſſæ.
& c.verũ.de foro ꝯpe.& ſic feudũ abſq; alia expreſſione
multa contineat.vr̃ ꝙ tranſeat iuſp.(& ſubdit)do. tamẽ
cõiter ſentiunt oppoſitũ. Et iſtã par. oppoſitã reperi te-
nere Hoſt.in d.c.cum ſeculũ.quẽ ſequit̃ do.Car.in d.ꝯſi.
122.qdam habens.Quid ergo in iſta difficultate dicen-
dũ?Ego pro vera ejus diſcuſſione ꝑmitto vnũ, ꝙ ꝯ om-
nes do.concludat̃ in c.ex literis.iuſp.poſſe locari,vendi,
& quolibet alio titulo onerosſo transferri, dũmodo de
eo non fiat mẽtio,vt de vendõne diximus s̃.in 1.q.prin.
in 11.& 20.artic.& de alijs titulis dicet̃ hic ſucceſſiuè in
hac 2.par.dubitarũt poſtea,an iſtud ꝓcedat cũ vendõne
alicuius particularis rei,puta fundi,an trãſeat iuſpa. qđ
in illo fundo eſt,de qua diximus s̃.in 5.q.prin.in 17. art.
dubium verò nr̃m modo habet quid pluris : quia nos
hic loquimur de fundo feudali,in quo eſt minor dubi-
2 tatio:† quia hic eſt feudũ,quod vr̃ eſſe quid vniuerſum:
vt dicit Abb.in d.c.cum ſeculũ,& certe apparet ex iuri-
bus ꝑ ipſum allegatis,& ꝑ ea ꝗ ibi notant̃ , quod nos ēt
ponderauimus in proxi.præceden.arti.¶ Hoc ſic ꝑmiſ-
ſo præſuppono & aliud,tranſlatione iuriſp.ita eſſe pro-
hibitũ ꝑ titulũ feudalẽ , ſicut & per titulũ vendõnis vel
ꝑ quẽcũque alium titulũ onerosum,adeo vt ſicut iuſp.
de ꝑ ſe ꝯſideratũ titulo oneroſo trãsferri non pōt,& cũ
vniuerſitate tñ pōt,& ita titulo feudali per ſate dicta in
primo.& 3.proximis ar.¶ Iſtis ſic præſuppoſitis conſide
ro circa hunc articulũ,& dicta doctorũ de quib.ſup.plu
3 res caſus.¶ Primus eſt,qñ eſſet aliquis fundus, & in eo
fuiſſet aliqua eccl'a ꝯſtructa,in qua dñs fundi hẽt iuſpa.
& vult illum fundũ alicui ꝯcedere in feudũ de nouo
quia nũquã fuerat datũ in feudũ:& iſto caſu an hoc fie-
ri poſſit ita ꝯcludere,ſicut cõcluſimus in titulo vendi-

tionis poſſit transferri in alium iuſp.quod eſt in fundo
vnà cũ ipſo fundo, cũ & titulus feudalis æquiparet in
hoc titulis onerosis,vt diximus ſ.vnde circa iſtũ caſum
me remitto ad ea q̃ diximus in d.5.q.prin.in 18. arti. vbi
ↄclusimus,iuſp.nõ tranſire cũ fundo vendito: ita ẽt in-
telligat̃ concluſum hic,ꝙ ſi fundus conceditur in feu-
dũ nõ tranſibit iuſp.eccl'æ: & ſic trãſeo iſtũ caſum,ſcd̃m
quẽ videntur loqui Inno.Car. & ſequaces. & ideo Car.
dicit Inno.ↄ̃riũ:quia eundẽ p̄ſupponit caſum,ſi vẽdi
tur fundus,vel in feudũ ↄcedit̃ in ca.n. ex literis.loquit̃
qñ vendit̃;in c.verò,cũ ſeculũ.qñ in feudũ ↄcedit̃. & tñ
Car.dicit illum ↄ̃rium ſibi ipſi: q̃a præſupponit eundẽ
4 caſum vt ſ. ¶† Secundus eſt caſus, qñ eſſet aliquis fun-
dus feudalis,& in eo aliqua eccl'a ↄſtructa,& iuſpa.in il-
la,& fundus ille vendit̃,an iuſp.trãſeat.& ego dicerẽ in-
diſtictè ꝙ ſic: quia iſte eſt diuerſus caſus a primo: nã in
primo intendebat̃ fieri feudũ,quod nõ fuerat,& deſide
rabat̃ cum illo iuſp.transferre,& dubitabat̃,an ille fun-
dus cenſeret̃ vniuerſitas vel ne.In iſto verò caſu tractat̃
de alienanda vera vniuerſitate,valet feudi: q̃a feudũ eſt
vniuerſitas:vt dicit Abb.in d.c.cũ ſeculum.per iura p̄ eũ
allegata.vnde ſine ullo dubio tranſit cum ea iuſp.art. c.
ex literis.hoc ti.Et licèt dubitetur, vtrum fundus ſit vni
uerſitas ſufficiens ad transferendũ cum ea iuſp. ex quo
potius videtur res particularis,tñ in caſu iſto non eſt du
bitandũ de hoc:q̃a nõ inſpicit̃ ipſe fundus: qui licèt eſ-
ſet res particularis, non vitiaret ipſam tranſlationẽ, ex
quo inſpicit̃ ipſum feudũ,qđ eſt q̃d vniuerſum habens
iuriſdictionẽ & iura, & ſic eſt ſufficiens ad transferẽdũ
cũ eo iuſp,licèt ſit fundatũ ſuper aliquo particulari tẽ-
porali tñ:quia aliàs non ſufficeret, vt diximus ſ. in pri-
mo art.& ꝙ feudum ſit quædã vniuerſitas ſufficiens ad
transferendum iuſp. in alium probatur aperte in d. ca.
cum ſeculum.ibi,cũ ratione feudorum emptorũ iuſp.
acquiſiueritis &c.& ſic ↄſiderat vniuerſitatẽ eſſe ipſum
feudũ,& nõ rem ſuper qua eſt fundatũ feudũ, vnde eſt
ibi caſus apertus de hoc.Nec obſt. ſubauditio Inno. &
do.ibi,ꝙ illa feuda erãt ſuper villis & caſtris: q̃a hoc eſt
diuinare ad illũ tex.licèt reuera ipſi do.ita ſubaudierũt,
vt euitarẽt, ne probaret̃ in illo tex. quod iuſp. de per ſe
conſideratũ poſſet dari in feudum,ideo dixerunt ibi eſ
ſe quãdam vniuerſitatem,ſed hoc ẽt põt euitari,ſi dica-
tur,ibi non fuiſſe iuſp.de per ſe in feudum datum, ſed
aliqua feuda empta erant, in quibus erat iuſp. acceſſo-
riè,& ſic feudum ipſum erat vniuerſitas: quia feudũ ha
bet multa iura,quamuis ſit ſuper aliquo fundo,vel alia
re particulari,vt ſup. diximus poſt Abb. & ſic reuera il-
le teſt.loquit̃;& ita ẽt loquitur do.Abb.& eius dictũ po
teſt intelligi & ſaluari, licèt ẽt miror de do.Abb.q̃ dicit
doctores cõmuniter ſentire oppoſitũ, &(vt vidiſtis) nõ
eſt,niſi Innocen.ſibi ↄ̃rius, qui tñ non loquitur in iſto
caſu,ſed in primo,vel qñ venderet̃ fundus non feuda-
lis.prout loquitur in d.c.ex literis.& Hoſt.in d. c.ex lite-
5 ris.relatus a Car.vbi ſ.¶† Dicerem bene vnũ, & hic po-
terit eſſe tertius caſus,ꝙ ſi eſſet vnum feudũ ſuper plu-
rib. fundis,ſeu ſuper aliqua villa, & in vno ex illis fun-
dis,vel in vna parte illius ville eſſet eccleſia, cuius iuſp.
erat cum feudo, & vellet vendere illũ fundũ,vel illam
partẽ villæ alicui,ꝙ eo caſu cũ non vendat̃ ipſum feu-
dũ vniuerſaliter ↄſideratum,ſed aliquis fundus,vt ſ.nõ
trãſibit iuſp.quia non eſt venditum vniuerſum, ſed il-
le fundus,& ſic res particularis,& moueor ad hoc dicẽ-
dũ ex quo in hoc caſu nõ interuenit,nec vniuerſitas vil
læ,nec vniuerſitas feudi. ¶ Sed ↄ̃ hmõi deciſionem vr̃
facere conſilium 48.do.Card. quidam nobiles, ex quo
colligitur,ꝙ ſi ſunt plures domini vnius caſtri, in quo
eſt iuſp.& vnus ipſorum vendit partem ſuam caſtri,trã
ſit etiam in emptorem illud iuſp.quod habebat vendi
tor ratione portionis ſuæ,quam habebat in illo caſtro,
eodem modo deberet eſſe in caſu noſto.¶Sed tu aduer
te:quia ibi vendita fuit pars vniuerſitatis, quã habebat
venditor pro cõmuni & indiuiſo cũ alijs, & ſic pars ca-
ſtri,& ideo tranſibit iuſp.quia adhuc dicebatur tranſire
cum vniuerſitate,& ibi dictũ eſt: hic aũt non vendebat̃
pars feudi,& ſic pars vniuerſitatis,ſed vendebantur nõ-
nulli fundi,vel q̃dam pars villæ particularis,in qua erat
eccleſia & iuſp.& ideo non tranſibit cũ illis particulari
bus,ſecus tñ eſſet,ſi vendidiſſet partem feudi: q̃a ſic trã
ſiret iuſp.pro illa quota,iuxta illud quod colligit̃ ex d.
conſ.Car.¶Et ſic,vt vides, ſecundi caſus deciſio vr̃ ↄ̃ ea
quæ diximus ſ.in j.& 3.arti.iuſp.nõ tranſire cum fundo
dato in feudum,ſed reuera oẽs do.ibi allegati loquunt̃
qñ quis vellet concedere fundum in feudum, qui non
fuerat feudalis,& ſic iuxta primũ caſum. ſecundus ca-
ſus verò noſter loquitur cum alienat̃ feudũ,qđ licèt ↄſi
ſtat in vno feudo,dr̃ tamen vniuerſitas, vt ſ. dictum eſt.

¶Quintus artic.7.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Iuſpatro.non amittitur a conſtruente eccleſiam in fundo feudali amiſ-ſo feudo.*

R Eſtat quærere quintò & vltimò circa hãc.q. princi-
1 palem † quid ſi vaſallus conſtruxit eccl'am in fun-
do feudali, ex quo ipſe tanquã ipſe eſt effectus patro-
nus rõne conſtructionis,ſi perdet feudũ,an amittat iuſ-
pa.& dic ꝙ nõ,ſcd̃m Lau.Hugo.& Arc.in c.in ſacris 16.
q.1.& Car.in d.conſi.122.quidam habens.in ver.ſed ob.
¶ Vide tñ tu pleniſſimè vltra oẽs,an & q̃uo hæc proce-
dant ſ.in 1.par.p̄ſentis li.in 8.q.prin.in 8. art. per diſcur-
ſum illius, vbi videbitur veritas huius arti. dum ibi tra-
ctatur,an vaſallus qui in feudo cõſtruxit eccleſiam ac-
quirat ſibi iuſp.vel ſucceſſori ſuo in feudo.

E X ſupradictis omnibus in hac 7.q.prin. & eius quin
que art.collige conclu.iuſp.de per ſe conſideratum
non poſſe dari ſeu concedi in feudum per ea, quæ latè
diximus ſ.in j.ar.¶ Amplia primò hanc conclu.vt iuſp.
de per ſe non poſſit dari in feudum, intantum proce-
dere,ꝙ ſi bene eſſet conſuetudo in loco tanti temporis
obſeruata, cuius contrarij non extaret memoria, non
ſufficeret ad inducendum, vt iuſp. de per ſe conſidera-
tum poſſit dari in feudum per dicta ſ.in 2.arti. ¶ Limi-
ta primò hanc conclu. vt iuſp. de per ſe non poſſit dari
in feudum, procedere patrono dante vel concedente
in feudum,ſed ſi Papa vellet concedere in feudum iuſ-
pat. etiam de per ſe conſideratum bene poſſet illud in
feudum concedere ex ſuo priuilegio,vt dictum eſt ſ.in
j.ar.in verſ.ego autẽ. ¶ Limita ſecundò hanc conclu.vt
iuſp.non poſſit dari in feudũ,p̄cedere illo de per ſe ↄſi-
derato,ſed cum vniuerſitate data in feudum bene tran
ſibit iuſp.vt d.eſt ſ.in 3.art.¶ Extendo hanc limi. vt iuſp.
tranſeat cum vera vniuerſitate data in feudum, intan-
tum procedere,ꝙ ſi daretur in feudum fundus, in quo
eſſet eccleſia patronata nõ tranſiret iuſp.quia nõ eſt ve-
ra vniuerſitas, vt dictum eſt ſ.in 4.articu.in primo caſu.
¶ Reſtringe hanc extenſio.niſi feudũ conſiſteret in fun
do,nam ſi venderetur feudum,tranſiret iuſp.eccl'ę exi-
ſtentis in fundo,non ꝙ fundus ſit vniuerſitas, ſed quia
feudum eſt vniuerſitas,vt diximus in d.4.arti.in 2.caſu.
¶ Reſtringe hanc reſtrict.procedere,vt tranſeat iuſpa.in
emptorem feudi,nõ aũt in emptorẽ alicuius fundi,feu
di,& ſic rei particularis ipſius, per ea quæ diximus in d.
4.ar.in 3.caſu ibi.in verſi.dicerem bene vnum.¶ Decla-
ra hãc materiam,ꝙ ſi vaſallus de proprio conſtruendo
eccl'am in fundo feudali effectus eſt patronus,licẽt per
dat feudũ,nõ amittet iuſp.quod acquiſiuit ex conſtru-
ctione,& per iſta ſit deducta ad metam hæc 7.q.prin.

¶Octaua quæſtio prin.ij.partis j.Libri.

1 *Locatio iuriſp.de per ſe conſiderati non tenet, ſecus acceſſoriè, & quæ ſit ratio nume. 3.*
2 *Fructus ſpirituales non poſſunt vendi.*

Q Væro octauò principaliter,an ſit alius modus trãſ-
ferendi iuſpatrona.extra verſum iuſpatrona. tran-
ſire facit &c.& ſic,an iuſpa.de per ſe conſideratum poſ-
ſit transferri in alium titu.locati. puta ſi q̃s patronus lo

caret

1 caret iuſp.quod hēt in aliqua eccla.¶†Et dic iuſp.per ſe
ↄſideratum locari nō poſſe.tex.eſt in c.ex literis.hoc tit.
vbi dr̄,iuſp.cū vniuerſitate tranſire in locatorē, de quo
j.ergo de per ſe tranſire nō pōt:& hoc expreſſe vult ibi.
D.Car.in j.no.& in j.q.licèt referat Goſ.volentē ecclam
poſſe locari,quod t̄n ipſe nō tenet ſimpliciter, & ēt re-
fert ibi Hoſ.tenentē iuſp.de per ſe titulo gratuito tranſ
ferri poſſe titulo vero nō gratuito, ꝑut eſt titulus loca-
tionis bene transferri non poſſe, & hoc volunt ibi oēs.
¶Ego ↄſidero iuſp.de ꝑ ſe vendi nō poſſe c.de iure. hoc
tit.& diximus ſ.in 5.q.huius pat.5.arti.& nō ſolū ipſum
iuſp.vendi nō poteſt,ſed nec eius fructus,puta pręſenta
2 tio,vt ibidē diximus in 10.art.¶† Item fructus ſpeciales
vendi non pn̄t ca.fi.ne pręla.vi.ſu.idē ergo & in annexis
ſpecialib.& eorū fructib.c.quanto.de iudi.c.de iure.hoc
tit.ar.c.tranſlato.de ↄſti.ſequitur ergo,ꝙ cum locatio ſit
quędā emptio fructuū,vt de locato.& ff.loc.per totū.er
go iuſp.de per ſe transferri nō poterit tit.locationis, vo
luit ēt hoc Pau.de Caſ.in ↄſ.57.venerabilis.in j.dub. per
diſcurſum eius,& ita vr̄ velle omnes,& ſignanter Pau.
de Cit.in hoc tra.in 9.pat.in 4.q.& D.Roc. in verbo ipſe
vel is a quo in 26.q.tractantes an & qn̄ trāſeat iuſp.cum
vniuerſitate locata,& ſic volunt iuſp.de per ſe non trā-
3 ſire in ↄductorem.† Et ita tene:quia eſſet ſimonia,ſicut
& venditio.per ea quæ diximus in d.q.5.prin.huius par.
per totum maxime in primo & 10.arti.

¶ Secundus art.8.q.prin.ij.partis j. Libri.

1 *Iuſpatro. an transferatur in conductorem cum vniuerſitate temporali locata.*
2 *Contractus firmæ quid ſit,& nu.7.& 8.*
3 *Locata vniuerſitate temporali,in qua eſt iuſpa.illud non locatum dicitur.num.6.*
4 *Locare quid ſit.*
5 *Locata vniuerſitate non ad modicum tempus in qua erat iuſpat. tranſit iuſpa.in conductorem.*

1 SEſt dubitatur ſecundo loco,† an iuſp. transferatur ti
tulo locationis cum vniuerſitate tēporali,puta villa
vel caſtro locatis ſeu arrendatis,ſicut transfertur tit.ven
ditionis cū villa vendita.¶Et de hoc eſt tex.in c.ex litte-
ris.hoc tit.vbi hr̄, iuſp. tranſire in ↄductorem cum villa
2 data ad firmam.† & iſte ↄ̄ctus firmæ eſt ↄ̄ctus locationis,
vt ſentiunt omnes doc.ibi.& hoc ēt tenet Firm.in trac.
de epiſcopo. in 4.lib.in 4.par.in 30.qō.¶Sed aduerte in
hoc,quia ſunt varię opiniones circa illum tex.an ſit ↄ̄-
ctus locationis ab paruum tp̄s vel ad magnum cū tranſ
latione vtilis domini j in cōductorem, ſaltem ex pacto.
¶Glo.j.igitur ibi intelligit illum tex.ſecundū quoſdam
In eo talem ↄ̄ctum illum militem ↄductorem,& illam
abbatiſſam locātem ſeu ↄcedentē celebraſſe cum hoc,
vt vtile dn̄ium trāſiret in ↄductorem, & ſic in illum mi
litem trāſiuiſſe iuſp.¶Et idem tenuit ibi Inn. in prin.&
& ſentit ēt in c. cum Bertoldus. de re iudi. & etiā ſentit
ibi Io.And. in ſummario. ¶ Tenuit etiā Pau.de Caſt.in
ſuo elegāti ↄſil.57.in Chriſti nomine Amen. venerabi-
lis vir.in j.dub.in j.parte in antiquis ↄſilijs impreſſis in-
telligendo d.c.ex literis.loqui,qn̄ eſt talis ↄ̄ctus,per quē
transferatur vtile dn̄ium,& exemplificat in ↄ̄ctu feudi,
vel emphyteuſis , & ſic intelligit illud vocabulum ad
firmam. & dicit hoc nō eſſe abſurdum , nam in multis
locis tales ↄ̄ctus ita determinātur,vt not.Bart.in l.j.C.de
iure emphyteu. & tunc dicit nimirum eſſe ſi tranſit, qa
cum per talem ↄ̄ctum transferatur vtile dominium, &
ſic vr̄ quò ad illud vendita villa in ↄn̄tiam tranſit cum
illa iuſpat.allegat l.in modicis.ff.de contrahen.emptio.
3 ¶ † Vnde concludit ibi Paul.de Caſt. iuſpa. non tranſi-
re cum aliqua vniuerſitate temporali locata,ſeu arren-
data . & mouetur iſto notabili fundamento , nam cum
aliquis arrendat , vel locat aliquod beneficium ſuum
pro aliqua pecunia,nō tranſeunt in arrendatorem,ſeu
conductorem,niſi temporalia , ſcilicet redditus & pro-
uentus,non autem iura ſpiritualia,& ſpiritualibus an-
nexa.de primo,ideſt de temporalibus eſt caſus in c.fi.ne
præl.vi ſuas.& ibi plene & clare per gl. & doc.in c.cum
venerabilis.de relig.do.de ſecundo.ſ.de ſpiritualibus ꝙ
nō tranſeant,eſt caſus in c.j.& 2.ne pręla.vi.ſu.de tertio.
ſ.de ſpiritualibus annexis ꝙ nō tranſeat,eſt tex.in ca.qa
clerici.hoc tit.illum pōderando, quia aliqui cōparabāt
iuſpa.vt præſentarent filios vel amicos , & ſic rōne fru-
ctus,& prohibetur hmōi emptio. ꝙ autem arrendator
t̄m trāsferat fructus tēporales ſeu redditus probatur , ꝑ
ea quæ plene not.Bar.in l.cotem ferro.§. qui maximos.
ff.de publi. vnde licèt arrēdator poſſit percipere reddi-
tus tēporales,quia illi venditi vr̄, non t̄n poſſet officia
les ponere , & iuriſdictionem eccleſiaſticam exercere
vel præſentare,quia talia nō pn̄t vendi ſpecialiter,vt in
dictis iuribus,ergo nō tranſeunt in generali vēditione,
vt.ff.de pign.l.obligatione generali.& l.denique.C.quæ
res pig.oblig.poſ.l.alūnos.& de priui.credi.l.pen. ¶Nec
obſtat,dicit ipſe c.ex literis.hoc tit.quia vr̄detur, vt ſ.di-
mus,illum tex.loqui,qn̄ eſt talis ↄ̄ctus,per quem trāſeat
dn̄ium vtile in ↄducentem, ſi autem eſt talis ↄ̄ctus, per
quem nō tranſeat dn̄ium directum,nec vtile,puta loca
tio,vel arrendamentum ad paruū tempus,vt ff.locati.l.
nō ſolet.tunc iuſp.ſeu pręſentandi nō trāſit, & ita intel
ligitur cap.cum Bertoldus. de re iudi. ſecundum Inno.
4 ¶† Dixi etiam ſ.ꝙ locare,vel arrēdare nil aliud eſt,quā
fructus rei vendere , iuxta illa quæ plene notantur per
Bart.in d.l.cotem ferro.§.qui maximos. ff. de ↄubli. aut
ergo dices,dicit ipſe, quod videatur vendidiſſe iuſpa.&
hoc eſt falſum,quia vēdi nō poteſt,vt in d.c.de iure.hoc
tit.item quia eſt res illa,quæ per locationem nō vr̄ ven-
di in l.j.de iure emphy.& inſti.de loca.§. adeo. aut dices
ꝙ videatur vendidiſſe fructus iuriſpa.vt in c.quetelam.
& quod ibi notatur,de elec.& c.ↄſultationibus.hoc tit.
& idem eſt,quia pręſentare eſt ius ſpirituali annexum ſi
cut ipſum iuſpa. vnde nō poteſt pro pecunia quis mihi
ↄcedere poteſtatem præſentādi in perpetum, vel ad tē-
pus.nam ſi poſſet patronus pro pecunia ↄcedere pote-
ſtatem præſentādi in perpetuum , nonne ſic venderet
mihi iuſpa.quod vendi nō poteſt,vt ſ.certe ſic. ¶ Vnde
ↄcludit patere ex prædictis c.ex literis.nihil facere ꝑ al-
tera parte ſecundū verum intellectū ipſius, cum in illū
arrendatorē prioratus,nullū vtile dn̄ium rerum priora
tus tranſiuerit,& miratur ipſe D.Pau.ꝙ per alios allegā
5 tes in illa cauſa hęc fuerint omiſſa. ¶ † Et ſubdit, aliud
eſt ergo ↄcedere in emphyteuſim vel feudum villā ali-
cuius prioratus vel epiſcopatus , quo caſu tranſit vtile
dn̄ium in emphyteutam & feudatarium, & ēt iuſp.ſibi
cohærens,vt in d.c.ex literis.& aliud eſt locare vel arrē-
dare prioratum.ſeu villam prioratus,quo caſu nō trāſit
aliquod dn̄ium,nec per ↄn̄s iuſpa.ſibi cohærens, ſed ſo
lum fructus & redditus temporales videntur vēditi , vt
in illo caſu, nō autem iura ſpiritualia vel ſpiritualib.an
nexa in iurib.ſupra allega. ¶ Et per hoc infert ipſe Pau.
de Caſt.ꝙ ſi aliquid temporale ſecundū antiquā ↄſuetu
dinem veniret percipiendum ex dicta præſentatione ,
prout dr̄ in ſimili c.ad apoſtolicam. de ſimo. tunc illud
bene videretur vēditum & tranſiret in arrendatorem ,
in d.c.fi.ne præla.vi.ſuas.& ita reſidet ibi Do.Pau. in illo
primo dubio. ¶ Et in ſecūdo dubio ampliat eius dictū,
ipſum arrendatorem ēt nō poſſe præſentare ratione ꝑ-
curatorij,quod habet ad omnia agēdum, vt ibi late per
eum,quē refert & ſequitur Pauinus in trac. de ſed.vacā.
in 2.par.in 5.q.in vlt.col.& Pau.de monte Pico. in repe-
titio.§.Titia cum nuberet l.Titia cum teſtamēto.ff.de le
ga.2.in 39.q.in 11.char.in 2.col.in verſi.& ſi quis diceret.
& ſic pro iſta par.omnes doc.prædicti ↄcludūt.¶Quam
etiam tenet do.Pau.de Cita. in hoc trac. in 9.par. in 4.q.
6 ¶ † Do. Roch. in hoc trac. in verbo,ipſe vel is a quo. in
26.q.diſputat hunc articulum,& dicit cōmuniter tene-
ri opinio,ꝙ nō tranſeat iuſpa.cum locatione ad modi-
cum tempus alicuius vniuerſitatis,cum qua ſaltem nō
tranſeat vtile dn̄ium , & dicit hanc conclu. ſibi placere
tanquam magis cōmunem,& eam cōprobat tali funda
mento. nam cōductor maxime ad modicum tempus,
non

non facit fructus ſuos,qui breui tempore nõ renaſcuntur l.diuortium.§.ſi fundum.vbi Bal.& doc.notãt.ff.ſol. matri. ſed fructus præſentationis eſt huiuſmodi : quia non renaſcitur omni anno , ſed tantummodo percipi poteſt talis fructus vacate eccleſia vel capella.igitur nõ ſpectabit ad ꝯductorem , ꝯtrariam partem tñ, videlicet ꝙ nõ ſolum in locatione ad lõgum tẽpus, ſed ẽt ad modicum tẽpus,quamuis per eam nõ trãſferatur vtile dominium,trãſeat iuſpa.in ꝯductorem,vr tenuiſſe Hoſt. in d.c.ex literis.in vlti.colum.dum dicit, iuſp. ſpecifico titulo gratuito de per ſe trãsferri,ſed titulo oneroſo cũ vniuerſitate & non aliter,diſtinguendo tñ an transferatur dominium vtile vel nõ,vnde cum locatio ſit huiuſmodi.ergo &c.¶ Hinc expreſſe dixit do.Car.in d.c.ex literis.in fi.primę q.in 2.col.ꝙ qualiſcunque ſit ꝯctus etiã ſi ſit talis,per quem dñium non transferreretur,vt locatio ad tempus modicũ,per quam nõ tranſit dñium vtile,ſed ſola commoditas,tñ tranſibit iuſp.cum vniuerſitate locata,vt hic,& in hac glo.ibi quidã,& ſic ſentit,immo expreſſe tener,& intelligit do.Car.illum tex. loqui etiam in locatione ad modicum tempus,& ſentit hoc idem tenere ibi glo.primam,dum dicit, quidam, quaſi velit dicere ipſam tenere ꝯnium,ſcilicet etiam tranſire cum locatione ad tempus modicũ,& hoc idẽ tenet do. Car.ibi in j.no.do.Abb.verò ibidẽ in fi.j.col.& in prin.ſequen.refert opi.Inn.& aliorum ſupra pro alia parte adductorũ,ex quo infert poſtea,ꝙ ſi illa eſt vera diſpoſitio d.c.ex literis.nõ procedet,ſi locatio eſſet facta ad modicum tempus,quia tunc nõ trãſiret dñium vtile,nec poſſeſſio,ſed detentatio,nam colonus ad modicũ tempus poſſidet dño,& non ſibi l.male agitur.C.de præſcrip.30. vel 40. anno. vnde præſentatio reperiretur facta ab eo, qui nõ eſt in præſentandi poſſeſſione, niſi diceres (dicit ipſe) colonum poſſidere naturaliter ſibi,licet ciuiliter dño , vnde ratione illius naturalis vr̃ poſſe præſentare, vt iſte ſic percipiat iſtum fructum , ſicut percipit cæteros certos fructus villę,& maxime quia ille tex.d.c.ex literis.loquitur indiſtinctè.ita do.Abb. vbi ſ̃. & ſic vr̃ velle iuſp.tranſire cum vniuerſitate locata etiam ad modicum tempus.& idem vr̃ tenere in c.cum Bertoldus.in j. nota.de re iudi. intelligendo d.c.ex litteris. ſimiliter indiſtinctè.¶ Io.de Ana.verò in c.querelam.in fi.ſecundę, & in prin ſeq.col.de ſimo.dicit vnum verbũ quod doc. tenent in d.c.ex literis.ſ.iuſpa.transferri in alium titulo gratuito , & idem dñt in ꝯctu ſpecifi. non gratuito, per quem non transfertur dominium etiam vtile,ſicut eſt ꝯctus locationis , ſubdit etiam do.An.ibi. iſtud dictum non ponere pro conſtanti, tñ ex illo habetur limitatio ad totum titulum de ſimo.nam quod in ipſo titulo de ſimo. dicitur, ſpiritualia non poſſe transferri in ꝯctum ſpecifice non gratuitum,eſt verum,niſi ſola detentatio tranſeat & nõ dñium, vel poſſeſſio . ¶ Certe ſi hęc dicta ita nuditer intelligerentur,prout proferuntur,viderentur dicere vnum,quod eſt falſiſſimum,valet iuſpa.de per ſe tranſire titulo non gratuito, quod eſt falſum,vt diximus in præced.arti. vnde ego intelligerem illud primũ dictum doctorũ,prout vere ipſi loquuntur.& eſt dictũ originale Hoſt.prout eum ibi refert do. Cardi. in j.q.cũ vniuerſitate temporali,& non de per ſe,& ita debet intelligi dictum Io.de Ana.referentis doc.ibi.¶ Itẽ limitatio quã dicit do.An.ex dictis doctorum eſt ꝯ dictum doctorũ.nã dicunt ibi doc.rela.a Io.de Ana.& intellecti vt ſupra,iuſpa. trãſire etiã titulo non gratuito cum vniuerſitate tantum , quãuis per illum titulũ non transferatur vtile dñium,ſicut eſt ꝯctus locationis.do.An. vero limitat titulũ de ſimo.per quem diſponitur,ſpiritualia non poſſe transferri in ꝯctu ſpecifi.& non gratuito, vt ſit verum,niſi ſola detentatio tranſeat,& non dñium & poſſeſſio,nam vt ex ſupradictis apparet,doct.volunt, multomagis tranſire,vbi transfertur dñium,vel poſſeſſio,ſi transferatur , qñ ſola detentatio transfertur, vnde ego crederem,do.An.voluiſſe dicere,& ſic dixiſſe,vt diſpoſitio tituli de ſimon.de qua ſupra , non ſolũ non ſit vera; quando transfertur aliqua vniuerſitas aliquo cõtractu; per quem transfertur dñium vtile vel poſſeſſio , ꝙ etiã tranſeat annexa ſpiritualibus . puta iuſpa.licèt ꝯctus nõ ſit gratuitus, ſed ẽt quando eſſet contractus non gratuitus alicuius vniuerſitatis temporalis,in qua eſt iuſp.per quam ſola detentatio transfertur,& ita prædicta intelligendo Ana.& do.An.licèt non firment pedes,vñr tenere opi.glo.j.Car.& Abb.in d.c.ex literis.de qua ſ̃.¶ Quid dicendum in iſta diffi.vt vides tota uis partis do.Car.cõſiſtit prout magis clare loquitur Abb.in hoc, quia text. in d.c.ex literis.loquitur indiſtinctè,videlicet, ſiue ſit ꝯctus,per quem transferatur poſſeſſio,vel dñium vtile,ſiue talis per quem ſola detentatio trãsferatur , prout eſt locatio ad modicũ tempus,hoc fundamẽto ſublato ,qa non eſt alter tex.loquens in materia niſi dictum c. ex literis.non poſſe aliter intelligi,niſi de ꝯctu per quẽ transferatur dñium vtile,vel ſaltem ſola poſſeſſio & non ſola detentatio, & ſic ꝙ non loquatur indiſtinctè & facio reg.quæ probatur in c.ꝯſultationib. hoc titulo. & in ca. querelam. de electio. ꝙ ſi exiſtens in quaſi poſſeſſione præſentet,& inſtituitur pręſentatus, non poterit admoueri inſtitutus ẽt ꝯſtito de nõ iure pñtatis,& de iure alterius.& loquatur ille tex.de exiſten. in vera quaſi poſſione,quia ibi doc.multũ inſtant,qñ dicatur quis eſſe in poſſeſſionẽ,vt ibi eſt videre,& non de mera & ſimplici detentatione,& pro iſtis vide pulchre Abb.in ca.ex literis.in 2.no.ſed ſic eſt,ꝙ tex.in d.ca.ex literis.ibi,vel antequam,de iurep.vult,ꝙ ſi pręſentatus ab illo milite,qui ꝯduxerat villã,fuit pręſentatus,antequã eſſet ſuborta ꝯtrouerſia inter militẽ & abbatiſſam,& per epm inſtitutus,ẽt ſi abbatiſſa obtineat in proprietate,ille non amoueatur,vt ibi. & ſic iuxta diſpõnem c. ꝯſultationibus vt vult ibi Abb.in 2.no. præſupponit ergo ibi tex.illũ militẽ nõ ꝯduxiſſe villam ad modicũ tẽpus,ſed ad magnũ, quia aliàs nõ eſſet poſſeſſor,niſi detẽtator d. l. male agitur.C.de præſcrip.30.vel 40.anno. vel ibi tranſiuiſſe dominiũ vtile,vt infra dicetur,& etiã poſſeſſio.¶ Nec ob. id quod dicit Abb.militẽ pręſentaſſe pp poſſeſſionẽ naturalẽ,quia ſalua pace tanti patris,doc.in d.c.ꝯſultationib.& in d.querelã.non põderant poſſeſſionẽ naturalẽ ſed ciuilẽ,vt ibi, maxime quia naturalis nõ poteſt cõſiderari in iſtis iuribus incorporalib.ſed in ipſa villa, cũ cuius vniuerſitate tranſiuit iuſpa. quæ naturalis poſſeſſio nõ eſt tanti effectus,vt ſ̃.diximus.Et pro hoc adducitur tex.in c.cum Bertoldus.de re iudi.vbi creditor naturaliter poſſidebat curiã,& tñ quia non ciuiliter,non dicitur eſſe in tali poſſeſſione ob quam pręſentatus in eo & inſtitutus nõ amoueatur,ſed amouetur & inſtituitur præſentatus a verò patrono,nota illum tex. qui eſt val-
7 de ſing.ꝯ opin.Abb. inducendo vt ſupra.¶ † Item & ſecundo tex.in d.c.ex literis.loquitur expreſſe de ꝯctu ad firmam, vt in eo patet,ſed ꝯctus ad firmam non intelligitur de locatione ad modicũ tempus , ſed de cõtractu ad longũ tẽpus , ſeu potius de ꝯctu emphyteutico. prout dicit Bar.pulchre in l.j.C.de iure emphy.in 2.colum. contractum emphyteuticum quidam appellare precariam,quidã liuellum,quidã ad firmã,quidam ad penſionẽ, non tñ curo (dicit ipſe) quocunque nomine nuncupetur,emphyteuſis eſt,vt ibi per eum,refert & ſequitur do.nic.Iaſ.in 9.col.ſtatim ante verſi. tertiò quæro.in quo differunt.& ideo do.in c.ibi in 10.col.in verſi. quid aũt operentur.format quæſitũ per hęc verba,vendo ſeu re firmo tibi emphyteuſim &c.multotiens vtendo illo
8 vocabulo, † ſi ergo ipſe ꝯctus ad firmam ſit idem ꝙ emphyteuticus vt ſupra,& ille text.loquitur ex eo,quo ergo ſaluabimus illum tex. q indiſtinctè loquitur? Certo potius debemus dicere illũ tex.loqui nimiũ diſtinctè & aperte loquẽdo de ꝯctu per quẽ transfertur dñium vtile cũ vera poſſeſſione , & non de locatione ad modicũ tẽpus per quã transfertur ſola detẽtatio , cũ igitur non ſit aliter text.qui loquatur de mera locatione ad modicũ tps,nec nos de ea aliquid diſponere debemus.¶ Et ꝙ iſta pars ſit verior , ꝯfirmatur tertio loco vt euitetur abſurditas,nã ſi poſſet tranſire cum vniuerſitate locata ad modicũ tempus, daretur cauſa vendendi fructum præſenta-

ſentationis,poſſet .n. eſſe aliquis,q vellet p̄ſentare aliquem ad ſui libitum,& nõ hr̃et modum emendi villã, nec dominus vellet eã vẽdere, & ſic illã locaret multo pluris,q̃ valerẽt fructus temporales, & daret operã, vt illo anno presbyter bñficiatus moreret̃,& non curaret amittere illud plus pro illo anno, qđ quidẽ facere poſſet ſucceſſiuis annis ad effectũ p̄ſentandi quem voluerit,& ſic p̄ſentatio videretur, & eſſet contra text.in c.ne captandæ.de conceſ. p̄ben.& tex.in c.quia clerici.hoc titu. & ideo ego tenerem cũ Inno. & Pau. cum illa dicat̃ cõis ꝯ Hoſt. Card. & Abb.licèt ab vtraque parte ſint viri magnæ auctoritatis. ¶ Et aduerte ad vnum, quod dicit Pau.de Caſt.vbi ſupra,ꝙ bene tranſirent ea temporalia q̃ ex ꝯſuetudine deberent̃ p̄ſentãri &c. quia aut hoc ꝙ aliquid detur præſentanti fuit reſeruatum per p̄ronũ in limine creationis beneficij cum conſenſu ep̄i, & fieri poteſt, vt diximus ſ̄. in j. parte præſentis libri in 9. q. prin.in j.arti.in ſexta ampli.3.conclu.Aut hoc fit ex cõſuetudine, vt dicit Pau. de Caſt. vbi ſ̄.& de hoc dicetur aliàs in 3.lib.in 3.q.prin.in 16.articu. vbi multa adducẽtur pro ornatu.d.c.ad apoſtolicã. de ſimo. & an in vtroque caſu tales fructus poſſent vendi: vt hic aperte dicit Pau.dicetur infra in 3.lib.deo duce in 3.q.prin.in 17.arti.ſed pro Pau. eſt text. quaſi ad literam in d.c.cum Bertoldus. de re iudi. vbi id quod de temporalib. debebat̃ patrono,bene dabat̃ creditori,quamuis in illũ nõ tranſiſſet iuſp.& illos fructus habebat in ſortem cõputare, ut ibi,faciunt q̃ diximus ſ̄.in 5.q. princ. præſentis partis in 10.arti.in verſi.quid autem ſi pauper patronus,vbi diximus,pauperem patronum poſſe arrendare alimenta quæ ſibi debentur in caſu neceſſitatis. ¶ Redeo ad do. Roch.in d. 26. qõ. qui reſpondet ad illud, quod dicitur de ꝯductore ꝙ poſſideat naturaliter,nam reſpondet, vt ſ̄. nos reſpondimus, colonum non poſſidere ſibi nec naturaliter, nec ciuiliter, ſed domino.l.non ſolũ. §.qđ vulgo.vbi glo.& Bar.ff.de vſuca.gl.in §.poſſidere. inſtit. de interdi.Bar.in l.j.in fi.prin.ff.de acquir. poſſ.& faciũt notata in l.colonus.eo.tit.etiam non obſtante quod dicitur.c.ex literis.loqui indiſtincte:quia non eſt abſurdũ intelligere illum tex.& limitare,vt tantum procedat in ꝯductorem ad longum tempus propter fundamẽta ſ̄. facta,arg.l.nõ eſt nouum.ff.de ll.& dicit hanc.q.alibi ita plene tactam non reperiſſe.Sed ſalua pace hæc reſponſio ad c.ex literis eſt refugium miſerorum,quare tenendæ ſunt ſol.per me ſ̄.datæ,quæ bene quadrant.

¶ Tertius artic.8.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Stante conſuetudine quòd vicini, vel parrochiani rectorem præſentent epiſcopo, & reperitur domus alicuius ex parrochianis alteri locata, præſentatio ad locatorem vel conductorem debet ſpectare.*

EX præcedentibus oritur tertius articulus. quid ſi ſit
2 conſuetudo prout eſt Midiolani † quòd vicini vel parrochiani rectorem præſentent epiſcopo,& reperiatur domus alicuius ex illis parrochianis locata alteri, præſentio ad quem ſpectabit,ad do.domus vel ad conductorem? Do.Roc.format hunc articulum in calce.d. 26. q. verbi, ipſe vel iſa quo.& dicit in hoc puncto. ego credo attẽdendos eſſe terminos ꝯſuetudinis:quia conſuetudo nõ egredit̃ terminos ſuos,vt dicit Bar.in l.poſt dotẽ.ff.ſol.ma.in pen.col.& in auc.qui rẽ.in fi. C. de ſac. ſan.eccle.& do.Alex.in conſi.ſuo. 9. incip. viſo themate.in prin.in 3.vol.ꝯſiderabitur ergo an domini domorum tantum p̄ſentare conſueuerint, an etiam ꝯductores,& ſic habitãtes in illa parrochia,& remittit ſe ad dicenda per eũ in 28.q.cũ ibi tractat de vxore vſufructuaria,de qua tractabimus ĩ.in hac par.in 10.q.prin.in 3.art. ¶ Tu dic iſtum articulum formaſſe Pau. de monte Pico in ſua ſolẽni repe.§.Titia cum nuberet.l. Titia cũ teſtamento.ff.de lega.2.in 39.q.in 21.char.in 2.col. in verſ. ſed dubitari poſſet.& dicit hanc. q. fuiſſe Mediolani tẽpore ſuo,cum ibi vigeat hæc obſeruantia,& fuiſſe deciſam Papiæ,in quo ſolẽni gymnaſio ipſe repetijt.d.§.Titia cũ nuberet.& dicit aliquos dixiſſe, conductores debere præſentare,qui erant in vicinia:qa vicini habẽt p̄ſentare, ex quo tractabat̃ de p̄iudicio animarum ſuarum &c. ipſum tñ ſaluo ſaniori iudicio arbitrari ꝯriũ: quia iſtud eſt iuſp.quod eſt apud locatorem & nõ apud ꝯductorem,vnde opus eſt locatorem p̄ſentare, dato ꝙ habitet in aliena parrochia,aliàs ſequeretur, ꝙ ſi Papiẽſis habeat iuſp.Mediolani, non poſſet præſentare,quod vanũ eſt dicere;quia iuſpa. non q̃ritur per habitationẽ, ſed per fundationem, conſtructionem,ſeu dotationẽ. gl.in c.piæ mẽtis. 16.q.7.Abb.& do.in hac rubri.ſed hoc iuſp.quod habent ipſi vicini habẽt ex præſumpta fundatione,conſtructione,ſeu dotatione:quia præſumuntur ipſos fundaſſe, cum eccleſia nõ naſcatur, vt p Abb. in d.c.querelam.de elect.& plene diximus ſ̄.in j.par.huius libri in 10.q.prin.in 5.arti.ideo fatuum eſt dicere iuſpa.competere conductoribus nouis, in quib. ceſſat iſta præſumptio. ¶ Et aduerte,ꝙ Pau.de mõte Pico format hanc.q.in locante & deſcẽdẽte a parrochia, & alibi habitante,& nihilominus vult illũ poſſe p̄ſentare. ¶ Nec obſt.ſi diceretur.iuſp.trãſire titulo locationis: qa iſtud eſt falſum,cum iuſp.de per ſe locari nõ poſſit, vt dictũ eſt ſ̄.in j.arti.præſentis.q.nec cum vniuerſitate,niſi locatio ſit ad magnum tempus: vt late diximus in præced. articulo,quãto minus poterit tranſire cũ ſimplici locatione rei particularis,cui reuera iuſp.non eſt añ xũ? puta cum domo.Certe multo minus. ¶ Subdit tamen vnũ Pau.ibi ante fi.1.col.in verſi.tñ ſi eſſet conſuetudo, ꝙ ſi conſuetudo eſſet Mediolani, ꝙ conductores p̄ſentarẽt & eſſent quaſi in poſſeſſione p̄ſentandi,aliud videretur dicendũ, quaſi forſan uelit Pau. tunc debere p̄ſumi cũ iſta conditione fuiſſe creatum iuſp.vt omnes habitantes in parrochia,& in ipſa vicina præſentẽt: quia tũc illa ſeruanda eſſet,argu.l.minime.ff.de ll.& dicit ſe vidiſſe ſeruare in multis locis,& p hoc eius dicto facit text. cum ibi nota.in c.cum dilectus. de conſue. & quæ late diximus ſ̄.in 1.par.huius li.in 9.q.princip. in j. articulo, in tertia conclu. ¶ Tu aduerte idem eſſe, ſcilicet vt habitantes & non veri dñi domorũ poſſint p̄ſentare,quãdo non eſſet verum iuſp.natum ex p̄ſumptione, ꝙ parrochiani fundauerint,ꝯſtruxerint,vel dotauerint eccleſiam,ꝙ ideo præſentẽt:ſed ſi ex ꝯſuetudine haberẽt ius petendi rectorem;tunc quia non eſſent veri p̄roni ex illis cauſis,ſed tantum habent ius petendi rectorẽ, cũ eccleſia vacat, vt cura animarũ ſuarum melius exerceat̃, bene dicerẽ petere habitantes domos & non dominos ipſarum:qa in iſtis non militaret ratio Pau. de mõte Pico.de qua ſ̄.ſed ratio tenentium contrarium,de qua in principio, de quo iure petendi rectorem ex cõſuetudine diximus ſ̄.in j.par.huius li.in 10.q.prin.in 5.& in 8.arti.vbi ẽt dictum eſt,tale ius petendi rectorem poſſe præſcribi,licèt præſcribi non poſſit iuſp. nota hoc vltimũ: quia nouum.videtur enim hoc caſu illud ius petendi rectorem introductum reſpectu curę animarum ibi degentium, & non alibi, & vide quæ dicemus infra in 2. par.ſecundi lib.in 2.q.prin.in 10.arti.

¶ Quartus arti.8.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Iuſp.de per ſe conſideratum non poteſt concedi in emphyteuſim, ſecus acceſſoriè cum vniuerſitate.nu. 2.*
3 *Dominium transfertur per contractum emphyteuticum.*
4 *Eccleſia non poteſt ædificari in fundo emphyteutico.*
5 *Dos an poſſit conſtitui de bonis emphyteuticis, remiſſiue.*

EX dictis etiam in ſecundo præceden. articu. deciditur illud,de quo tertio loco dubitari poteſt, an iuſpatrona. poſſit concedi ad emphyteuſim perpetuam vel ad tempus, cum etiam hæc locatio dicatur,& ideo melius cadit hic,quàm in titulo præceden. cum materia feudali, vt demonſtratur in c. potuit de locato. iun-
1 cto titu.de feudo. ¶ † Et dic breuiter,iuſpatro. de per ſe conſideratum non poſſe concedi in emphyteuſim,maxime quia in emphyteutico ꝯctu accidit precium, vel a principio,vel ſaltem annuatim:vt in l.j.C.de iure emphy.&

phy.& per do.in d.c.potuit.& hoc in iurep. eſſe non po
teſt.ca.de iure.& c.quia clerici.hoc tit.& diximus ſ. in 5.
& 7.q.prin.huius par. in primis artic. & hoc eſt clarum.
2 ¶† Cum vniuerſitate verò temporalium,puta villa, vel
caſtro bene tranſibit iuſp. quod eſt in illis,ſi ad emphy-
teuſim concedantur,vt eſt tex.in d.c.ex literis.ibi, ad fir
mam qui contractus eſt emphy.ſecundùm Bar.in l.j. C.
de iure emphy.vt diximus ſ.in 2.præceden.arti. in verſ.
item & tertiò cum per illum contractum transferatur
dominium vtile, vt ibi diximus : & hoc tenet expreſſe
Pau.in d.conſ.57.venerabilis vir.in j.dub.in j. par.& ſen
tit Pau.de monte Pico in d. repe.§. Titia cum nuberet.
l.Titia cum teſtamento.ff.de leg.2.& in 19.q.in 21. char.
in 2.col.in verſ.& ſi quis diceret,cum æquiparat in hoc
contractum feudalem & emphyteuticum. & pro vtro-
que ſe remittit ad c.cum ſeculum.hoc tit.¶ Et pro hoc
facit reg.quam poſui poſt do.ſ.in 2.arti.& ponit Gay.in
repe.c.ſi.de elec.li.6.quam etiam retuli in pced. q. prin.
in 3.ar.referendo Gay.vbi ſ.in 31.col.iuſp.tranſire cum
vniuerſitate temporali per illum contractum , per quē
transfertur vtile dominium , alleg. not. per Fran. ideſt
3 Card.in d.c.ex literis. in j.q.vnde † cum per contractum
emphyteuticum trāſferatur vtile dominium:vt eſt tex.
in c.conſtitutus.& quod ibi notatur per gl.& do.de reli.
do. in c. potuit. de loca.& in l.j.& per totum. C. de iure
emphy.ergo tranſibit iuſpat. Hoc etiam videtur tenere
Firma.in tra.de epiſcopo.in in 4.li.in 4.par.in 30.q.dum
quærit,an epiſcopus concedendo caſtrum intelligatur
cōcedere ſpiritualia,& dicit ꝙ nō,ſed annexa,ſic prout
eſt iuſp.Similiter hoc tenet expreſſe Pau. de Cit.in hoc
tra.in 9.par.in 4.q.dum loquitur de locatione ad longū
tempus,& locatione per quam vtile dominium tranſ-
fertur , ſub quo titulo comprehenditur emphyteuſis :
ſed expreſſius hoc tenet ibidem Pau. de Cit. in 19.q.&
loquitur propriè de emphyteuſi,quam æquiparat cum
feudo , vt ibi , requirendo tamen ꝙ emphyteuſis ſit de
vera vniuerſitate & non de re particulari.Hanc partem
etiam videtur tenere do. Roch. in d. verbo,ipſe vel is a
quo.in 26.q. loquendo de locatione ad longum tēpus.
& per quam transfertur vtile dominium, vt ſ.diximus.
4 Sed aduerte ad vnum † ꝙ quamuis iuſp.tranſeat cū vni
uerſitate data ad emphyteuſim, vt ſ. eſt dictum : tamen
non poterit ædificari eccleſia ſuper fundo qui daretur
ad emphyteuſim , vt pulchre diximus ſ. in j. par. huius
5 li.in 2.q.prin.in 2.art.† & an dos conſtitui poſſit de bo-
nis emphyteuticis,diximus etiam in d.j.par.in 5.q.prin.
in 4.ar.& per iſta ſit expedita hæc.8.q.,prin.

EX omnibus ſupraſcriptis in hac . 8. q. prin. & qua-
tuor eius articulis collige concluſionem,iuſp.non
poſſe transferri in conductorem , ſeu arrendatorem ti-
tulo locati,vt dictum eſt ſ.in j.arti.¶ Amplia hanc con-
clu.procedere in tm̄, ꝙ ſi iuſp. ſeu præſentandi compe-
teret parrochianis , non præſentabit conductor domus
exiſtentis in parrochia,ſed verus dominus domus,vt di
ctū eſt ſ.in 3.art. ¶ Reſtringe hāc amplia.procedere,niſi
conſuetudo eſſet vel in limine creationis beneficij ſic
inſtitutum vt conductores & ſic habitātes in parrochia
præſentarent: quia tunc hoc ſeruādum eſſet vt dictum
eſt in d.3.artic.in verſ.ſubdit tamen vnum.Reſtringe ſe
cundò hanc ampli.procedere,niſi non competeret par
rochianis ius præſentandi,ſed ſola petitio rectoris:quia
illa competeret conductori domus in parrochia exiſtē
tis,vt dictum eſt in d.art.in verſi.tu aduerte.Ampli. 2. d.
conclu.intantum procedere,ꝙ etiam titulo emphyteu
tico in emphyteutam iuſp.de per ſe transferri non po-
teſt,vt dictum eſt ſ.in 4.art.poſt prin. Limita primò hāc
conclu.vt iuſp.transferri non poſſit tit.locati, procede-
re illo ſolo de per.ſe conſiderato , ſed cum vniuerſitate
locata bene poterit tranſire iuſp.vt dictum eſt ſ.in 2.ar-
tic.Reſtringe hanc limi.procedere,ſi vniuerſitas locare
tur ad magnum tempus , vel tali contractu , per quem
transferretur vtile dominium ſeu ſaltem vera poſſeſ-
ſio, ſecus ſi locatio eſſet ad modicum tempus, vel per
quam transferretur ſola detentatio:quia cum tali vni
uerſitate ſic locata non tranſiret iuſp. vt dictum eſt in d.
2.art.¶ Reſtringe hanc reſtri.procedere, vt non tranſeat
iuſ.& præſentatio vt ſ.in conductorem, ſecus ſi ex præ-
ſentatione competerent præſentanti aliqua tempora-
lia virtute conſtitutionis appoſitæ in fundatione vel ꝯ-
ſuetudinis: quia illo caſu tranſirent ipſa temporalia in
conductorem ēt ad modicum tempus, vt dictum eſt in
d.2.art. in verſ.& aduerte ad vnum.¶ Limita ſecundo d.
conclu. nō procedere in vniuerſitate ad emphyteuſim
ꝯceſſā,in qua eſſet iuſp. qa quamuis emphyteuſis dicat
locatio,tranſit tñ cum ea iuſp.vt dictum eſt ſ. in 4.artic.

¶Nona.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Iuſpatrona.de per ſe an poſſit obligari,vbi quòd non,etiam cum vniuer
ſitate.*

QVæro nonò principaliter : quia vidimus in pluri-
bus titulis onerosis,an & qualiter cum illis iuſpat.
1 tranſeat.† Reſtat quærere modò,an iuſp.de per ſe conſi
deratum poſſit in alium transferri tit.pignoris,& ſic,an
poſſit de per ſe pignori dari.¶ Iſtam.q.poſuit Bar. in l.ſi
is qui.§.iura.in verſ. ſed extra gl. de pigno. vbi generali-
ter quærit,an iura,puta iuriſdictiones , præeminentiæ ,
honores,ius percipiendi pedagia,iuſp.in eccleſia vel in
homine & ſimilia poſſint obligari vel pignori dari . &
reſpondet diſtinguendo , quædam eſſe iura,q̄ conſiſtūt
in hominibus,vt iuriſdictio quā habet dominus in va-
ſallum,& ius quod habet patronus in libertum & ſimi
lia,& hæc non poſſunt obligari niſi in caſu maxime ne
ceſſitatis,vt in l.j.C.de op.li.l.pro hr̄de.§.quid ſi tm̄.ſecū-
dū vnum intellectū gl.ff.de acq.hære. & ff. de fideicom:
li.l.is qui.& l.generaliter.& ff.de actio.emp.l.Titius, vbi
quis non cogitur eſſe libertus alterius . q̄dam verò ſunt
iura in re,& non in homine,vt iuſp.eccleſiæ, & ius pci-
piendi pedagia & ſimilia:& iſta ſi quidem ſunt talia , ex
qbus non pcipitur commodum aliquod pecuniariū,&
non poſſunt obligari, alleg. c.cū Bertoldus.& quod ibi
notar̄,de re iud.Si verò ex his commodum aliquod pci
pit̄,poſſunt obligari,vt in illa.l.ſi is qui.§.an vſufructus.
& ff.de pign.l.ſed an viæ.& l.grege.ff.de ſuperficiarijs, &
ſic vult ibi Bart.iuſpa.eccleſiæ pignori dari vel obligari
non poſſe.de alijs mēbris verò vide ibi apoſtillas Alex.
& aliorū:& hoc idē tenet Gay.allegando Bar. in repe.c.
ſi.de elect.li.6.poſt prin.40.col.& Firma.in tra. de epiſco
po.in 4.li.in 4.par.in 3.q.vbi dicit,iuſp.de per ſe pignori
dari non poſſe,ſed cū vniuerſitate ſic , de quo tn̄ in ſeq.
art.dicemus.Pau.de Cita.verò in hoc tra.in 9.par.in 6.q.
quærit,an ex generali obligatione oīum bonorum trā-
ſeat iuſp.& ſic in pignus in creditorem,& tenet ꝙ non,
loquendo ēt cum vniuerſitate.¶ Ego pro hoc cōſidero,
iuſp.potius cum vniuerſitate trāſferri, quàm de per ſe ,
immo titulo oneroſo cum vniuerſitate transfert, & de
per ſe non:vt vidimus in proximis præceden.q.& in ea
rum arti.per tex.in c.ex literis.& c.cum ſeculum.hoc ti.
ſed nos habemus iuſp.non tranſire etiam cum vniuerſi
tate temporali obligata ſeu pignorata. multo fortius
nec de per ſe conſideratum : & ita conclude & tene . &
hoc etiam videtur tenere do.Roch.in hoc tra.in verbo
ipſe vel is a quo.in 27.q.vt proxime dicetur.

¶Secundus arti.9.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Iuſpa.pignoratum etiam cum vniuerſitate, in qua illud erat non tran-
ſit in creditorem limita.nu.4.5.& 6.*
3 *Ratio quare iuſpatron. pignoratum cum vniuerſitate non tranſit in cre-
ditorem.*
3 *Creditor tenetur reſtituere omnes fructus, quos recepit ex pignore , &
ſi eos conſumpſit,tenetur ad illos,ſeu reſtitutionem eorum computa-
te in ſortem .*

1 ET ideo dubitatur ſecundo loco † an iuſpatrona-
natus tranſeat in creditorem cum vniuerſitate pi-
gnorata in qua illius eccleſia conſiſtit. Et in hoc non
eſt inſi-

eſt inſiſtendum, cum ſit tex. apertus in c. cum Bertol. de
re iu. de hoc ꝙ pignorata villa, vel aliàs vniuerſitate nõ
tranſit in creditorem iuſp. exiſtẽs in vniuerſitate, vnde
colligit ibi Abb. ſecundum verum intellectũ in j. no. ꝙ
licèt vniuerſitas tẽporalis, in qua eſt iuſp. poſſit pignori
tradi: vt ibi, & nimirum cũ & vẽdi poſſit. c. cum ſeculũ.
hoc ti. & in l. in modicis. iuncta gl. ff. de contrah. emp. &
locati, vt in c. ex literis. hoc ti. tamen iuſp. in ipſo contra
ctu pignoris cũ vniuerſitate non tranſit in creditorẽ, li-
cèt in proximis duobus ꝯctib. cũ vniuerſitate tranſeat
in emptorem & conductorem ad magnum tempus: vt
diximus in præced. q. prin. in 2. art. ¶ Sed aduerte, ꝙ Fir-
ma. in tra. de epiſcopo in 4. li. in 4. par. in 30. q. tenet iuſp.
tranſire cum vniuerſitate pignorata, & alleg. d. cap. cum
Bertoldus. de quo multum miror, cum ille tex. probet
2 oppoſitum: vt proxime diximus. ¶ † Sed tota difficultas
cõſiſtit in hoc, q̃ ſit ratio diuerſitatis, quare iuſpa. trãſeat
cum villa locata vel vẽdita & non cum villa pignorata:
& Inno. ibi. in j. col. aſſignat aliquas rõnes, talet: quia cũ
inter cæteros fructus iuſp. ſit præſentare, illum fructum
nõ poſſet creditor ſibi cõputare in ſortẽ cũ nullo dato
vel recepto debeat fieri præſentatio. ca. quã pie. j. q. 1. l. iiẽ
iuribus fundi non vtitur creditor. ff. de pig. l. ſed an viæ,
¶ Item ſequeretur abſurdũ: nã ſoluto debito remoue-
retur præſentatus. ff. quib. modis pig. vel hypo. ſol. l. j. C. ſi
pignus pignori datũ ſit. l. j. & 2. quod eſſet contra. 16. q.
vlti. c. inuentum. alios oĩno fructus computat in ſortẽ
poſtquam ſunt conſumpti. ff. de pig. acti. l. j. & 2. ff. de pi
gno. l. creditorem. ſecus autẽ eſt in emptore & feudata-
rio, qui cum habeat directum dominium, vel vtile, põt
præſentare, ſicut alios fructus licite habẽt. ff. de cõtrah.
emp. l. in modicis. & l. ſi aquæductus. & l. ſeq. & l. dolia.
ff. de fundo dot. l. j. hæc ſunt quæ dicit Inno. circa iſtam
diuerſitatis rationem. ¶ Glo. fi. in d. c. cum Bertoldus. q̃-
rit de hoc, & quaſi ponit oĩa ſupradicta, quæ poſuit In-
no. & aliqua magis clara, & aliqua magis obſcura, & ad-
dit: qa creditor peccaret vendendo pignus, vt. ff. de fur.
l. credi. aliàs incipit, ſi pignori. licèt. n. creditorũ ſibi ob-
ligatã poſſit locare: vt ff. de pigno. actio. l. creditor. tamẽ
fructus computabit ſibi in ſortem. c. cum ꝯ. de pigno. vt
in ea q̃ reuera eſt intricata. Et dicta Inno. & gl. ſequunẽ
ſummiſtæ omnes in hoc art. & ſumma directorij iuris,
hoc ti. §. 15. Bal. verò in d. c. cum Bertoldus. dicit veram
rationem eſſe: quia ille eſt talis fructus, ſed non poteſt
æſtimari, & ſic non poterit computari in ſortem, ut in-
fra late dicetur: ſed inquantum dicit Inno. vbi ſ. ꝙ credi
tor habens vniuerſitatem obligatam non põt pſenta-
re, quia ſoluto debito remoueretur præſentatus, qd eſ-
ſet valde abſurdũ, ſed emptor & feudatarius poſſunt p-
ſentare. reſpõdet cum Bal. in feudatario qa in eo eſt ea-
dem ratio: nã finito feudo remouet̃ patronus: vt ff. de
pig. l. vectigal. aliàs incipit, lex vectigali. & ideo dicit me
liorem eſſe rõnẽ, ꝙ creditor nõ põt ꝯſequi aliquod cõ-
modum lucratiuũ, ex quo eſt q̃dam quaſi vſura, conſe-
ſequi aliquid vltra ſortem, quod non põt poni in ſortẽ.
l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum petatur. hæc Bal. in c. cũ Ber
toldus. in pen. col. Sed certe. d. l. lex vectigali. non pro-
bat amoueri pſentatum, ſed ipſe feudatarius nõ ſoluẽ-
do, & creditor vt ibi. Do. Abb. vero ibidem ſuper gl. fin.
ponit primò vnam opi. quam in principio poſuit gl. va
let, ideo iuſp. non tranſiret in caſu. c. cũ Bertol. cũ re pi-
gnorata, & in c. ex literis. & in c. cum ſeculũ. ſic, quia in
illo ꝯctu pignoris exceptum fuit iuſp. aliàs. n. trãſiuiſſet
cũ vniuerſitate in creditorẽ, vt in d. c. ex literis. Et iſtã ſo.
damnat ibi Abb. tum qa diuinat ad text. tum ẽt quia ſi
hoc fuiſſet, nõ cadebat ibi quæſtio de poſſeſſione iuriſ-
pa. arg. c. 1. de verb. ſign. & l. ille. ff. de leg. 3. Secundò dõ.
Abb. ponit aliam ſolu. q̃ eſt communis gl. Inno. & alio
rum. ſed magis clare tex. illum. c. cum Bertol. procedere
in contractu pignoris, in quo non tranſit iuſp. in credi-
3 torem. & ratio eſt † quia creditor tenetur reſtituere oẽs
fructus, vel quaſi, quos cepit ex pignore, & ſi fructus cõ-
ſumpſit, tenetur illos, ſeu reſtitutionem eorum cõputa
re in ſortem, vt legitur & notat̃ in c. ad noſtram. de iure
iuran. & in d. l. j. & 2. C. de pign. actio. ſed ſi iuſp. tranſiret
in creditorem, non poſſet reſtitui quaſi fructus illius iu
ris, nec poſſet dari æſtimatio: qa eſt inæſtimabilis tãquã
res ſpiritualis vel annexa. c. de iure. hoc ti. & diximus ſu
pra in hac 2. par. in 5. q. prin in 8. artic. nam ſi creditor eli
geret & præſentaret, & præſentatus per eum inſtituere
tur, non poteſt poſtmodum remoueri: vt in c. conſulta
tionib. hoc ti. & c. querelam. de elec. & ſic cum iſte quaſi
fructus iuris eligendi non poſſet reſtitui, nec in debitũ
compenſari, meritò non debet hoc ius tranſire in credi
torem, ſecus tñ eſt, dicit ipſe, in penſione debita prono
occaſione iuriſp. quia illa tranſibit, cum poſſit reſtitui
& in debitum compenſari. ¶ Poſtmodũ do. Abb. decla-
rat gl. illam finalem, quæ videtur opponere contra pdi-
cta: vt dicit ipſe ſatis intrica. & impertinẽter. adeo ꝙ do.
An. dicit non hr̃e intellectũ, nec ſe ipſam forte intelle-
xiſſe, vbi dum dicit, argumentum cõtra oppo. ſed putat
Abb. hanc fuiſſe mentem gl. ꝙ non debemus ſemp ani
maduertere, vt fructus diminuant ſortem. Nã quãdoq;
poſſunt eſſe vtiles apud creditorem, ſicut ſeruitus qñq;
eſt inutilis apud eum qui ꝯſtituit, vt. l. cum fundo. ff. de
ſerui. ergo debet tranſire pari mõ iuſp. in creditorem,
licèt nullam habeat vtilitatem: quia nõ pſentabit. Vel
ſecundò poſſumus intelligere, ꝙ licèt pſentauerit, ex
hoc tñ non capit aliquam vtilitatem æſtimabilẽ. gl. ipſa
directe non ſoluit, ſed ſimpliciter dicit, iuſp. bene trãſi-
re cum vniuerſitate, niſi excipiat̃, & nõ apparet ex hoc,
qd velit: & forte voluit redire ad primã ſolu. ꝙ licèt in
d. c. cũ Bertol. tranſiuiſſet iuſp. niſi ſpecialiter fuiſſet ex-
ceptum, ſed tunc conſtat, quod dictũ fuit ſ. in 2. ſolu. &
etiam quia hoc eſt diuinare ad illum tex. ideo dicit ipſe
Abb. tene præceden. ſolu. quæ tenetur cõiter a doctori-
bus: & ꝯrium ſcdm eum dic non vrgere, nam præſenta
re eſt honor, & quaſi fructus iuris eligendi, vt nor. Inn.
in c. ex literis. de reſti. ſpol. ideo non debet trãſire in cre
ditorem ratione pdicta, quaſi velit dicere Abb. non dr̃
inutilis fructus quamuis inæſtimabilis: quia annexum
ſpiritualitati eſt inæſtimabile nõ ꝙ poſſit æſtimari, ſi eſ-
ſet res prophana: cũ honores ipſi & alia æſtimẽtur. hæc
Abb. ita ipſum declarando in d. c. cum Bertol. in fin. pe.
& in ſeq. col. de re iudica. ¶ Tu adde, ꝙ iſtam rationem
quam Abb. nominat ſecundam, & dicit cõiter a doc. te-
neri, tenet etiã Goff. & Hoſt. & idem Abb. clarius loquẽ
do. in d. c. ex literis. in gl. j, in fi. primæ col. & in prin. ſeq.
hoc ti. tenuit etiam Bal. in d. c. cum Bertoldus. in penul.
col. & ibidem Io. An. Car. Butri. & omnes, & ſumma di-
rectorij iuris, hoc ti. §. 15. & ſumma Ang. in verbo iupa.
§. 15. & Pauinus in tra. de ſed. vacan. in 2. par. in 5. q. in vl.
col. ſenſit etiam Inno. in d. c. ex literis. & ibi omnes doc.
in prin. hoc ti. & do. Fely. pulchre in d. c. cum Bertoldus
in fi. pe. col. & ſeq. dicens hanc eſſe optimam ſolu. ad d.
c. ex literis. vt non procedat, quando vniuerſitas bono-
rum tranſit in eum, qui habet reſtituere fructus, vel eos
computare in ſortem, prout eſt creditor pignoris, & ad
didit Roff. Beneuẽ. idẽ probantẽ in ſuis libellis canoni-
cis in hoc ti. in §. coram nobis. in ver. ſed tu opponis. ad
id ẽt quod conſuluit Pau. de Ca. in conſ. 57. venerabilis
vir. in j. dubio. in j. par. iuſpa. tranſire cum vniuerſitate ſi
per illum contractum trãſfertur dominium directũ &
vtile, ſeu vtile tñ, vel ſaltem ſola poſſeſſio & non tantũ
ſola detentatio, quaſi velit dicere: cum in creditorem
iſta non transferantur, ergo &c. de qua reg. diximus ſ.
in proxi. præce. q. prin. in 2. art. & iſta fuit prima ratio gl.
primæ in d. c. ex literis. quam ſequuntur ibi Goff. & Ho
ſti. relati ab Abb. & adducit etiam do. Feli. id quod dixit
Abb. in c. querimoniam. hoc ti. iuſp. non poſſe cedi cre-
ditoribus etiam non habentib. aliquid in bonis, immo
nec adiudicari per iudicem: vt diximus ſ. in proxima
5. q. prin. in 7. ar. adducit ẽt Feli. alia quæ veniunt exami
nanda infra in ſeq. arti. & quæſtionibus: vt ibi per eum.
Tu adde etiam quod voluit Butri. & Card. in d. ca. cum
Bertol. quos refert & ſequitur Gay. in d. rep. c. fi. de ele.
li. 6. & in 40. col. in tantũ prædicta procedere, ꝙ creditor
pſentare non poteſt etiam nomine debitoris. ¶ Cõclu-
de

de ergo ex ſupradictis oībus, iuſpa. non tranſire cū vniuerſitate temporalium pignorata, ſicut cum vendita in feudum, vel ad emphyteuſim conceſſa, ſeu ad longū tēpus locata. & hoc eſt quo creditor habet fructus reſtituere, vel in ſortem cōputare, ſupraſcripti verò nō, ſed fructus iuriſp. non capiunt æſtimationem, & ideo reſtitui, nec in ſortē cōputari poſſunt, proptera non tranſit iuſp. in creditorē. ¶ †

4 Et ex iſta rōne dico hanc conclu. non procedere, qn̄ eſſet talis creditor, qui lucrareť fructus, & non haberet illos reſtituere, nec in ſortem computare iuxta. c. ſalubriter. de vſur. quia in virū bene trāſiret iuſp. & p̄ſentandi cum vniuerſitate ſibi in pignus ꝓ dotibus ſecundùm ea q̄ nouiter conſidero infra in hac ſecunda par. in proxima ſeq. q. prin. in 2. artic. in fi. in verſi. cōſidero. 11. & vltimò &c. vbi melius cadit quàm hic. ¶ Reperi poſtmodum do. Pau. in hoc tra. in 9. par. in 6. q. tractantem hunc articulum & cōcludentem, in quacunq; generali obligatione iuſp. non tranſire rōne fructuum reſtituendorum, vel in ſorte computandorū. Et idem reperi concludere do. Roch. ſimiliter in hoc tra. in verbo ipſe vel is a quo. in 27. qō. pro qua etiam adducit Ioan. de Imo. & Abb. in c. fi. de conceſſio. præben. & ponit rationes de quibus ſ. & concludit rationem quia fructus non poſſunt reſtitui nec æſtimari, dicit eſſe cōmunem, & illā ipſe ſequiť, & in fi. ſubdit. aliqualiter p̄dlctæ cōclu. repugnare, quod dicit Rom. in ſing. ſuo inci: q̄ritur a me. char. 15. col. 4. allegan. tex. in l. eleganter. §. fi. ff. de pig. actio. vbi ꝯcludit, creditorē in caſtro ſibi pignori dato poſſe iuriſdictionem exercere, ſed ſi tecle ꝑpenditur, ex p̄dictis patere reſolu. ſ. ibi eſſe cōmodum tēporale recipiēs æſtimationem, quod nō eſt in caſu noſtro.

5 ¶ † Et ideo declara prędictam conclu. nam licèt ſit vera quantum ad fructus prædictos; tn̄ ſi patrono debebitur aliquid temporale annuatim, vel aliter a presbytero ex aliqua ꝯſuetudine vel ſtatuto appoſito in limine fundationis, illud tranſibit in creditorē, vel vt reſtituat, vel vt in ſortem cōputet: vt eſt tex. apertus in d. c. cum Bertoldus. & ibi hoc volunt omnes, & maxime Bal. in pe. col. quid intelligit illud grauamen eſſe impoſitum in limine fundationis cum ꝯſenſu epi, poſt gl. ibi apertam in verbo iure. facit illud quod dixit Pau. de Ca. in d. conſ. 57. venerabilis vit. in j. dubio. de quo diximus ſ. in proxima ſeq. q. prin. in 2. arti. in verſi. & aduerte. hoc idem infert ex ſupraſcripta ratione Abb. in d. c. cum Bertoldus. in col. pe. †

6 ꝙ ſi ratione iuriſp. aliqua penſio deberet patrono, illa tranſiret cum vniuerſitate pignorata in creditorem, eo quia poſſet reſtitui, vel in debitum cōpenſari. Sequitur do. Roc. in d. 27. q. ante fin. & pro hoc facit quod voluit Bar. in l. ſi is qui. §. iuta. in ver. ſed extra gl. ff. de pigno. quem retulimus ſ. in proximo præceden. art. vbi concludit, iuſp. eccleſiæ non poſſe obligari, ſi ex eo nō percipitur commodum aliquod pecuniariū, ſecus ſi aliquod cōmodum percipi poſſit: quia tunc bene poterit obligari, vt ibi diximus. Sequitur Pau. de Cita. in d. 9. parte in 6. q. Et per hæc omnia ſunt clara.

¶ Tertius arti. 9. q. prin. ij. partis j. Libri.

1 *Iuſpatro. an tranſeat ad illum penes, quem eſt factum ſequeſtrum, ita vt ille poſſit præſentare, vbi quod ſic, & nu. 3. & eſt communis opinio nu. 5. 6. 7.*

2 *Iuſpa. non poteſt ſequeſtrari.*

4 *Iuſp. poteſt tranſire in ſequeſtrum de per ſe & cum vniuerſitate.*

1 CAdit hic tertio loco melius q̄ alibi, † an iuſp. trāſeat ad illum penes quem eſt factum ſequeſtrū. Ita vt ille poſſit p̄ſentare. Et dic iſtam. q. ponere Inno. & oēs in c. examinata. de iudi. vbi dicit Inno. ꝙ ſic: qa dēt pcipere fructus interim, & ſi nō fuerit poſſeſſor, qd dicit do. An. eſſe ſumme notandum: vt ex illo d. Inno. colligiť, penes eum eſſe poteſtatē exercendi penes quē eſt poteſtas fructus colligendi, licèt non ſit poſſeſſor, quod dictū dicit ampliare materiam. c. ꝯſultationibus. hoc tit. c. querelā. de elec. & c. cum eccleſia. & c. cum olim. de cauſa poſ. & ꝓprie. ¶ Hoſt. verò ibi tenet ꝯtrariam opin. dicit enim illū penes quem eſt ſequeſtrum non poſſe p̄ſentare; nā ex quo non pcipit fructus, tanquam pars non poterit præſentare, vnde illud quod dr̄, poſſeſſorem vel fructus colligentem præſentare, limitatur eſſe verum, qn̄ poſſidet, vel fructus colligit nomine proprio & non alieno; & adducit pro hoc id quod dr̄, creditorem habentem vniuerſitatem in pignus, in qua eſt iuſpa. non præſentare: quia fructus colligit nomine alieno. ca. cum Bertol. de re iudi. & diximus in proximo præceden. art. ¶ Superuenit Ioan. de Ligna. in d. c. examinata. & tenuit opi. Inno. per d. c. conſultationib. ¶ Do. Ant. verò ibidē licèt ſumme notauerit. D. Inn. tn̄ dixit credere dictum Hoſt. eſſe verum, & ſic tenuit partem ꝯtriam Inno. †

2 Do. Abb. aūt ibidem in fi. 5. col. poſtquam retulit prædicta, dixit putare non poſſe ſequeſtrari, nec illum qui primo poſſidebat, nec cū q nūc poſſidet poſſe valide præſentare: quoniam ad hoc fit ſequeſtrum, ne fructus diſſipenť, vt poſſint reſtitui obtinenti in cauſa victoriæ: vt in ca. j. de ſequeſtratione poſ. & fructuū, ſed ſi ille, penes quē eſt ſequeſtrum, p̄ſentaret, diſſiparētur fructus iuriſp. nec poſſent reſtitui vincenti, quod eſt cōtra fi. ſeque. nec iſte q primò poſſidebat, & nunc poſſidet qn̄ ſequeſtrum fuit neceſſarium pōt præſentare, cum non poſſit colligere fructus, ad hoc. n. fuit factum ſequeſtrum, ne poſſit ab aliquo ius exerceri, & ſic habes caſum, dicit ipſe, quo aliqs eſt poſſeſſor, & tn̄ non pōt præſentare, quinimmo & ſi ſequeſtrum factum non ſit, tn̄ pendente lite non pōt poſſeſſor valide præſentare quò ad hoc, vt admittatur eius præſentatio: quia ſi ſuccumberet in cā, non poſſet reſtituere fructus perceptos poſt litem conteſtatam, ꝯ. l. certum. C. de rei vend. Iſte eſt (ait ipſe) proprie caſus. c. ex literis. hoc tit. putat tn̄, ꝙ ſi lis non ſit finita infra quatuor menſes, ſi patroni ſunt laici, vel infra ſex menſes ſi ſunt clerici, nō debere p̄iudicare iuri epiſcopi quo minus poſſit poſtea prouidere. vt in c. 3. hoc tit. nam & iſti poſſident nomine ꝓprio, & valide nō p̄ſentant, ex quo habent ꝯſcientiam rei alienæ: quia ſunt malę fidei poſſeſſores, & ſic non poſſunt vti fructib. quo minus teneātur reſtituere: vt no. Inno. in c. fi. de in integ. reſt. & in ca. in literis. de reſti. ſpo. hæc Abb. vbi ſ. Acceſſit poſtremo do. And. Barb. qui poſtquā recitauit p̄dicta in 19. col. in 20. col. in verſ. tu pondera. dixit eſſe pōderandū: ꝙ ſi tenemus ſequeſtrū poſſidere, nulla erit dubitatio, quin poſſit p̄ſentare: quia cum p̄ſentare ſit fructus, & ſequeſtrantur fructus penes poſſeſſorē: vt in l. Titia. ff. de ſol. ergo poterit p̄ſentare: ſi verò tenerēmus, ipſum eſſe cuſtodē, adhuc vr̄ mihi, dicit ipſe, poſſe p̄ſentare, ex eo qa iſta p̄ſentatio tendit ad cōmodū ecclæ: vt in c. ne pro defectu. de elec. quo caſu attendeť iſte fauor, & præſentabit ſequeſter, arg. eius quod voluit gl. in c. ſtatutū. de p̄ben. li. 6. & do. in c. nos quidem. de teſta. vbi dicunt, tempus exequē. teſtamentum ad pias cauſas currere executori ignoranti: quia agitur de fauore piæ cauſæ, & nō de p̄iudicio executoris. Ita dicamus in propoſito nr̄o, ex quo agitur de fauore ecclæ poſſe ſequeſtrum præſentare. ¶ Nec ob. d. c. cum Bertol. quia ibi erat perſona habilis ad præſentandum. ſ. debitor qui præſentare poterat, ſed in caſu noſtro nullus eſt q poſſit p̄ſentare, nec iſtud p̄ſentare eſt diſſipare fructus quia præſentatus a ſequeſtro cenſebiť p̄ſentatus ab eo, qui poſtea obtinebit. nec d. ca. 3. hoc tit. alleg. per Abb. diſponit contrarium: quia dicit, ſi pp litem quæ eſt inter patronos cauſa differtur vltra quatuor menſes poſſe epiſcopum prouidere. Ita Parba. vbi ſ. Nouiſſime ſuperuenit do. Feli. non in d. c. examinata. de iudi. quia ibi, nec ipſe, nec do. Fran. Are. hanc q. tāgunt, nec Bal. ibi aliqd dicit cū non legat. d. c. ſed do. Feli. iſtam. q. ponit quaſi incidēter in d. c. cū Bertoldus. in vlt. col. vbi dicit iſtā. q. habuiſſe in facto, & cōmiſſam ſibi fuiſſe in rota, & ſuper ea de cōſenſu aliorū dominorum pronunciaſſe valere p̄ſentationem factā a ſequeſtro. ¶ Primò (dicit ipſe) pp auctoritatem Inno. vbi ſupra & Rotæ 4. de elec. in antiquis, ſed ſecundū cōpilationem quam Ego habeo, eſt Rotæ 324. quæ inci.

nota

nota glo.Inn.in tit.de elec.de ſequeſtra.in antiquis.¶Se
cũdò ob auctoritatẽ do.Card. & Pau.in cle.j.in fi.10.no.
de ſequeſtra. poſſeſſionis & fructuũ. dicentes ſequeſtrũ
poſſe præſentare cũ habeat adminiſtrationẽ & percipiat
fructus. Tertio per id quod dicit Io.An. in addi.Spec.in
rub.de ſequeſt.fruc.in fi.negari nõ poſſe ſequeſtrum ha
bere aliquẽ tit.ex quib. vides ſequeſtrum differre ab ha
bente pignus,qui nec tit.nec adminiſtrationem habet.
Quartò per id quod no.Egi.de Bellam.deci.10.ſi poſſeſ
ſor.ad fi.ibi, ne diutina vacatio patronũ, cui nota eſt lis
ſuper caſtro habentẽ ius pñtandi poſſe pendẽte lite præ
ſentare,cũ iſte ſit fructus,qui illa pẽdente ꝯſeruare non
põt.Quintò dicit ſe hoc pronunciaſſe, quia idem tenet
An.Sicu.ſ. Barb.in d.c.examinata.in 26.col.ſed ſecundũ
nouam impreſſionẽ eſt in 20.col. vt ſ. dixi in d. verſi.tu
pondera, motus ſolum, quia eſt fauor eccleſiæ, & quia
nõ præſentare eſſet diſſipare fructus ſequeſtri.cum non
poſſit reſtitui parti vincenti illa præſentatio quæ nunc
iam decurſa eſt,& videt ad tex.c.cum Bertoldus. vt ſup.
quæ verba dicit do.Feli.ſunt Io.de Imo.ibi. ſ.in d.c.exa-
minata.in 2.col.in verſ.& adde.vbi dicit ſorte opi. Inn.
poſſe ſuſtinen.Et ſubdit poſtmodum do.Feli.eſſe bene
verum,duos de Dominis Rote dubitaſſe propter tex.in
cle.j.in fi.prin.de ſequeſtratione poſſeſſionis & fructuũ,
vbi ſequeſter habet reſtituere fructus vincenti, & ſic ẽt
iſte poſſet expectare finem tẽporis dari a iure ad præſen
tandum , & ſi lis nõ eſſet tunc finita præſentare , ſed an-
tea nõ, & aliter faciendo , tollit vero patrono fructum
pro illa vice,qui ſorte voluiſſet alium in ſua eccleſia &
nõ præſentatũ a ſequeſtro. Sed tenẽdo auctoritates pal-
legatas (dicit do.Fel.a quibus non eſt recedẽdum) fuit
rñſum hoc non procedere,maxime in ſequeſtro benefi
cij,quia ſicut adminiſtrat ſacramenta,& ſicut etiam cõ-
fert beneficia,iuxta c.is cui.de elec.lib.6.Ita eligit,& pñ-
3 tat,vt per Car.in d.cle.j.hæc domi.Feli.vbi ſ.¶ † Ego cir-
ca hunc articulum pro par.& opi.Inn.ſ.ꝙ tranſeat in ſe
queſtrum iuſpa.Ita vt ſequeſter poſſit præſentare, vltra
ſ.allegata per do.Feli.adduco in terminis do.Pet.de An
cha.iſtam partem firmantẽ in d.cle.vnica.in j.colum. in
5.nota.de ſequeſtratione poſſeſſionis & fructuum. ſe-
queſtrum poſſe eligere & præſentare,ſi hoc habebat fa
cere ille qui rem ſequeſtratam, puta beneficium habe-
bat,vt in illo tex.qui habet colligere omnes fructus , tã
temporales,quàm ſpirituales,vt ibi.Secũdò pro iſta par
te adduco do.me.Corſe.in d.c.examinata. in 4.char.in
verſi.ſucceſſiue quærit hic do.Abb.vbi licèt dicat cõem
opi.eſſe ꝯ Inn.& Io de Ligna.ipſe tñ tenet pro Inn.quia
in iure illa eſt verior opinio.Et mouetur primò ponde
rando tex.in c. ꝯſultationib. hoc tit. vbi quaſi poſſeſſor
iuriſpa.poteſt præſentare , ſed iſte ſequeſter eſt in quaſi
poſſeſſione iuriſpa.ſequeſtrati,vt ꝯcludunt oẽs doct.ibi
ergo poteſt præſentare. ¶ Secundò alleg.tex.in d.clem.
4 vnica.de ſeque.poſ.& fruc.vbi tex.† dicit, ſequeſtrũ totã
& plenam curã habere illius beneficij ſequeſtrati , ſi er-
go tota & plena cura datur ſequeſtro, ergo nihil rema-
net penes ſequeſtrãtẽ,vel cũ cuius eſt ſequeſtrũ.ſi igitur
nihil remanet penes illum , & omnis cura eſt tranſlata
in ſequeſtrũ,& præſentare eſt cura,ergo poterit præſen-
tare,& per illum tex.do.me.tenet ibidem in præce.arti.
in eadẽ char.ſiue ſit ſequeſtrum volũtarium,ſiue neceſ
ſariũ, prout erat in d.cle. ſemper tranſire poſſeſſionẽ in
ſequeſtrum,ꝯ diſtin.cõem doctorum,an ſequeſtrum ſit
volũtarium,ſeu neceſſarium,de qua ibi. Tertiò pro iſta
parte mouetur,præſentatio eſt fructus,& omnes doc.di
cunt in c.ꝯſultationibus.& in c. quod autem. hoc tit.&
in d.c.cum Bertoldus.ſi ſequeſter percipit fructus,ergo
poteſt præſentare,& eos colligere.¶Nec obſt.dicit ipſe,
quod dicit Abb.iſtos fructus debere reſeruari,quia hoc
nõ habet locum,qñ periculum eſt in mora,tunc.n.non
debent reſeruari l.lex quæ tutores. ff. de admi.tuto. ſed
periculum eſt in mora,quia eccleſia vacat & non habet
rectorẽ,ergo poterit præſentare &c. Tu adde aliã ſolu.
nã licèt fructus a ſequeſtro ſeruari debeant,vt ſ.tñ ſi ſer
uando ſeruari non pñt, quia tempore conſumũtur ſeu
corrumpuntur,bene debent vendi,& preciũ ſeruari.ca
ſus eſt nota in l.is cui.§.qui ſeruandorum.ff. vt in poſſeſ
ſionem legatorũ.& in l.litibus.C. de agri. & cenſi.lib.11.
& in l.vltima.ff.de requiren.reis. facit l.tutor qui reper-
torium.ff.de admi.tuto.voluit etiam Pet. de Anch.in d.
clemen.vnica.in 2.col.in 6.nota.& vult ibidem Abb.in
ſuis glo.ante fi.in verſi.ſatis eſt habentem, de ſequeſtra.
poſſeſ.& fruc. vnde cum iſte fructus pñtationis tempo-
re conſumebatur,quia intra quatrimeſtre,vel ſemeſtre
erat faciẽda præſentatio, nõ poterat ſeruari,dr enim ne
ceſſitatis & ſeruari non poſſe,vt dicit Pau.de Ele.in ſua.
q.4.patronus.in pen.colum.ſtatim ante verſ.Iol.dico.de
bet ergo colligi,& vendi,& precium ſeruari,ideſt debet
bene exerceri actus præſentationis , & facere ſequi inſti-
tutionem,& tunc actus præſentationis, & inſtitutionis
ſecure ſeruabitur pro cautela vincentis.¶Nec ob.ẽt,qđ
dixerunt illi duo Domini de rota.vt retulimus ſ.poſt D.
Fel.iſtã præſentationẽ ſaltim fieri a ſequeſtro in fi. qua-
drimeſtris vel ſemeſtris, quia hoc poſtea poſſet eſſe no-
ciuum vincenti , nam ſi fiat præſentatio in fi. temporis
habet apponi edictũ,vt in c.ſi.de ele.li.6.poterit alter ꝯ-
parere & ſe opponere,& lis non decideretur infra illud
breue tempus,& ordinarius prouideret, vt in d.c.3.hoc
tit.vt dicetur late infra in 2.li.in 2.par.in j.q.prin. in eius
arti.per diſcurſum,vnde ſequeſter vti debet diligentia,
& ſtatim præſentare,& ſatis erit nomine vincentis id ſa
cere,& vincenti reſtituere actum præſentationis,& in-
ſtitutionis,quod nõ eſt in c.cũ Bertoldus. de re iudi.vbi
erat verus dñs,qui præſentare poterat.& iſta adde ad pdi
ctos doc.Modò ꝯſidero aliqua circa hæc dicta.Primò vt
ſ.diximus,Hoſtiẽ.tenere ꝯ Inno.& tñ totam, & Petrum
de Anch.vbi ſ.dicere Inno.& Hoſtien.tenere partem af
5 firmatiuam.¶ † Secundò ꝯſidero do.me.Corſe.vbi ſ.di-
xiſſe communem opinionem eſſe ꝯ Inno. & m̃ ſi bene
inſpiciamus, communis opi. eſt pro Inno. nam pro ea
eſt ipſe Inno.(cuius magna eſt auctoritas) Io.de Ligna.
do.Pau.de Caſt.D.Car.Pet.de Anc.Rota,Barba. & dom.
Fel.Et poſtremo hoc idem reperi tenentem do.Roc. in
hoc trac.in verbo vel is a quo.in 3 2.q.adducentem Ge-
mi.in c.nemo deinceps.in 3.col.in fi.verſi.an autem cõ-
mendatarius.de ele.lib.6.Et maxime pro hoc habemus
rotam bis pronunciaſſe. Primò tempore ſupraſcriptæ
deciſionis,& poſtmodum tempore domi.Felin. & hoc
etiam decidiſſe dom.me.Corſe.etiam totæ auditorem.
¶Pro ꝯria verò parte eſt Hoſtien.licet,vt in præced.con
ſil.dixi,aliqui allegent eum pro alia parte.Butr.& Abb.
vide mihi vr̃ potius eſſe communem opin.Inno.vt poſ
6 ſit præſentare ſequeſter quàm ꝯria Hoſtien. ¶ † Tertiò
conſidero,iuſpa.poſſe tranſire in ſequeſtrum (vt conſi-
derari poteſt) duplici via vel per ſeipſum , prout vr̃ lo-
qui tex. in d. c. examinata. vel cum aliqua vniuerſitate.
prout loquitur tex.in d.cle.vnica,vbi ſequeſtrabatur be
neficium.& ibi Pau.Car.& Pet.de Anch.notant, ꝙ ſi re-
ctor illius beneficii haberet eligere & præſentare, illud
explebit ſequeſter.Si modo ſequeſtratur ipſum iuſp.de
per ſe,nõ poſſum ꝯſiderare,qualiter ſequeſter illud poſ
ſideat,etiam ſi eſſet voluntarium ſequeſtrum,illa valet
poſſeſſione quæ ſit tanti effectus,ꝙ poſſidens poſſit præ
ſentare,& præſentatus non poſſit amoueri, de qua in c.
ꝯſultationibus ſ.alleg.per doc.hoc tit.quia poſſeſſio de
qua ibi,qñ loquitur de ipſo iurep.de per ſe eſt talis quæ
eſt acquiſita per alias præſentationes factas , vt volũt ibi
doc.& dicetur infra in 2.lib.in j.par.in 3.q.prin.in 10.ar-
ti.& ſeq.Hic autem nulla eſt facta præſentatio , ergo nõ
eſt de illis de quibus in d.c.ꝯſultationib. Niſi dicamus,
ꝙ ex quo in illud ſequeſtrum tranſiuit illa poſſeſſio iu-
riſp.quæ trãſit in ſequeſtrum, & iuriſp. non habet alios
fructus, niſi præſentationẽ qui ſit verus fructus impor-
tans & colligendus facta ſequeſtratione iuriſpa. ille ſe-
queſter habebit præſentare,ſi caſus acciderit,cũ ad hoc
videatur facta ſequeſtratio, ex quo non ſint alij fructus
colligẽdi.Si verò ex aliqua alia lite vertẽte ſup vniuerſi
tate,in qua eſt iuſp.ſequeſtrat̃ vniuerſitas,ſequeſter poſ
ſidet rõne ſequeſtri omnia illius vniuerſitatis,& in con
ſequentiam,

ſeqnentiam,& acceſſoriè iuſpatr. licèt aliàs in illo non
præſentauerit,& dicitur talis poſſeſſio,quæ inducit effe
ctum d.c.conſultationibus. licèt aliàs non præſentaue-
rit.prout vidimus in c.ex literis.hoc rit.vbi quamuis nō
appareat illum conductorē alias pręſentaſſe, tamen ex
quo poſſidebat alia ipſius villæ iura & bona dictum eſt
poſſidere iuſpa. & ita potuiſſe ibi habere effectum d.c.
conſultationibus. vt ſi etiam non conſtaret ad illū iuſ-
pa.non tranſiuiſſe,teneat ibi,præſentatione facta ab il-
lo poſſeſſore conductore villæ inſtitutione ſecuta, &
nota iſta,quia bene eſt ea conſiderare, ex quo ſeruient
ad infra dicenda in d.2.lib. in loco ſupra allegato, dum
tractabimus materiam d.ca.conſultationibus.¶ † Et ſic
7 conclude magis communem opi.eſſe,ſiue iuſp.ſeque-
ſtretur de per ſe, ſiue ſequeſtretur aliqua vniuerſitas,in
qua ſit iuſp.vacante eccleſia ſequeſter poterit præſenta
re,& ſic videtur in ipſum tranſiuiſſe iuſpa.Non dicetur
tamen præſentare nomine proprio,ſed nomine,& pro
parte vincentis.Et ita tene.

¶ Quartus art.9.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Depoſitarius non habet, neque proprietatem, neque poſſeſſionem.*
2 *Iuſpa.non tranſit in depoſitarium, nec de per ſe, nec cum vniuerſitate, niſi ſit factum depoſitum in vim ſequeſtri.*

EX dictis in præced. artic. Quartò quæri poteſt noui-
ter,an iuſpa.tranſeat in depoſitarium, ita vt ille poſ
ſit præſentare.Et ſimiliter hic articulus conſiderari po-
teſt dupliciter, aut quia iuſpat. de per ſe deponitur, aut
1 quia deponitur aliqua vniuerſitas in qua eſt † iuſp.& in
vtroq; caſu dicerē,ꝙ cū apud depoſitariū,nec ꝓprietas,
nec poſſeſſio trāſeat, vt eſt pulchet tex.in l.licet.ī §.j. &
fi.ff.depoſ. vbi dicit,rei depoſitatæ proprietatem,& poſ
2 ſeſſionem apud deponētem manere,† ergo nullo mo-
do poterit præſentare depoſitarius,niſi eſſet factum de-
poſitum in vim ſequeſtri, quia tunc ex quo ſequeſter
poſſidet,vt eſt text.in d.l.licet.in §.1.ex quo apud ſeque-
ſtrum factum eſt depoſitum,poterit præſentare,ſicut di
ximus in ſequeſtro in proximo præced.arti.Sed neſcio
videre,cur iuſpa. deponatur penes aliquem, niſi vt ille
ſaltim loco ſui præſentet, & conſidera, ꝙ hic eſt depo-
nens,qui præſentare poſſet, ſicut in caſu c. cum Bertol-
dus.de re iud.& ideo ceſſaret ratio,quę militat in ſeque
ſtro, vbi non eſt qui præſentet, & ideo permiſſa eſt ſibi
ſequeſtratio,vt diximus in præceden.arti. ergo non de-
beret admitti deponens.Et ſic concludo,iuſp. non tran
ſire in depoſitarium,niſi depoſitum fieret in vim ſeque
ſtri,& apud ſequeſtrum.

COllige ex dictis in hac 9.q.prin.& eius quatuor art.
concl.iuſp.non tranſire in illum qui non facit fru-
ctus ſuos,& habet fructus reſtituere,vel in ſortem com
putare. Ita colligitur ex dictis in omnibus ipſis articu.
¶ Amplia primò d.concl.intantum procedere,ꝙ ſi iuſ-
pa. de per ſe conſideratum non tranſit in vim pignoris
obligationis, vt diximus in j.articu. ¶ Amplia ſecundò
d.conclu.cum præceden.ampli.intantum procedere,ꝙ
nec iuſp. tranſit cum aliqua vniuerſitate pignorata, vel
obligata, ex quo fructus debitori ſunt reſtituendi, vel
in ſortem computandi, vt dictum eſt ſupra in 2.articu.
¶ Reſtringe primò hanc ampli.procedere, vt non tran
ſeat iuſpatrona.cum vniuerſitate pignorata ſeu obliga
ta, quando detinens pignus haberet reſtituere fructus
vt ſupra debitori, ſed ſi faceret fructus ſuos, vt vir facit
in vniuerſitate habita in dotem in pignus, quia lucra-
tur fructus propter onera matrimonij, quia in illū tran
ſiret iuſpa.vt dictum eſt ſupra in d.2.articu.in verſicu.ex
iſta ratione.¶ Reſtringe ſecundò hanc ampli. procede-
re,quò ad iuſpa.& præſentationem, vt non tranſeat in
creditorem cum pignore,ſed ſi ex conſuetudine vel ſta
tuto aliqua temporalia competerent patrono,bene il-
la tranſirent cum pignore in creditorem, vt dictum eſt
in d.2.art.verſus finem in verſicu.& ideo declara.¶ Am
plia tertiò d.conclu.intantum procedere, ꝙ nec in de-
poſitarium iuſpa. de per ſe conſideratum vel in vniuer
ſitate exiſtens cum depoſito tranſit, ſed remanet penes
deponentes,ex quo depoſitarius non facit fructus ſuos
& poteſt deponens præſentare,vt dictum eſt ſupra in 4.
& vltimo artic.¶ Reſtringe hanc ampli.niſi depoſitum
eſſet factum in vim ſequeſtri,& penes ſequeſtrum,quia
tunc iuſpatrona. tranſiret in depoſitarium, ſiue de per
ſe,ſiue cum vniuerſitate,ſicut tranſit & in ſequeſtrum,
vt dictum eſt in d.4.arti. Limita modò d.conclu.proce-
dere,niſi eſſemus in ſequeſtro, quia ſequeſter iuriſpa.ſi
ue de per ſe conſiderati, ſiue exiſtentis in vniuerſitate
poteſt præſentare, quamuis non faciat fructus ſuos, vt
diximus plenè ſupra in 3.arti.

¶ Decima quæſtio.principalis ij.partis j.Libri.

1 *Iuſpa.de per ſe conſideratum,an poſſit dari in dotem, & ſic transferatur in maritum,vbi quod non. & nu 3.*
2 *Titulus dotis reſpectu mulieris dicitur lucratiuus, reſpectu verò mariti dicitur oneroſus.*

QVæro decimò principaliter, quia ꝗ. eſt viſum, an
quomodo & qñ iuſpat.tranſeat multis tit.& re-
ſtat dubitare de aliquibus alijs modis,an per illos tranſ-
feratur iuſpar. ideo nunc quæritur de titulo dotis & ra-
1 tione matrimonij aliter forſan competentis.† Et ſic pri
mò in ſpecie,an iuſpa.de per ſe conſideratum poſſit da
2 ri in dotem,& ſic trāſferatur in maritum tit.dotis.¶ † Et
dic breuiter, ꝙ licèt titulus dotis dicatur lucratiuus re-
ſpectu mulieris,cui datur a patre,vel ab extráneo, quia
dr quædam donatio,vt dicit Bat.in l.cum pater. §. pater
filio.ff.de leg.2.tamen reſpectu viri,cui aſſignatur reſpe
ctu dotis,dicitur oneroſus & nō lucratiuus.vnde æqui-
paratur titu.pro emptore,vt vult Bar.in l.j.in j.no.ff.pro
dote l.ex promiſſione.ff.de actio.& oblig.ibi, quodam-
modo creditor,aut emptor.& idem vult Bart.in d.§.pa-
ter filiæ.& in l.maritus.§.duobus.in 3.q.ff.de lega.2.& in
l.marito.§.j.ff.ſolu.matri.& in l. auunculo. ff. de condi.
ob cauſ.& in l.ignoti. ff.de reuo. his quæ in frau.credit.
in quib.omnibus locis hoc Bart. concludit, vnde cum
iuſpa.non tranſeat in alium de per ſe conſideratum tit.
oneroſo,niſi cum vniuerſitate,vt dicunt doc. in c.ex li-
teris.in c.cum ſeculum.in c.quia clerici.& in c.de iure.
3 hoc tit.† ergo non dicemus trāſire cum dote,& ideo do
ctor.dubitant,an iuſp.tranſeat tit.dotis etiam cum vni-
uerſitate,vt in ſeq.art.quorum auctoritates ibi allegan-
dæ faciunt pro hac deciſione præſentis art.quia præſup
ponunt iuſpa.de per ſe conſideratum non transferri ti-
tu.dotis.Et ita tene in hoc ar.adhuc in ſpecie ab aliquo
non tacto. Et hoc idem videtur tenere Paul. de Cita.in
hoc tracta.in 9.parte in 7.quæſt.vt latius in ſequent.arti
cu. dicetur.

¶ Secundus art.10.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Iuſpa.an tranſeat cum dote in maritum, vbi quòd ſic.nu.12.*
2 *Duo ſimul non poſſunt inſtitui ad eandem eccleſiam in eodem titulo.*
3 *Iuſpa.tranſit cum vniuerſitate.*
4 *Maritus debet habere fructus rei dotalis propter onera matrimonii.*
5 *Verbum. omne,nihil excludit.*
6 *Bonorum nomen non ſolum eſt generale,ſed etiam vniuerſale.*
7 *Mulier maritata non poteſt præſentare.Et ratio quare non.*
8 *Conſuetudo tanti temporis,cuius initii &c. videlicet ꝙ maritus ratione villæ ſibi datæ in dotem in qua eſt eccleſia,iuſpa.cuius ſpectat ad vxorem,poſſit præſentare in ea.*
9 *Dos dicitur ius vniuerſale.*
10 *Iuſpa non tranſit cum ſola dote, niſi cum dote ſit data aliqua vniuerſitas,in qua conſiſtat iuſpa.*
11 *Mulieres communiter ſunt intolerabiles.*

1 ET ideo dubitatur ſecundo loco, † an iuſp.trāſeat in
maritū cū dote.Et antequā ad diſcuſſionē huius dr.
deueniā,premitto eſſe aduertendū in iſta 2.par. huius j.
lib.nos tractaſſe,qualiter iuſp.transferatē in aliū. Et ideo
forma-

formauimus hunc artic. an iuſpa. cum dote tranſeat in
maritum, poterit ēt dubitari in hac materia, ſi iuſp. tran
ſit cum dote, an poſſit præſentare vxor, & de hoc hic
nō quærimus, ſed eius locus erit infra in 2. lib. in 3. par.
cum tractabimus de multis perſonis de quib. ex ęquali
tate iuris dubitatur, an poſſint præſentare in 6. q. prin. in
3. arti. poterit ēt quæri ſi cum dote tranſit iuſpat. dato ꝙ
vxor ēt poſſit pręſentare, ſi vir præſentat vnū, vxor aliū,
quis præferatur in inſtitutione, & de hoc arti. ēt non eſt
hic tractandum, cum eius locus erit īfra in 2. li. in 3. par-
te dum tractabimus, qn̄ præſentatio fit in diſcordia, qs
pręferatur, in 6. q. prin. in 3. art. tractabimus igitur hic ſo
lum, an iuſpa. tranſeat cum dote in maritū. Et dic Paul.
de Eleaz. in quadam ſua q. incip. patronus eccleſię S. Ia-
cobi. 4. in ordine impreſſarum formaſſe hunc arti. valet
patronum eccleſiæ S. Iacobi vniuerſalem hęredem in-
ſtituiſſe. P. mulierem impuberem viripotentē, & extra-
neam, quæ nupſit Martino infra pupillarē ætatem, cui
legitime dedit omnia bona ſua in dotem. Poſtea vacan
te dicta eccl̄a mulier pręſentat ep̄o vnum in rectorem,
vir præſentat alterū. Quæritur, an neuter, an alter ex prę
2 ſentatis ſit inſtituendus, & quis, † quia duo ad eandem
eccl̄am in eod. tit. ſimul non pn̄t inſtitui, vnde neceſſe
eſt vnum inſtitui, alterū repelli. Et primo arguit præſen
tatum a P. vxor debere repelli rōne primæ ætatis. Secū-
dò rōne iuris nō habiti, quia extranea, ꝙ iuſpa. nō tran-
ſit ad extraneum hęredē. Tertiò rōne ipſius iuris, quod
nunquam fuit habitū, & ſi habitū in alium tranſlatū, vt
ibi per eum. Poſtea econtra arguit præſentatum a viro
fore repellendū. Demum diſtinguit, vt ibi late eſt vide-
re, & ſic vt vides tractat incidenter plures art. Ego in iſto
arti. tm̄ referā motiua, quæ fuerunt pro & ꝯ circa illum
arti. an illud iuſpa. cū dote tranſtulerit in virū, quia hæc
eſt materia huius art. reliqua referā alias in ſuis locis vt
ſ. eſt dictū, & ſic (vt dixi) Pau. argumentatur, ꝙ tranſiue-
rit cū dote in virum, & ſic illū poſſe pn̄tare, & mouetur
pro hac par. † Primò, certū eſt iuſp. poſſe trāsferri in aliū
3 cū vniuerſitate, ſi eſt talis ꝯctus per quē tranſmittit̄, vel
trāsferatur dn̄iuni directū, vt in venditione c. cū ſeculū.
hoc tit. vel dn̄ium vtile, vt in feudo, vel ī datione ad em
phyteuſim. 16. q. j. c. in ſacris. & in c. ex literis. hoc tit. ſecū
dū opi. aliquorū ibi, vel ſaltim trāsferatur poſſeſſio, vt
in locatione ad magnū tēpus d. c. ex literis. ſecundū aliū
intellectū, & diximus de oīb. iſtis in proxi. pręce. q. & ca
rū art. huius par. Hoc ſic ſtāte, clarū eſt ēt in caſu figura-
to per Pau. dādo in dotē oīa ſua bona, dediſſe hæredita-
tē patroni S. Iacobi, nā q dat oīa ſua bona, dat ēt ſpē fu-
turæ actionis. C. de dona. l. 3. & ēt ius ſuccedēdi, vt no. 17.
q. j. c. dotē. multo fortius dediſſe vr̄ ipſam ſucceſſionem
vel hęreditatē, & ideo tranſijt hæreditas in virum ſimul
ſicut vnus fundus. ff. ad Treb. l. ita tn̄. §. ſed & ſi quis. & ita
eſt ac ſi diceret do hęreditatē, & oīa alia. hæreditas aūt
eſt ius vniuerſale, ſub quo comprehendūtur oīa quę in
hæreditate inueniūtur, vt no. Inno. & Hoſt. in præalleg.
c. ex literis. nā dando hæreditatē dat ius vniuerſale non
res ſingulares. C. de dona. l. j. & ſic bene eſt ibi vniuerſi-
tas cui accedit iuſpa. ſi accedit ergo trāsfertur in virū, ſi
cut & alia dotalia, in datione aūt dotis tranſit dn̄ium in
maritū, non tm̄ vtile, ſed directū ſecundū quoſdā. C. de
rei vendi. l. doce ancillā. vbi de hoc, & de re iudi. c. pen.
in 28. q. 5. quod Deo vbi ēt de hoc, ergo tranſibit iuſp. in
maritū cum vniuerſitate hæreditatis, vt in caſu figurato
per Pau. Secundo mouetur, nā poſito, ꝙ nō tranſeat in
virum dn̄ium rerum dotalium, nō poterit negari, quin
4 ſaltim trāſeat vtile, † & ꝙ ipſe debeat habere fructus rei
dotalis propter onera matrimonij l. pro onerib. C. de iu
re dot. Sed pręſentare eſt fructus iuriſpa. & eſt induſtria-
lis, vt no. Inn. in c. conſultationibus. hoc tit. & vir habet
vtile dn̄ium vel ſaltim poſſeſſionē rerum dotalium, ex
quo fructus colligit, ergo ꝯcluditur iuſpa. trāſire in vi-
rum, & debere pręſentare. Tertiò mouet̄, nā poſito (di-
cit ipſe) ꝙ iuſpa. in caſu figurato per ſe nō eſſet datum
cū hęreditate, & ſic cum vniuerſitate, ſed eſſet datum de
per ſe ſingulariter, tm̄ & donari poteſt de per ſe ſecundū
Vincen. & Inno. dos aūt eſt tit. gratuitus, cum ibi nō in-
teruenіat precium, ergo tali tit. bene tranſit iuſp. etiam
ſpecialiter, & pro hac opi. dicit facere c. præterea. hoc ti.
& quod no. ibi Inno. & c. potuit. de locato. & idē dicunt
ſi prohibetur venditio in aliquo ꝯctu, vbi inhibetur do
natio, cum illa prohibitio velut odioſa ſit reſtringenda.
Quartò mouetur, nam ne dū iuſpa. tranſit cum vniuer-
ſitate, ſed etiam vr̄ tranſire cum ſigno generali, vnde vē
ditioni maioris partis accedit, ſicut locus ſacer vel reli-
gioſus. Sufficit enim ꝙ ipſius iuriſpat. non fiat ſpecialis
traditio, ſed alteri annectitur l. in modicis ff. de ꝯhenda
emptio. cum concor. Cū igitur in caſu per eum propoſi
to fuerit ne dum ſignum generale, ſed etiam vniuerſa-
5 le, dando omnia, † per quod verbum nihil excludit, c. ſo
litę. de maiori. & obedien. c. ſi Romanorum 19. diſt. c. vt
circa. vbi de hoc, de electio. lib. 6. Et ideo veniunt actio-
nes, petitiones & pſecutiones l. bonorū. ff. de ver. ſig. &
6 de hoc in l. principis. eo. tit. † hoc enim nomen bonorū
non ſolū eſt generale, ſed etiā vniuerſale, ſicut & hęredi
tas d. l. bonorū. demonſtrat. n. vniuerſitatē quandam, ſi-
cut ius ſuccedendi nō ſingulas res, vt ibi, ergo tranſibit
7 iuſpa. in maritū. ¶ † Quintò mouetur, nā mulier de p ſe
præſentare non pōt, cū ſit ſubiecta viro tāquā capiti, &
eſt ſub eius poteſtate, & non habet velle, nec nolle, nec
habet poteſtatem loquendi coram ep̄i ſine viro, vt late
omnia iſta probantur ſ. in hoc j. lib. in 1. par. in 7. q. prin.
in 2. arti. vbi tractatur, an mulier acquirat iuſpat. Cū igi-
tur illa per ſe præſentare non poſſit, ſequitur ꝙ ſiue cū
vniuerſitate tranſeat, ſiue non, omnino tranſibit in vi-
rum, vt ipſe præſentet in defectū vxoris, quæ præſenta-
re non pōt, vt ſ. Iſta ſunt quæ adduxit dom. Pau. pro iſta
parte, ꝙ tranſit iuſp. in virum cum dote, & vir poſſit pręſ
ſentare. ¶ Pro ꝯria verò parte ꝙ non tranſeat cum dote
in maritum iuſpa. mouetur ipſe Pau. in d. quęſt. alijs me
dijs. ¶ Et primò, nam res hæreditariæ dicti patroni San-
cti Iacobi non cēſentur eodē iure cum alijs rebus eiuſ-
dem vxoris, ex quo nō ſunt admixtæ alijs, nam rōne ad-
mixti ſumitur natura alterius, & aliquid prohibetur &
conceditur 4. diſt. c. denique. de pęniten. diſt. j. c. cor epi-
ſcopi. de capel. monach. c. ſententia. ff. de rei vend. l. quæ
religioſis. de præben. c. cum eccleſia lib. 6. & melius in c.
vnico. §. vltimo. hoc tit. eo. lib. cum concor. vnde dando
oīa bona, generalitas reſoluitur ī ſuas ſingularitates, &
perinde eſt ac ſi dicat, do hoc, & illud. ſecundū ꝙ no. Ho
ſtien. in præalle. c. ex literis. facit ēt quod no. de reſti. ſpo.
c. cum ad ſedem. vbi dr̄, non audiri petens omnia bona,
niſi exprimat ea, ſed tali modo iuſpa. non poſſet dari. ſ.
ſingulariter, bona autem hęreditatis non manēt penes
ipſum vt vniuerſitas, ſed vt res ſingularis, ideo non ſuffi
cit ꝙ tranſeat cum vniuerſitate rerū, niſi cū tit. vniuerſa
li, vt in l. quędam. ff. de acq. rer. dom. nā ibi prohibet per
legatum, quia tit. eſt ſingularis, & vbicunq; rei alienari
prohibitę ꝯceditur alienatio, video tn̄ ꝙ per hæreditatē
& ſucceſſionem fit. ff. de fundo dota. l. j. ff. de leg. 2. l. peto.
ergo &c. Cum ſimili vel cū tali re, quæ ēt ſine expreſſio-
ne vniuerſitatē contineat, vt villa, vel caſtrum, ſicut no.
Inno. in pręalle. c. ex literis. nā ibi tenet ꝯctus in præiu-
dicium vendentis, ſicut tenet venditio rei alienæ, non
tn̄ transfertur dominium rei ſacræ, nec etiam poteſt fie
ri traditio, vel dic quod refert, an impediatur ꝯctus, vel
traditio, ſeu poſſeſſio, aut vſucapio, quia in primo caſu
nullo modo trāſit dominium, in ſecundo ſic, in tertio
tur quaſi poſſeſſio præſentandi, vbi etiam allegat conſi
lium Romani, & tenet ꝯ dictū conſilium, & ſic ꝙ per
exercitium alterius actus acquiratur quaſi poſſeſſio p̄-
ſentationis, quod dicit eſſe contra Romanum, qui pro
hoc allegat plures do. & p̄ſertim Fede. de Senis in conſ.
ſuo 224. ſuper primo puncto. in penul. col. in fi. & tandē
dicit prædictos do. & maximè Fede. in præallega. conſi.
ꝙ vbi appareret alium p̄ſentaſſe, & ſic eſſe in quaſi poſ-
ſeſſione illius actus non procederet p̄dicta deciſio. & ra
tio eſt: quia tūc ceſſat p̄ſumptio, quæ oriebatur in fauo
rem illius q eſt in quaſi poſſeſſione aliorum actuū, vel
alterius actus q̄ p̄ſentationis. ¶ Ex hoc dicto dico Ro-
ma. bene loquutū, vt frater ſenior, ſeu ſenior de domo
qui nunquam p̄ſentarunt ſoli in alijs eccleſijs patrona
tus hr̄ditaris paternæ iuxta conſilium Roma. vel pateri-
telæ iuxta titulum. q. do. Roch. non poterunt acquire-
re quaſi poſſeſſionem priuatiuā reſpectu aliorum iuris
p̄ſentandi, nec p̄ſcribere ipſum ius in alijs eccleſijs, q̄
in illis in quibus p̄dicta acquiſiuerūt. ¶ Et inſuper quæ-
ſtio Roch. 15. loquitur in eadem eccla, conſilium verò
Rom. & articulus noſter in diuerſis eccleſijs & diuerſis
iuribus pa. ¶ Et ſi diceres, nonne deciſio dictæ 15. q. do.
Roch. quòd per exercitium alterius actus quàm p̄ſenta
tionis acquiratur quaſi poſſeſſio præſentandi, eſt cōtra
deducta per Roma. in d. conſi. volentia p̄ſcriptionem
nō extendi de vno actu ad alium. Certe ſic, ſed nō habe
mus hoc nunc diſcutere: quia de illo articulo tractabi-
mus infra in 2. lib. in 1. par. in 3. q. priu. in 10. arti. cum di-
ſcutiemus materiam quaſi poſſeſſionis acquiſitæ iuris
p̄ſentandi, & ſic an quaſi poſſeſſio acquiſita in vno actu
.ſ. in fructu iuriſp. ſed extendat ad alium, & ille articu-
lus eſt differens a præſenti & proxime ſeq. quia ibi tra-
ctatur de acquiſitione ſolius quaſi poſſeſſionis quæ eſt
parui præiudicij, hic verò de præſcriptione totali, & ſi-
6 militer in ſeq. arti. quæ eſt maximi præiudicij. ¶† Ex cō
ſilio ergo Romani ſufficit concludere generaliter præ
ſcribentem iuſpa. commune plurium vni eccleſiæ vel
in pluribus eccleſijs, præter in vna, non intelligetur p̄-
ſcripſiſſe iuſp. ſimiliter commune inter eaſdem perſo-
nas in vna alia eccleſia remanen. quia illa præſcriptio
non extenditur, vt ſ. eſt dictum. multa alia ſimilia vltra
Roma. adduci poſſent, ſed omitto: quia eſſet magis la-
borioſum quàm ſubtile. Clarum eſt enim, præſcriptio
nem expeditam in vna re nōn extendi ad aliam.

¶Quartus artic. 11. q. prin. ij. partis j. Libri.

1 *Præſcripto vno fructu iuriſp. an & quando totum iuſp. dicitur præſcri-
ptum. nu. 2.*
3 *Epiſcopus probans ſe exercuiſſe ius baptizandi in aliquo loco intelli-
gitur probaſſe ſibi quæſitum ius conſecrandi.*

SEquitur quærere ſubſequenter & quartò, pone ꝙ
1 aliquis † præſcripſit vnum fructum iuriſp. vnius ec-
cleſiæ contra patronum, vel contra ipſam eccleſiam;
an cenſeatur præſcripſiſſe totum iuſpat. illius eccleſiæ,
adeo ꝙ probata præſcriptione vnius fructus iuriſp. in-
telligatur præſcriptum totum iuſpa. ¶ Iſtam qō. forma-
uit Archid. in c. vnico. hoc tit. lib. 6. vbi dicit ex iuribus
allegatis in proximo præceden. artic. probantem præ-
ſcripſiſſe ius præſentandi in vna eccleſia, ex tali præſcri
ptione non intelligitur probaſſe ſe habere integrum
2 iuſp. † quia præſcriptio eſt ſtricti iuris, & non extendi-
tur ad alia ſub ipſo iurep. incluſa, & ſic ad alios hono-
res, vtilitates, & onera, vnde dicit, difficilimum eſſe pro
bare patronatum antiquum: quia per illius actus præ-
ſentandi exercitium ſolum probat poſſeſſio, ſeu quaſi
iuris p̄ſentandi, vt ibi per eum. ¶ Sed contrarium ſenſit
Ioan. An. in d. reg. quod alicui. de reg. iur. lib. 6. vbi vult
ꝙ pręſcripto vno fructu iuris pręſentandi ſeu tali p̄ſcri
ptione probata intelligitur probata p̄ſcriptio iuriſpat.
in totum. ¶ Et iſtud d. Io. An. dicit Abb. in d. c. 1. in 2. col.
in verſi. & hæc faciunt ad q. de reli. do. eſſe rectius dictū,
ex quo non conſtat iuſp. pertinere ad alium, præſumen
dum eſt pertinere ad illum, qui exercuit vnum fructū
tantum, competentem patrono, vt dicit probari in illo
tex. ſ. d. c. 1. & hoc eſſe bene notandum ſecundum eum.
¶ Roma. verò in d. conſil. 368. præſens conſultatio. in
penul. col. in verſi. 3. ad idem, notat Archid. dum conſu
leret ſuper caſu proximi præceden. arti. adducit pro de
ciſione illius dictum Archid. de quo ſupra quod dicit
eſſe verum, licèt Ioan. An. in dicta reg. quod alicui. ſen-
tiat contrarium. pro qua ſua deciſione adducit etiam
iſta quæ magis faciunt pro hoc dicto Archi. quàm pro
concluſione Romani. ¶ Et primò adducit Fed. de Senis
in d. conſi. 125. epiſcopum præſcribentem in aliquo
hoſpitali, quod non conſtat eſſe religioſum; facultatē
exercendi vnum actum epiſcopalem, non intelligitur
præſcripſiſſe exercitium aliorum iurium, de quo dicto
pulchrè per Abb. in d. c. 1. in 2. col. de relig. do. vbi opti-
mè reſpondet ad dictum ca. 1. qui forſan videretur ob-
ſtare, vt ibi per eum. vnde & eodem modo in caſu no-
ſtro, præſcripta perceptione vnius fructus iuriſpa. valet
ius præſentandi, non intelligitur pręſcripſiſſe alia iura
ſeu fructus. ¶ Quartò adducitur, quòd probatur ex glo.
nota in c. hodie de reg. iur. lib. 6. valet p̄latum pręſcribē-
tem in vno loco viſitationem, non debere intelligi p̄-
ſcripſiſſe procurationem in eodem loco, quamuis re-
gulariter ei annexa ſit &c. vt retulimus ſupra in p̄ximo
pręceden. arti. in verſi. quartò idem probatur. & faciunt
omnia ibi adducta. ¶ Et ſubdit ibi Roma. non refragari
p̄miſſis concluſionē Innoc. in c. dilectus. de capel. mo-
na. quam late declarat Bal. in l. fin. C. de ſerui. & aqua. &
Butri. in repetitio. c. fi. de cauſa poſſeſ. & propriè. uolen-
tis poſſeſſionem generalis iuriſdictionis cōſequenter
pręſcribi etiam per vnicū iuriſdictionis ſeu exercitiū
&c. nā illud eſt ex eo: quia iuriſdictio dicit vniuerſitatē,
& ipſa vna eſt, etiam ſi per plures modos exerceatur,
vnde vno modo exercitata inducit quaſi poſſeſſionem
iuriſdictionis vniuerſaliter, cū quis intendit acquirere
eā, argu. ff. de ſerui. ruſti. prędi. l. via eſt via. ff. ad Trebel.
l. reſtituta. ff. de acquiren. poſſeſ. l. 3. in prin. & etiā illud
verum eſt ſecundum Innoc. in d. cap. dilectus ſi nullus
alius erat in poſſeſſione iuriſdictionis generalis: ſi. n.
erat tunc, non niſi in illo actu exercitiū iuriſdictionis
quęritur, in quo iuriſdictio eſt exercitata, & hoc proba
tur optimè in l. quod meo. §. fin. ff. de acq. poſſeſ. nos aūt
loquimur in eo caſu, quo non quęritur de præſcriptio
ne alicuius vniuerſitatis, ſed de acquirēdo iure pręſen-
tandi particulariter, vt in particularibus eccleſijs, inter
3 quę longa eſt differentia. ¶† Nec ſimiliter p̄miſſis refra
gatur tex. in c. j. de relig. do. vbi videtur notabiliter pro-
bari, eo ipſo ꝙ epiſcopus aliquo in loco p̄bat ſe exer-
cuiſſe ius baptizandi, intelligitur probaſſe ſibi q̄ſitū ēt
fuiſſe ius ꝯſecrandi eccleſiā eodē in loco conſtructā, &
ſic vr̄ fieri extenſio acquiſitionis, ex preſcriptione pro-
ueniens de iure ad ius; quoniā hoc eſt ibi eo ſecundū
Inno. ibidē. & in d. c. dilectus. quia locus ille, de quo erat
contentio, erat in diœceſi ipſius epiſcopi, vel ſaltē non
conſtabat, ꝙ eſſet in diœceſi alterius, vnde conſequen-
ter exercendo iuriſdictionē in vno actu probatur retē-
tio & noua acquiſitio in quocunq; actu iuriſdictionis:
vt in l. ſi ſtillicidium. §. fi. ff. quemadmo. ſerui. amit. nos
aūt loquimur eo in caſu, quo conſtat iure cōi inſpecto
nulli alteri omnes fructus iuriſp. pertinere, niſi p̄ono,
& illum eſſe patronum, qui eccleſiā fundauit, ꝯſtruxit,
vel dotauit, ſecundum no. per gl. in c. pięmentis. 16. q.
7. &

q.7.& per do.in hac rub.vnde meritò conſequens eſt,vt non extendatur præſcriptio,cum ipſe p̄ſcribens iuſpa. non habeat in illa eccleſia,niſi eius fructus, ſicut habet epiſcopus in caſu d.c.j.vt ſ.diximus.¶ Hæc ſunt quæ dicit Roma.in d.conſi.non ad iſtud propoſitum principaliter,ſed ad propoſitum præceden.arti.¶ Tu conſidera ſol.datam per Roma.ad conclu.Innoc. in d. c. dilectus, quod ibi loquitur de iuriſdictione vniuerſali hic de particulari,non eſt bona per reg. l. quæ de toto.ff.de rei vendi.& c.paſtoralis.§. idem cum totum. de offi. deleg. per arg.de toto ad partem,cum igitur iſta extenſio fit in pręſcriptione generalis iuriſdictionis de vno exercitio ad aliud,cur etiam idem fieri non debeat de vno exercitio ad aliud in particulari iuriſdictione, præſertim ꝙ ſecundùm Roma.ibi ſi eſſemus in p̄ſcribendo iuſp.ſup omnib. eccleſijs alicuius diœceſ. procederet p̄ſcriptio, ſed ſi in iurep.vnius eccleſiæ non, quod certe eſſet maximum abſurdum.¶ Vnde Ego concluderem,ꝙ aut p̄ſcribitur iuſp. illius eccleſiæ, quæ habet patronū,& tūc p̄ſcripto vno fructu,puta p̄ſentationis, vel alterius honoris,vtilitatis,vel oneris,non intelligentur p̄ſcripti alij fructus p̄dictorum,quibus præſcribens vſus nō eſt. Et ita intelligerem fuiſſe loquutum Archid.in d. c. 1.licèt re vera ſimpliciter loquatur,& ita etiam loquitur,ſi bene aduertatur, Roma. in d.conſil.& omnia ſimilia p eum adducta,& ita etiam poſſet intelligi do.Card. in d. cle. 2. in 3. q. de præben.relatus per Pau.de Cita. in hoc tra.in ſexta parte in vltimis verbis 17.q.quòd iuſpa. poteſt abeſſe a iure preſentandi,& econtra,ſcilicet quādo præſcribitur vnus fructus, puta præſentationis, & non reliqui,vel donatur,ſeu legatur præſentatio,retento iurep.in reliquis,de quo vltimo diximus ſupra in 6. qō. prin.huius partis in 4.arti.¶ Aut verò pręſcribitur iuſp. illius eccleſiæ,quæ nullum habet patronum retenta illa opinione,quòd iuſp.præſcribi poſſit in eccleſia libera,de qua diximus ſupra in decima q. princ. j. partis in 5.art.ſaltim ex præſumptione, quòd ipſe fundauerit vt ibi,& tunc ex quo nullus eſt,qui poſſideat illud iuſpat. in illa eccleſia,niſi qui præſentabat,intelligetur præſcripſiſſe totum iuſp.& ita procedat opinio Io.And. prout hoc ad literam vult.Abb.in d.c.1.de capel.mona.Ita intelligendo Ioan.And.vt ſupra retuli.Et ita etiam procedat concluſio Innoc.in d.c.dilectus. vt loquatur , quando nullus erat in illa iuriſdictione: & ita etiam procedit tex.in d.c.primo:quia ibi nullus erat alius in illa diœceſ.quàm ipſe epiſcopus,vnde præſumebatur ibi de iure diœceſani. Ita & in caſu noſtro ex quo nullus apparet alter patronus ille,qui longiſſimo tempore,ſcilicet tāti temporis &c.Cum illis a quibus cauſam habuit p̄ſentauit,præſumentur patroni quò ad omnia.Et iſtum caſum intelligerem, quando fuiſſet præſcriptum ius præſentandi, quòd intelligantur præſcripti alij fructus iuriſp.Sed ſi aliquis præſcripſiſſet alium de fructibus iuriſp.puta vtilitatem, vel onus &c. & non fructum præſentandi,non intelligerem,ꝙ noſtra concluſio conuerteretur,valet ꝙ intelligeretur pręſcripſiſſe ēt ius p̄ſentādi:quia ex quo ſemel prouidebatur illi eccleſię tanquā liberę,non fieret talis extenſio,maximè cum ſit,qui poſſideat,ſeu quaſi ius prouidēdi ipſi eccleſię,ſcilicet diœceſanus,vnde iſto reſpectu in iſto fructu eſt dicendū, qđ diximus in primo mēbro,quando pręſcribitur iuſpat. quod habet patronus,vt ſolum ille fructus tranſeat in p̄ſcribentem quē p̄ſcripſit. ¶ Sed aduertendū eſt circa ſecundum membrū huius meę diſtinctionis: quia figuratum eſt,quando pręſcriberetur iuſp. in eccleſia libera,quod quidem eſt extra terminos art.noſtri, nam art. noſter loquitur quando pręſcribitur iuſpat.alterius,& ſic non in eccleſia libera , vnde poterimus facere tertiū membrum,quādo eccleſia erat verè patronata , & p̄ſoni non vtebantur ipſo iurepa. quia non pręſentabant, nec alijs fructibus vtebantur, & tunc p̄ſcribens vnū ex dictis fructib. videretur pręſcripſiſſe omnes. Et hoc mēbrum probatur p illas auctoritates, per quas probať ſecundum membrum,cū loquātur, an vel non appareat pręſentans,vt ſi appareat pręſcripto vno fructu nō intelligatur pręſcriptus alius,ſi verò non appareat pręſentans, tunc pręſcripto vno fructu intelligantur p̄ſcripti alij,& ſic pręſupponunt eccleſiam p̄ronatam, & nō apparere p̄ſentantem. ¶ Et pręditta omnia videtur ſentire & ſequi do.Roch.vt cum nouiſſime reperi in verbo ipſe vel is a quo.in vltimis verbis.remittēdo ſe ad dicta p eum in verbo cōpetens alicui,in 15.q.vbi re vera non loquitur de p̄ſcriptione vnius fructus, ſed de quaſi poſſeſſione acquiſita in vno fructu,an ſe extendat ad alios: vt ſimiliter declarauimus in pręceden.arti. de qua dicemus infra in 2.lib.in j.parte,in 3.q.prin.in 20.arti.

¶ Quintus artic. 11.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Quantum tempus requiratur in præſcriptione iuriſp.*
2 *In præſcriptione iuriſp.requiruntur plures præſentationes.*
3 *Præſcribens iuſp.debet eſſe in bona fide.*
4 *Bona fides requiritur in acquirenda quaſi poſſeſſione iuriſp. cum ſcientia & patientia domini.*

1 CONtingit quinto loco dubitari † in præſcriptione iuriſp.eccleſiæ,quæ fit per vnum laicū contra aliū quantum tempus requiratur . Iſtum artic. non inueni in ſpecie tactum ſed Goſ.in quæſtionibus ſuis q.18.Io. And.& Domi.in c.vnico.hoc ti.in fi. incidenter videntur eam decidere,nam cum ibi quærunt,ſi iuſpa.in aliqua eccleſia eſt commune laico, & alicui alteri eccleſiæ, infra quantum tempus præſcribitur, ſi infra tempus quadraginta annorum quod requiritur in præſcriptione rerum eccleſiæ.16.q.3.§.poteſt.verſic.quas actiones.& in c.neque eadem cauſa q.4.& c.de quarta.de pręſcrip.& in aucten.quas actiones.C.de ſac.ſan.eccle.cum ſimi.an verò decem vel viginti annorum, quæ præſcriptio currit contra laicum.C. de præſcrip. longi temporis,per totum.& d.§.poteſt. 16.q. 3.& ibi præſupponunt præfati doct.quòd quando vnus laicus præſcribit iuſpa. quod habebat alter laicus contra illum , ſufficiet præſcriptio decem vel viginti annorum ex quo tale ius cadit in laicum,& eſt præſcriptibile per laicum: vt in art. præceden.& contra laicum currit præſcriptio prędicta, decem valet annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes,dicto §.poteſt.& dicto titulo de præſcrip. longi temporis.cum igitur ibi do.dubitent propter mixturam & cōmunionem quā habet laicus cum loco pio, an requiratur quadrag.præſcriptio,meritò videntur eſſe certi,ꝙ quando præſcribitur iuſp.contra merum laicum,requiratur tēpus , quod requiritur in præſcriptione,quæ fit contra laicum.ſ.decem annorum inter p̄ſentes,& viginti inter abſentes. ¶ Ego multum dubito de hoc non.n. negari poteſt,quin iuſpat.ſit annexum ſpiritualitati,c.de iure.hoc tit.c.quanto.de iudi.vnde in illo cōmittitur ſimonia:vt in d.c.de iure. & c.querelā. de ſimo. vnde etiam dicitur quaſi res ſacra : quia connexorum idem eſt iudicium,c.tranſlato.de conſtit.cum vulga.& licèt poſſideatur a laicis , in hoc tantum præiudicatur naturæ rerum ſpiritualium ex gratia.c. 3. hoc tit. in reliquis tractatur vt res ſpiritualis.d.c.de iure.d.c.querelam.& d.c.quanto.& ꝙ res ſpirituales tanto paruo tēpore præſcribantur,videtur incongruum,arg.c.auditis. de præſcrip.& c.quanto.de conſuetu.& quàm maximè cum ſit ius incorporale & diſcontinuum , quòd tanto magis requiritur ſpacium 40. annorum . Et hanc partē videtur ſentire Pau.de Cita.in hoc tra.in 6.parte,in 3.artic.in 17.q.dum dicit iuſpat. ſeu præſentandi poſſe præſcribi,vt electio ex actu continuato per 40.annos,alleg. Fede.de Senis in conſi. 234.per gl.antepenul. in ca.cum eccleſia.de cauſa poſſeſ. & propric. & quàm maximè:
a † quia in huiuſmodi præſcriptione requiruntur plures p̄ſentationes ad hoc vt probari poſſit p̄ſcriptio : vt per Abb.in c.querelā.de elect. & in d. ca. cum eccleſia.quæ non poſſunt ita de facili ſpatio decem vel viginti annorum euenire,niſi quotidie interficeremus vnum rectorem.Et hanc partem etiam videtur tenere Roch.in hoc tract.

tra.in verbo ipſe vel is a quo.in 36.q. per diſcurſum. &
ita tenerem,quicquid incidenter dixerunt prædicti Io.
And.& Domi.quia reuera illud dixerunt cauſa declarā
3 di potentiam mixturæ & cōmunionis.¶†Et iſte pręſcri
bens debet eſſe in bona ſide:vt diximus ſ.in j. & 3. arti.
4 †quæ etiam requiritur in acquirenda quaſi poſſeſſio-
ne iuriſp.cum ſcientia & patientia domini contra quē
præſcribitur:vt late dicemus infra in 2.lib.in prima par
te in 3.q.prin.in decimo arti.Et quòd ſufficiat vnica pręſentatio
ſentatio inſtitutione ſequuta in tempore quadraginta
annorum,licèt vlterius non vacauerit, Ponit pulchre
Phi.Dec.in conſi.134.viſo puncto in 2.col.in ver.venio
ad ſecundum dubium.

¶Sextus arti.11.q.prin.2.partis j.Libri.

1 *Laico & eccleſia habentibus iuſp. in communi quanto tempore illud
præſcribatur, an ſpatio quo præſcribitur contra laicum, an ſpatio quo
præſcribitur contra eccleſiam.vide nu.3.*
2 *Maius dignum trahit ad ſe minus dignum.*

1 Hinc dubitatur ſextò † ſi laicus & eccleſia habent
iuſp.alicuius eccleſię in communi,quanto tempo
re iſtud iuſp. per aliquem præſcribatur ſpacio quo pręſcribitur
ſcribitur contra eccleſiam, an ſpacio quo præſcribitur
contra laicum? de quibus in proximo præceden. arti.
retenta opinio.Ioan.And. ꝙ minori tempore præſcri-
batur iuſp.contra laicum.¶Et Archid.in d.c. vnico per
illum text. in fi.hoc tit.videtur tenere,quòd requiratur
ſpacium quod requiritur in præſcriptione rei eccleſię,
2 & alleg.l.petendæ.C.de tempo.in integ.reſtit.pet.† & ēt
quia maius dignum trahit ad ſe minus dignum,c.quod
in dubijs.de conſe. eccle. vel alta. l. quæ religioſis. ff. de
rei vend.l. ſi alicui.ff.de ſol.l.qui ædes.ff.de vſuc.& 13.q.
2.c.non æſtimemus.& diximus late ſupra de hac mixtu
ra in prima q.prin.j.partis huius lib.in 6.art.¶ Sed Goff.
in quæſtionibus ſuis, quæſtio. 18. terminat idem per l.
ſi communem. ff. quemadmo. ſerui. amit. vnde dicit
etiam per dicta l. quòd ſi Titius velit pręſcribere iſtud
ius, quod habet commune cum eccleſiæ contra laicum
cum non poteſt præſcribere minori ſpacio quàm quo
præſcribitur contra eccleſiam, inducebat etiam l.ſi ſal
cidiam.§.fi.cum l.ſeq.ff. quemadmo.ſerui.amit.quia in
indiuiduis vno ex ſocijs retinente, retinet alter,vt ibi,
iuſp.eſt tale,c.j.hoc tit.ergo &c. Item in talibus victoria
vnius prodeſt alijs,de appel.c.penul.cum concor.Item
per illam communionem quam habet cum eccleſia
inducitur:quòd per ſe induci non poterat,ca. penul de
conceſ.præben.¶In contrarium idem Goffre. adducit,
ꝙ tale ius cadit in laicum,& eſt p̄ſcriptibile.c.cura. hoc
tit.ergo contra laicum decem & viginti annorum ſpa-
cio præſcribitur.C.de præſcrip. longi temp. per totum.
16.q.3.§.poteſt nec eſt nouum vnum ex patronis perde
re ius,& aliū retinere.l.ſi duo p̄roni.ff.de iureiur.c.cum
vintonienſis.de elect.& apertius in c.in quibuſdam. de
pęnis.cum cōcor.& etiam in d.c.vnico.hoc tit. & ſic ſer
uitus in parte perditur, & in parte alia remanet.l.nā &
ſatis.ff.quemadmo. ſerui. amit. & nunciatio noui ope-
ris quibuſdam ex dominis prodeſt,& alijs non l. de pu-
pillo.§.ſi plurium.ff.de noui ope.nuncia.& ad iſta Gof.
non reſpondet.¶Ioan.And.vero in d.c.vnico. hoc ti.in
fi.ſoluit,ꝙ primum eius dictum procedit in præſcribē-
te communiter ius eccleſiæ & laici, contraria verò pro
ximè allegata procedunt in volente præſcribere dimi-
ſum ius laici remanente iure eccleſiæ. Et ita iſta dicta p̄-
ſequitur etiam ibidem Domi.in fi.¶Ego pro Ioan An.
allego id,quod voluit idē Ioan.And. in d. reg.quod ali-
cui.in ſua diſpoſita ibi in fi.an ſciant p̄roni ↄ quos iuſp.
pręſcribitur,aut non:ſi ſciuntur,aut præſcribens p̄ſen-
tauit ſolus,aut cum illis,aut cum aliquibus ipſorū &c.
3 vt ibidem proſequitur.¶†Diſtingue igitur magis clare,
ꝙ qn̄ iuſp.eſt cōmunne laicis & eccleſiæ,aut p̄ſcribens
præſcribit ↄ laicos tm̄, & præſentabat cum eccleſia, &
alij.vt patroni inſimul agebant, & ſufficit ſpacium tem
poris,quod requiritur in præſcriptionib. contra laicos.
¶Aut verò præſcribebatur ↄ laicos & eccleſiam: quia
p̄ſcribens ſolus præſentabat,& alia agebat,& tūc requi-
ritur ſpatium temporis, quod requiritur in p̄ſcriptioni
bus ↄ eccleſias, & hoc operatur mixtura, adeo ꝙ licèt
eſſet lapſum tm̄ tempus, quod ſufficiebat in p̄ſcriptio-
ne ↄ laicum,ſed reſtabat de tempore contra eccleſiam
non intelligetur præſcripſiſſe,nec contra laicum, nec
contra eccleſiam,& hoc ratione mixturæ.Et ita tene.

¶Septimus arti.11.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Eccleſia in dubio præſumitur patronata vel libera.*
2 *Eccleſia a quo præſumitur conſtructa, quando non conſtat aliter.*
3 *Eccleſia conſtructa ex oblationibus non eſt patronata.*
4 *Eccleſia potius præſumitur patronata,quàm libera.*
5 *Una præſumptio tollit aliam.*
6 *Effectus quis ſit, an eccleſia pręſumatur libera, quàm patronata.*

1 Ex prædictis contingit dubitari ſeptimo loco, † an
in dubio eccleſia præſumatur patronata vel libera.
Et breuiter dic,ꝙ aut aliquis eſt in poſſeſſione,ſeu qua-
ſi ipſius iuriſpat. in qua fuit ipſe & illi a quibus cauſam
habuit per longiſſimum tempus,de cuius initij memo
ria non extat,& tunc pręſumetur patronata,cum eccle
ſia non naſcatur,ſed fiat ab alijs, & ideo poſſidens præ-
ſumitur patronus,& ex hoc iuſpa.dicitur artificiale, &
non naturale:vt diximus ſ.in .2.q.j.partis huius lib. in j.
arti. ¶ Aut verò nullus apparet poſſidens & præſumi-
tur libera,argu.c.ſignificauit.& quod ibi no.Bal.de teſti.
Iſta diſtinctio probatū per dicta Ioan.And. in regu.quod
alicui.de regu.iur.lib.6.in illa q.an iuſpat. præſcribatur,
de qua p̄ do.Roch.in hoc tra.in verbo ipſe vel is a quo.
in 36.q.maximè in 4.col.& nos diximus latiſſimè ſupra
in 10.q.prin. j. partis huius li.in 5.arti.per diſcurſum. Et
voluit etiam Inno.ibi omnes in c. cum venerabilis. de
excep.& facit quod no.gl.in c.quanquam.de elect. li. 6.
& voluit Abb.in conſ. 54. caſus contingentia. in 2. col.
in j.vol.& pulchre idem Abb.in conſi.76.inuocato &c.
plura ſunt in primo dubio, in 2. vol. & in conſ.106.ca-
ſus ſuper quo.in j.col.in ver.item tertiò. in eodem vol.
tenuit etiam prædicta Pau. de Cita. in hoc tra. in 4. par.
circa medium.Et Phili. Deci.in conſ. 117. diuino &c.&
pro tenui facultate. in j.col. & in vlti.¶Do. Roch.verò
2 in hoc tra.in verbo conſtruxit.in 20.q.† quærit,a quo p̄-
ſumatur conſtructa eccleſia, quando aliter non cōſtat,
ex quo naſci non poteſt, & dicit putandum conſtru-
ctam ab illo populo, vel ab illis parrochianis, vbi eſt
conſtructa eccleſia,allegat Abb.in conſil. 106.& in cap.
querelam.ſupra allegatis. pro quo dicit facere reg. quæ
eſt,quod vbi actus requirit expenſam, & reperitur fa-
ctus & neſcitur a quo,præſumitur factus ab eo cuius in
tereſt.Ita Bar.in l.cum ſeruus.ff.de verbo.obliga.allegat
caſum notabilem in l.fi.C.de alimen.pupi.præſtan.Sed
populi intereſt habere eccleſiam, igitur &c. quod etiā
dixit Abb.in dicto conſ.54.¶ Dicit tamen Roch.in hoc
puncto arbitrari dicendum,ꝙ licèt ſit verum, ꝙ eccle-
ſia præſumitur habere conſtructorem: quia ex ſe naſci
non poteſt,tm̄ non p̄ſumitur per hoc eſſe patronatā:qa
in acquiſitione iuriſp.requiritur in conſtructione con
ſenſus epiſcopi,& ꝙ fuerit legitimè dotata,vt dicit pro
bari in diffinitio.iuriſp.¶ Tu aduerte, ꝙ hæc ratio do.
Roch. non concludit, nam conſenſus qui requirit in
acquiſitione iuriſp.pōt dari inſimul cum cōſenſu, qui
requiritur pro conſtruenda eccleſia,de quo in c.nemo.
de conſecr diſtin.j.vt diximus late ſ.in j.q.j. partis huius
lib.in 3.artic.& dos etiam a principio diffinitur: vt in d.
tex.c. nemo. vnde cum eccleſia reperitur conſtructa &
in eſſe,p̄ſumuntur præceſſiſſe iſti ↄſenſus,vel ſaltim cō
ſenſus.c.nemo.qui habet vtrunque effectū:vt proximè
dictum eſt,& probatur in gl.c.nemo.hoc ti.Et ꝙ præſu-
mantur huiuſmodi conſenſus.diximus late ſ. in d. j. q.
prin.j.partis huius lib. in 7.arti. & eodem modo dotata
tempore ſuo dicitur, ex quo reperitur cū dote, p̄ dictū
cap.

c.nemo. hæc ratio ergo non concludit contra id quod
dr̃,eccleſiam non naſci & præſumi habere conſtructo-
rem,& ideo do.Roch.trãſit ad aliam rationem, ꝙ quã-
uis eccleſia non naſcatur & præſumatur conſtructa,nõ
per hoc ſequitur debere eſſe p̃ronatã, immo potius de
bet preſumi eſſe liberam,potuit enim eſſe eccleſiã ſuiſ
ſe conſtructam de oblationibus fidelium, qui non intẽ-
debant acquirere iuſp.in ea,& ſic non eſſe bonam ↄſe-
quentiam dicere,præſumitur eccleſiam habere cõſtru-
ctorem,ergo p̃ſumitur habere iſtum,magis q̃ illũ,& tu
3 adde,& ſic patronatam:† & ꝙ eccleſia cõſtructa ex obla
tionibus non ſit patronata,diximus ſ.in 7.q.prin.1.par-
tis huius lib.in 15. arti.vbi tractauimus,quando vniuer
ſitas acquirat iuſp.ex conſtructione.Et iſtam concluſio.
ꝙ eccleſia præſumatur libera dicit Roch. probare text.
in d.c.querelam.vbi præſupponitur,populum non ha-
bere ius præſentandi rectorem ad eccleſiam ex eo, ꝙ il
li de populo ſint parrochiani illius eccleſiæ, niſi etiam
eſſent in quaſi poſſeſſione p̃ſentandi : vt expreſſe vt ibi
colligit Abb.in 4.nota.& ſuper gl.in verbo conſuetudi
nem.& in c.cum eccleſia Vulterana.col. penul.de elec.
vbi dicit,ꝙ ſi non ↄſtat de patrono, libera collatio ſpe-
ctat ad ep̃m.allegat Innoc.in c.cum venerabilis. in ſi.de
exceptio.& Ioan.And.in c.vnico.de capel.monac. li.6.
& ita dicit tenere Bal.allegãdo Inno.vbi ſupra in reper
torio ſuo iuris ciuilis & canonici.in verbo eccleſia.ver
ſi.24.& Abb.in d.conſi.76.inuocato.in 2.vol.& in d. cõſ.
306. in princ. & ſubdit fore notandum talem qualem
poſſeſſionem non præſumi.per tex.ſingulariter ponde
ratum & declaratum per Abb.in c.olim.el 1.de reſtitu-
tio.ſpolia.in 3.no.de quibus vide quæ late diximus ſ.in
8.q.prin.1.partis huius lib.in 1.arti.dum tractauimus,an
parrochiani acquirant iuſpa.in eccleſia fundata in eius
plebe ex eo:quia parrochiani. ¶ Et vltimo loco domi.
Roch. dicit comprobari præmiſſam concluſio. ſ. ꝙ ec-
cleſia præſumatur libera:quia regulariter quælibet res
p̃ſumitur libera.l.altius,& ibi gl.allegat iura concor. C.
de ſerui.& aqua,ergo ẽt eccleſia p̃ſumetur libera. ¶ Tu
aduerte,ꝙ poſſet dari altera inſtãtia:vt eccleſia ſit ↄſtru-
cta,& nemo ſit illius p̃ronus,puta ſi eccleſia fuerit ſine
hominis opificio in eſſe deducta,diuino & non huma-
no opere, vt fuit q̃dã eccleſia ſancti Hieronymi in op-
probrium Italiorum in Italia ædificata in honorem, &
ſub vocabulo dicti glorioſiſſimi doctoris: vt dixit Ioã.
And.in nouella in c.vnico.de reliquijs & venera.ſan.de
quo late diximus ſ.in j.q.prin.j.partis huius li.in 4.ar.&
in 10.q.prin.d.j.partis huius lib.in 5.arti.in verſ.vlti.ipſe
Io.An.ponit,ſed hoc de raro contingentib. ¶ Vnde cõ-
cluderem,ꝙ ex quo eccleſia non naſcitur,& ſic neceſſe
eſt ab alio fundari,ↄſtrui,& dotari,& faciẽtes p̃dicta ac-
quirunt iuſp.etiam ꝙ illud ſibi non reſeruẽt , nec nihil
dicãt d.ca.ſignificauit.de teſti.& late diximus ſupra in 2.
q.prin.j.partis huius libri.In 4. arti. & non ſolum erunt
patroni ipſi fundatores nihil dicendo,ſed etiam intelli
getur reſeruatum eius hæredibus & ſucceſſorib.vt dixi
mus in 2.q.prin. huius partis in 4. arti. facerem conclu.
contrariam concluſioni factæ per do. Roch. qualifica-
4 tam tamen vt infra,valere† quamlibet eccleſiam p̃ſumi
potius patronatam q̃ liberam per proximè dicta. ¶ Nec
obſtant inſtantiæ datæ,ꝙ eccleſiæ poterunt conſtrui de
oblationibus fidelium,ex quibus iuſp.nõ acquirit̃ , vel
ſine hominis opificio,ſed diuinitus,prout fuit in eccle
ſia ſancti Hieronymi,vt proximè diximus , quia hmõi
duæ inſtantiæ ſunt de raro contingentibus, & iura ada-
ptantur ad ea quæ frequentius accidunt l. nam ad ea.
ff.de legi.vnde facienda eſt regu.potius pro frequẽtius,
q̃ pro rarò contingentib. ¶ Nec obſt. alia inſtantia , quã
vr̃ ſenſiſſe do.Roch.vbi ſupra , ꝙ forſan eccleſiæ fuerũt
fundatę & iuſp.remiſſum,& ſic eccleſiam remanere de
voluntate fundantis diſpoſitione diœceſani : quia hæc
non eſt inſtãtia, ſed potius ↄfirmatio cõcluſionis meę ,
cũ appareat ex hoc fundantem eſſe p̃ronum, ex quo re
miſſio eſt probanda:vt in d.c.ſignificauit. ¶ Nec obſtant
adducta p̃ do. Roch. probãtia eccleſiam p̃ſumi liberã :
quia loquuntur non contra reg. q̃ eſt, quãlibet eccleſiã
a principio p̃ſumi patronatam,ſed qñ ex curſu tempo
ris illa prima p̃ſumptio fuit annihilata per ſubſequen-
tes actus:quia habita fuit pro libera & prouiſa p̃ diœce-
5 ſanum,ex quo dr̃ libera:† vna enim p̃ſumſumptio po-
teſt alterã elidere.vt late per Abb.in ca. cum inter.R.in
2.col.de elect.& in c.mulieri.in j.col.de iureiur.faciunt
notata in c.afferte.de præſum.& tunc eſt hoc etiã : quia
diœceſanus habet intentionẽ ſuam fundatã ſuper om
nibus eccleſijs degentibus ſub eius diœceſi c.oẽs baſili-
cæ,16.q.7.de quo late per do.Feli.in c.cum venerabilis
de exceptio. & propterea dicerem , diſtin. poſitam per
me ſupra procedere,vt quamuis eccleſia q̃libet p̃ſuma-
tur patronata reſpectu ſuæ originis , ex qua p̃ſumptio-
ne quis ex p̃ſcriptione iuſp.acquirere poteſt, nihilomi
nus ſucceſſiuis temporib.præſumetur libera, vel patro
nata iuxta modum,qui ſeruatur in prouidendo illi,aut
p̃ uiam preſentationis per quaſi poſſidentes & dicet̃ pa
tronata,c.conſultationib.hoc tit.aut via diœceſana, pu
ta per electionem,vel collationem,& non cenſebit̃ pa
tronata,iuxta notata in c.tranſmiſſa de elect. & in ca.1.
6 de conceſ.præben. ¶ † Et iſte arti.ſeruit,vt quãdo eccle-
ſia eſt patronata,poſſit iuſp. præſcribi contra patronũ ;
vt in proximis præced.arti. eſt dictum , quando verò eſt
libera,non poſſit præſcribi iuſp.contra eam, vt conclu
ſimus poſt Archid.in 10.q.prin.j.partis j.libri in 1. artic.
niſi ex præſcriptione tanti tẽporis, cuius initij &c. quo
caſu illud non eſt ex vi preſcriptionis,ſed quia poſſidẽ-
tes preſumantur fundaſſe & conſtruxiſſe eccleſiã,vt ibi
late diximus.Et per iſta ſit expedita materia præſcriptio
nis quo ad tranſlationem iuriſp.

¶ Octauus artic. 11.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Iuſp.transferatur in alium priuilegio,declara nu.3.*
2 *Regula,quæſibilia priuilegio,ſunt quæſibilia præſcriptione.*

QVæro octauo,an iuſp.transferatur in alium priui-
1 legio.† Et breuiter dicendum eodem modo iuſ
pa.debere transferri ex priuilegio,ſicut ex præſcriptio-
ne.Ita Pau.de Cita.in hoc tra.in 9.parte in 18.artic.& di-
cit hoc eſſe:quia iſta duo æquiparantur,adducit , quod
ipſe dixerat ſupra in 3.parte prin.in 6.cauſa , poſſe acq-
ri iuſpat. ex priuilegio Papæ, ſicut ex præſcriptione , &
ſubdit ita videri ſenſiſſe Archid. in c.filijs.in glo. j. 16. q.
7.dum vult de vna perſona in aliam poſſe transferri iuſ
patrona.ex cauſa per Papam, & idem dicit videri tene-
re idem Archid.in cap.hortamur.71.diſtin.Et ſic reſidet
Pau.vbi ſupra. ¶ Tu aduerte,quòd ratio Pau. non con-
2 cludit in caſu articuli noſtri : † nam licèt vera ſit reg. ꝙ
quæſibilia priuilegio,ſint quæſibilia præſcriptione, ca.
duo ſimul.de offi.ordi.c.cum contingat . de foro com-
petenti.vbi per Maria.de Senis,& per do.Feli.in c. acce-
dentes.de præſcriptionibus.vt etiam diximus ſupra in
prima parte huius lib.in 9.q.prin.in 1.art. Et ideo in 10.
3 q.prin.d.par.in 1.& 5.artic.diximus,† iuſp.acquiri priui-
legio, ex quo acquiritur præſcriptione, & econtra , ta-
men illæ militant quò ad eccleſiam, non iuriſpatro.al-
terius,& ſic vbi non vertitur præiudicium patroni : ca-
ſus verò noſter eſt , cum haberet transferri iuſpatro.de
patrono in alium,& hoc non dicerem poſſe fieri ex pri
uilegio etiam ſummi Pontificis ,niſi ex cauſa propter
præiudicium tertij: quia etiam Papa præiudicare non
poteſt iuri tertij,niſi ex cauſa,& ideo intellige hanc de-
ciſionem:vt ſenſit Archid.in d.c.filijs.ex cauſa poſſe ha-
bere locum.

¶ Nonus artic. 11.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Iuſpa.an transferatur ex iniqua ſententia,remiſſiue.*
2 *Condemnatus inique in foro conſcientiæ non tenetur parere.*
3 *Lucratus ex iniqua ſententia lucratum reſtituere tenetur.*
4 *Iuſp transfertur per ſententiam,ſiue de per ſe,ſiue cum vniuerſitate ſu-
per illud fuerit litigatum coram tamen competenti iudice.*

Iudex

5 *Iudex competens quis erit, quando litigatur ſuper iurepa.de per ſe vel cum vniuerſitate,remiſſiue.*

QVæro nonò, an iuſp.transferatur ſententia de vno
in alium. Iſtum arti.format Paul.de Cita. in hoc
tract.in 9.par.in 16.q.& dicit ſe reperiſſe huic quæſtioni
Abb.reſpondiſſe in c.quanto. de iudi. ꝙ etiam ſi laicus
judicaret,dummodo iudicaret ſuper re vniuerſali,puta
caſtro,villa,vel hæreditate,in quib. tranſiret iuſpa.illud
etiam acceſſoriè tranſiret ex tali ſententia, ſicut venit
in generali contractu vt ſ̃.Et ita tenuiſſe do.Ant.de But.
per c.ex literis.hoc titu. ad idem adducit glo.j.in c.filijs.
16.q.7.volentem etiam iudicem laicum iudicando dū-
modo ſuper vniuerſitate iudicauerit poſſe priuare iu-
repa.laicum,licèt per ſe non poſſet per d.ca.ex literis.&
c.cum ſeculum.hoc ritu.¶ Item dummodo non fuerit
facta particularis mentio de iurepa.vel in libello,vel in
ſententia,aliàs non valeret iudicium quò ad iuſpa.quia
videretur principaliter contra illum intentatum, per
nota.per Io.An.in c.vnico.hoc tit.in 6. vt dicit etiam ſe
dixiſſe in 3.quęſt. ipſius 9.partis.dum ibi tractat;an iuſp.
transferatur ex generali contractu emptionis & vendi-
1 tionis.¶† An autem ex iniuſta ſententia transferatur,re
mittit ſe ad latius dicta per Abb.in ca. quia plerique.de
2 immu. eccle. vbi examinat,† an inique condemnatus
in foro conſcientiæ teneatur parere,& concludit quòd
non,quia ex iniuſta ſententia non oritur ius l.Iulianus.
ff.de condictio.indebi.¶† Secundò quia lucrans ex ini-
3 qua ſententia tenetur reſtituere,cap.cum tu.de vſu.reg.
peccatum.de reg.iur.lib.6.nec parere debet inique con
demnatus,vt ibi per eum.¶ Idem Pau.in 14.par.in verſi.
octauo modo dicit iuſpa. perdi per ſententiam , ſiquis
fuerit pronunciatus non habere iuſpa.tunc ex tali ſen-
tentia orietur ius,ſcilicet illum non eſſe patronum, ſi-
cut pro alio oritur ius affirmatiuum , & remittit ſe ad
dictum per eum,ſcilicet ſupra in 16.q.9.par.¶ Tu aduer
te,ꝙ iſte arti.habet duo capita. Vnum,an iuſpa.transfe-
ratur per ſententiam,& de hoc capite hic tractamus,&
vera eſt concluſio.† iuſpa.transferri ex ſententia,ſiue ſu
4 per illud fuerit litigatum de per ſe,ſiue cum vniuerſita
te,coram tamen competente iudice,& ꝑ t competen-
tem iudicem. ¶ † Aliud caput eſt, quis erit competens
5 iudex,quando litigatur ſuper ipſo iurepat. de per ſe,&
qn̄ ſuper vniuerſitate,in qua eſt iuſpa.& quis poſſit pri-
uare patronum iurep.ex delicto.Et an tranſeat cum ſen
tentia confiſcatoria omnium bonorum.Et de iſto ſecū
do capite & ſupraſcriptis ei annexis, cum hic non ſit
proprius locus,dicemus Deo duce infra in 3.li.dum tra
ctabimus, qualiter patroni priuentur iurepatr.quia ibi
erit proprius locus,ſatis eſt hic concludere,iuſpa.tranſ-
ferri ſententia competentis iudicis.

¶Decimus & vltimus art. 11.q.prin.ij.partis j.Libri.

1 *Iuſpa.eccleſiæ an transferatur iuramento, vbi ꝙ ſic nu. 3.6.*
2 *Iuſpa.liberti non transfertur iuramento,fallit quò ad reuerentialia. nume.4.*
5 *Argumentum de iurepa.liberti ad iuſpa.eccleſiæ non valet.*

QVæro decimò & vltimò pro complemento huiuſ
modi 11.q.princ. an ſit alius modus transferendi
1 iuſp.de vna perſona in aliam,& ſic magis in ſpecie,† an
iuſp.transſeratur iuramento,ſicut ſupradictum eſt trāſ-
ferri per ſententiam. Iſtum art.ponit Pau.de Cita.in d.9.
par.in 24.q.& dicit arguendo de vno ad aliud, prout eſt
bonum arg.l.j.ff.de iureiuran. Videretur ꝙ ſic,ſed quia
tex.eſt contra in l.ſi iurauero me patronum.ff.de iurep.
2 in iurepa.† liberti non efficior patronus.Ita etiam dicit
ipſe credere in iſto,ex quo non apparet ratio diuerſita-
3 tis. ¶ † Poſtea dicit melius putare primum dictum, ꝙ
4 immo transſeratur iuramento , † ſicut etiam iuſpatr.li-
berti transſertur iuramento quò ad reuerentialia,vt eſt
tex.& ibi gl.in l.adoptiuum.§ patronum.ff.de in ius vo
can. de quo plene per Bart. in l.eum qui.§. ſi libertus.ff.
de iureiuran.ex quo tale iuſpa. eccleſiæ eſt quidam ho-
nor,vel reuerentia ex gratia debita patrono,c.3.hoc tit.
Item patronus poteſt in totum iuſpa.remittere,vt dixi-
mus ſ̃.in 2.q.prin.huius par.in 7.arti.Ergo etiam poterit
deferre tale iuramentum ſuper iurepa. cum deferre iu
ramentum ſit alienare.Bart.in l.iuſiurandum , quod ex
conuentione.& in l.cum.§.ſi libertus.ff.de iureiuran.Et
ita reſidet Pau. vbi ſupra. Tu dic non obſtare d.l.ſi iura-
5 uero me patronum.† quia non valet arg.de iurep.liber
torum ad iuſp.eccleſiæ,vt late diximus ſ̃.in 2.q.prin.hu
6 ius par.in 1.arti.¶† Et ꝙ transferatur iuramento proba-
tur,nam licèt patronus laicus poſſit in præſentando ac-
cumulādo variare,c.quod autem.& ca.cum autem.hoc
tit.cum ſim.tamen ſi præſentauit, & iurauit, non pote-
rit variare,per pulchrum conſ.59.Pau.de Caſt.venerabi
lis,quod etiam voluit Ale.in conſ.17.in prin.in 3.vol.&
nihilominus præſentatio eſt pars iuriſpa.& de parte ad
totum,valet arg.vulgata l.quæ de toto. ff.de rei vendi.&
c.paſtoralis.§.item cum totum.de offi.deleg.ſicut igitur
iuramento transfertur pręſentatio.Ita & ipſum iuſp.cū
maxima ſit vis iuramenti , de quo aliàs dicemus poſt
do.me.Corſe.in repe.rub.de iureiur.quę eſt impreſſa,in
qua poſuit multa priuilegia iuramenti.Et de pręceden.
dicto ꝙ iurans non poſſit variare, dicemus infra in 2.li.
in 2.par.in 7.q.prin.in 16.arti.Et iſta ſufficiant.

EX ſupradictis omnibus in hac 11. & vlti.q.prin. hu-
ius 2.partis & eius 10.arti. Collige quatuor conclu-
ſiones.¶ Prima concluſio eſt,iuſpa.transferri de vno pa
trono in alium, etiam de patrono laico in laicum debi
ta præſcriptione,vt dictum eſt ſupra in j.arti. ¶ Amplia
primò hanc concluſio. multo magis procedere ſi præ-
ſcribatur vniuerſitas bonorum temporalium , in qua
eſt iuſpa.quia tanto magis procederet pręſcriptio iuriſ-
pa.in illa exiſtentis,per dicta ſ̃.in 2.arti.¶ Extende d.am-
plia.tanto magis procedere,ꝙ iuſpat.præſcribatur cum
vniuerſitate temporalium,ſi præſcribens alleget tit.ali-
cuius vniuerſitatis,puta emptionis villæ, quæ quidem
vniuerſitas habet nomen ſuum , & non nomen iuris ,
quia tanto magis cum ea tranſit iuſp. vt dictum eſt in d.
2.art.in verſ.aut verò allegat titulum.¶ Reſtringe hanc
amplia.procedere,niſi præſcribens allegaret tit.hæredi-
tatis vel alterius nominis iuris , quod quidem nomen
vniuerſale eſſet ſignum,prout eſt hęreditas & ſimilia,&
tunc non præſcribitur illud nomen,ſed bona hæredita
tis,& tunc non tranſibit iuſpa.vt dictum eſt in d. 2.artic.
in verſic.vnde iſtis præſuppoſitis.¶ Limita primò hanc
primam conclu.niſi cum iurepa.ex priuilegio,vel aliàs
eſſet quid merè ſpirituale,quia tunc non poſſet præſcri
bi per laicum,vt dictum eſt in d.j.art.ante fi.in verſ.& in
tellige.¶ Limita ſecundò d.primam conclu. procedere
in illo iurepa.quod pręſcribitur,ſed ſi plures fratres vel
illi de parentela habent plura iurapa.diuerſarum eccle
ſiarum,& ſenior ipſorum præſcripſit iuſpat.in omnib.
illis eccleſijs,præter in vna,illarum præſcriptio non ex-
tendetur ad illam vnam remanentem, vt dictum eſt ſu
pra in 3.arti.¶ Limita tertiò d.conclu.procedere,vt tan
tum valeat pręſcriptio,inquantum facta eſt pręſcriptio
vnde ſi vnus præſcripſit vnum fructum iuriſpa.non ex-
tendetur præſcriptio ad alios fructus ipſius iuriſpa.vt di
ctum eſt ſupra in 4.arti. ¶ Reſtringe hanc limita.proce-
dere,quando vnus præſcripſit iuſp.& ſunt alij qui quaſi
poſſident alios fructus iuriſpa.quia tunc non extende-
tur præſcriptio ad alios fructus iuriſpa. Sed ſi nemo eſ-
ſet,qui quaſi poſſideret alios fructus iuriſp.præſcribens
vnum fructum ex eis intelligetur omnes alios præſcri-
pſiſſe,vt late dictum eſt in d.4.arti.in verſi.vnde ego con
cluderem , cum ſequen. vſque ad fin. ¶ Declara primò
hanc primam concl.ꝙ quamuis vnus laicus poſſit pręſ-
cribere iuſpa.contra alium,nihilominus non ſufficiet
ſpacium decem vel viginti anno.& plures pręſentatio-
nes & inſtitutiones ſequutę,& ideo requiritur tempus,
quod requiritur in præſcriptione rerum ſpiritualium,
maximè incorporalium 40.ann.cum bona fide præſcri
bentis ſcientia & patientia domini,vt dictum eſt ſupra
in

in 5.artic. ¶ Declara ſecundò hanc primam conclu. ꝙ ſi iuſpat.eſt eccleſiæ, eſt commune inter laicum & pium locum, dato ꝙ in præſcriptioue iuriſpa.laici non requireretur tantum tempus, quantum requiritur iuriſp.eccleſiæ, nihilominus ſi totum iuſpa.præſcriberetur, cenſebitur totum iuſp.eccleſiæ, & ideo requiretur tantum tempus, quantum requiritur in præſcriptione iuriſpa. eccleſiæ, ſi verò præſcriberetur portio laici remanente portione eccleſię, requiretur tantum tempus, quãtum requiritur in præſcriptione iuriſp.laici, vt dictum eſt ſupra in 6.arti. ¶ Declara tertiò omnia prædicta, ꝙ quælibet eccleſia præſumitur patronata ex ſua prima origine, cum eccleſia non naſcatur, ſed ędificetur ſucceſſiue. poſtmodum dicetur patronata aliquo exiſtente in eius quaſi poſſeſſione. & in iſtis cadit præſcriptio, de qua ſupra. ſi verò illi eccleſiæ prouidetur per epiſcopum, cenſebitur libera & non habebit contra illum locum præſcriptio, niſi eſſet tanti temporis cuius initij &c. vt dictum eſt in 7.arti. ¶ Secunda eſt concluſio, ꝙ iuſpat.eccleſiæ transfertur de vno patrono in alium etiam laicum priuilegio Papę, ex cauſa tamen, quia aliàs iuri tertij non præiudicaret, vt dictum eſt ſupra in octauo arti. ¶ Tertia colligitur concluſio, quòd iuſpa.eccleſiæ transfertur de vno patrono in alium etiam laicum, ſiue de per ſe, ſiue cum vniuerſitate ſententiæ, quę tamen ſit iudicis competentis etiam iudicis laici cum vniuerſitate, dummodo de iurepatro.non fiat mentio, vt dictum eſt ſupra in 9.articu. ¶ Quarta & vltima elicitur concluſio, iuſpatro. eccleſiæ transferri de vno in alium etiam iuramento, per dicta ſupra in 10.& vltimo artic. Et per iſta clauditur hic 10.arti. & iſta 11. principalis quæſtio. Nec non & hæc 2.pars, ac etiam iſte primus Liber huius tractatus baſilicæ Hieronymi Lambertinæ. Laus ſanctiſſimę Trinitati, Virgini glorioſiſſimę, Hieronymo ſanctiſſimo, cui opus dedicatum eſt. Ac Catharinę virgini & martyri. Totique Curiæ triumphanti. Amen.

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.

Omnes ſunt quaterniones, præter Y Qui eſt quinternio.